RARE BOOK COLLECTION
LIBRARY
UNIVERSITY of PENNSYLVANIA

Politianus (Ang.)Epistolae lepidissimae.Antvverp. The.Martini,1514.108 ff.- Copies of letters,mostly addressed to Politian, in a contemporary hand. 17 ff.-Symmachus,Epistolae familiares.Item Laudini Equitis hierosolymitani in epistolas Turci Magni traductio.Argentor.,J.Schott,1510. 56 ff.4to, contemporary stamped pigskin over wooden boards, with a border with hunting scenes,some worm-holes clasp

The pieces in manuscript (19 in all) are copies of letters of King John II of Portugal (whose history Politian wanted to write),Ludov. Sforza,Duke of Milan,Pope Innocent VIII,Lorenzo de Medici,and others.The originals of these letters seem to have been lost.-Some underlinings and marginal notes in an old hand.- From the libraries of Otto Jahn,the philologist,and Fr.de Schennis.

EX LIBRIS · FRIDERICI · DA SCHENNIS ·

z1 [illegible]: [illegible]

Formidabilior est ceruorum exercitus leone duce qz leonum ceruo duce

Suum cuiqz pulchrum

Politianus. Disertissimi viri Angeli Politiani linguae latinae vindicatoris epistolae lepidissimae. 108 Bl. Antvverpie, Theod. Martini, 1514. — Angeb.: ein gleichzeitiger handschriftl. Nachtrag von Briefen, meist an Politian gerichtet, sowie eine Rede von ihm. 17 Bl. — 27 weisse Blätter für weitere Nachträge. — Symmachi cons. Ro. epistolae familiares. Item Laudini equitis Hieroxolym. in epistolas Turci Magni traductio. 46 u. 12 Bl. (2 weiss.) Argentoraci, ex off. J. Schotti, impensis Georgii Maxilli (alias übelin), 1510. 4. Pergamentbd. m. Schliesse. Mit Exlibris Otto Jahns von Ludwig Richter u. Bibliotheksstempel v. Fr. de Schennis. 1

Röm. Type. Mit Unterstreichungen u. zahlreichen Randbemerkungen von alter Hand. Hie und da etwas wurmstichig. Der rein gotische Einband erinnert im Mittelfelde an Webstoffmuster; die umgebende Bordüre bietet Motive aus einer Hirschjagd: Hirsch von Hund verfolgt, Andeutung von Wald, worin 2 Lindwürmer hausen, ausgespanntes Netz; Jäger fehlt. Die handschriftl. vorhandenen Stücke, 19 an der Zahl, sind Briefe von König Johann II. v. Portugal (Nr. 1), dessen Geschichte Politian schreiben wollte, vom Herzog Ludov. Sforza v. Mailand (3—4), von Papst Innocenz VIII. (9), von Lorenzo de Medici (16), in dessen Hause P. als Erzieher lebte, u. von verschiedenen Humanisten; Nr. 7 ist ein Schreiben Merulas an König Alphons II. v. Neapel u. Sizilien, der mit den Sforzas verschwägert war, 8 eine Rede P.'s an Papst Alexander VI. — Am Schlusse hat der Besitzer des Buches, der sich diese Dokumente abschrieb, in blasserer Tinte hinzugefügt: 1511 Vigiliota convolutum, in transscrizione (oder transscriptum) Su(!) ac tumultuarie 17º Kalen(d.) novem(br); dazu von andrer Hand nochmals 1511. Otto Jahn u. die seine Bibliothek später aufnahmen, (1870, Verkaufskatalog, 5. Abt., 2097), wussten hiermit offenbar nichts anzufangen. Die Schlussbemerkung scheint darauf zu deuten, dass dem ersten Schreiber nicht ein Druck, sondern Papiere vorlagen, also ziemlich gleichzeitige Kopien jener Dokumente; wenn nicht etwa diese selbst. Den Text der meisten findet man z. B. in der Ausg. v. P.'s Korrespondenz, Antwerpen, Phil. Nutius, 1567. Wohin die Originale gekommen, weiss man natürlich nicht. In dem Medici-Archiv (Auktions-Kat., Christie Manson & Woods, London 1918) befinden sie sich nicht.

dentelles int. trs. dor. — Très bel ex. de cet ouvrage rare.


2859. Politianus. Disertissimi viri Angeli Politiani linguae latinae vindicatoris epistolae lepidissimae. Antv. Th. Martini. 1514. 108 pp. — Lettres à Politian et un discours en ms. de l'époque. 17 pp. — 27 pp. blanches. — Symmachi Cons. Ro. Epistolae familiares. Item Laudini equites hierosolymitani in epistolas Turci Magni traductio. Argentoraci. ex off. J. Schotti. 1510. 46 et 12 pp. — le tout dans une belle reliure de vélin estampié sur bois gothique: Au milieu une rectangle remplie d'un dessin genre gobelin encadrée d'une bordure avec représentations de la chasse au cerf. — av. 1 fermoir en cuivre. — Ex-libris Otto Jahns et estampe de la bibliothèque de Fr. Schennis. — Plus. ann. en ms. ancien et piqûres dans la reliure et dans le texte.

La partie en ms. dans cet ouvrage contient des lettres du Roi Jean II de Portugal (dont Politian voulait écrire l'histoire), du Duc Lud. Sforza de Milan, du Pâpe Innocent VIII et de plusieurs humanistes. A la fin de ce ms. on lit: 1511, Vigiliota convolutum transscriptum su ac tumultuarie 170 Kalen. Novem. (br.) De cette remarque on peut concluder que l'auteur s'est servi de copies contemporaines ou peut-être de documents authentiques.

1454 - 1494

RARE BOOK COLLECTION
LIBRARY
UNIVERSITY of PENNSYLVANIA





Formidabilior est cervorum exercitus leone duce qz leonum cervo duce

Politianus. Disertissimi viri Angeli Politiani linguae latinae vindicatoris epistolae lepidissimae. 108 Bl. Antvverpie, Theod. Martini, 1514. — Angeb.: ein gleichzeitiger handschriftl. Nachtrag von Briefen, meist an Politian gerichtet, sowie eine Rede von ihm. 17 Bl. — 27 weisse Blätter für weitere Nachträge. — Symmachi cons. Ro. epistolae familiares. Item Laudini equitis Hieroxolym. in epistolas Turci Magni traductio. 46 u. 12 Bl. (2 weiss.) Argentoraci, ex off. J. Schotti, impensis Georgii Maxilli (alias übelin), 1510. 4. Pergamentbd. m. Schliesse. Mit Exlibris Otto Jahns von Ludwig Richter u. Bibliotheksstempel v. Fr. de Schennis. 1

Röm. Type. Mit Unterstreichungen u. zahlreichen Randbemerkungen von alter Hand. Hie und da etwas wurmstichig. Der rein gotische Einband erinnert im Mittelfelde an Webstoffmuster; die umgebende Bordüre bietet Motive aus einer Hirschjagd: Hirsch von Hund verfolgt, Andeutung von Wald, worin 2 Lindwürmer hausen, ausgespanntes Netz; Jäger fehlt. Die handschriftl. vorhandenen Stücke, 19 an der Zahl, sind Briefe von König Johann II. v. Portugal (Nr. 1), dessen Geschichte Politian schreiben wollte, vom Herzog Ludov. Sforza v. Mailand (3—4), von Papst Innocenz VIII. (9), von Lorenzo de Medici (16), in dessen Hause P. als Erzieher lebte, u. von verschiedenen Humanisten; Nr. 7 ist ein Schreiben Merulas an König Alphons II. v. Neapel u. Sizilien, der mit den Sforzas verschwägert war, 8 eine Rede P.'s an Papst Alexander VI. — Am Schlusse hat der Besitzer des Buches, der sich diese Dokumente abschrieb, in blasserer Tinte hinzugefügt: 1511 Vigiliota convolutum, in transscrizione (oder transscriptum) Su(!) ac tumultuarie 17⁰ Kalen(d.) novem(br); dazu von andrer Hand nochmals 1511. Otto Jahn u. die seine Bibliothek später aufnahmen, (1870, Verkaufskatalog, 5. Abt., 2097), wussten hiermit offenbar nichts anzufangen. Die Schlussbemerkung scheint darauf zu deuten, dass dem ersten Schreiber nicht ein Druck, sondern Papiere vorlagen, also ziemlich gleichzeitige Kopien jener Dokumente; wenn nicht etwa diese selbst. Den Text der meisten findet man z. B. in der Ausg. v. P.'s Korrespondenz, Antwerpen, Phil. Nutius, 1567. Wohin die Originale gekommen, weiss man natürlich nicht. In dem Medici-Archiv (Auktions-Kat., Christie Manson & Woods, London 1918) befinden sie sich nicht.

dentelles int. trs. dor. — Très bel ex. de cet ouvrage rare.

2859. Politianus. Disertissimi viri Angeli Politiani linguae latinae vindicatoris epistolae lepidissimae. Antv. Th. Martini. 1514. 108 pp. — Lettres à Politian et un discours en ms. de l'époque. 17 pp. — 27 pp. blanches. — Symmachi Cons. Ro. Epistolae familiares. Item Laudini equites hierosolymitani in epistolas Turci Magni traductio. Argentoraci. ex off. J. Schotti. 1510. 46 et 12 pp. — le tout dans une belle reliure de vélin estampié sur bois gothique: Au milieu une rectangle remplie d'un dessin genre gobelin encadrée d'une bordure avec représentations de la chasse au cerf. — av. 1 fermoir en cuivre. — Ex-libris Otto Jahns et estampe de la bibliothèque de Fr. Schennis. — Plus. ann. en ms. ancien et piqûres dans la reliure et dans le texte.

La partie en ms. dans cet ouvrage contient des lettres du Roi Jean II de Portugal (dont Politian voulait écrire l'histoire), du Duc Lud. Sforza de Milan, du Pâpe Innocent VIII et de plusieurs humanistes. A la fin de ce ms. on lit: 1511, Vigiliota convolutum transscriptum su ac tumultuarie 170 Kalen. Novem. (br.) De cette remarque on peut concluder que l'auteur s'est servi de copies contemporaines ou peut-être de documents authentiques.

1454 – 1494

fl o cd.–

EX LIBRIS · FRIDERICI · DE SCHENNIS ·

DISERTISSIMI VIRI ANGELI Politiani Linguæ latinæ Vindicatoris Epiſtolæ Lepidiſſimæ.

Petri Egidii Antuuerpiani ad pædotribas. Epigramma. Iambico ſenario dimetroq; ſubalternans.

Ludi magiſter. Barbaros (ceu viperas)
  Explode tandem authorculos.
Qui molliū dextram puellorū Indolem
  Gothicis venenant litteris
Proh! tolle Carleas epiſtolas. Scholas
  Que polluerunt hactenus.
En age tibi Angeli viri terſiſſimi
  Epiſtolas belliſſimas/
Sententioſas/ſucculentas/floridas
  Et elegantes affatim/
Iuuentus haſce diſcat. hiſce indulgeat
  In his reponat ocium
Sic nempe conſultū puellulis erit
  Ingens tibiq; gloria/

¶Petrus Egidius: Ioanni Cuſtodi Brechtaño Anuerpianorũ Gymnaſiarchæ. S.P.D.

CIrcũſpicienti mihi ſuauiſſime Ioãnes. Quãti interſit vt bonis in literis tenerior imbuatur ætas. Non poſſum n on hercule Anuerpianæ iuuentuti ſaneq̃ gratulari. quæ quidẽ talem nacta eſt præceptorẽ. Vnde & optimas litteras & optimos mores auariter addiſcere poterit. Enimuero haud exiguo refert diſcrimĩe quo quiſq; magiſtro vtatur. Quippe vti lana ſemel cõchylio ſaturata vix vnq̃ colorem exuit. Itidem & nos aut nunq̃: aut certe difficillime mores a pueritia imbibitos deponim⁹ Quid? Nũnam Alexander ille Macedo (cui nec vnus quidem mundus ſuffecerat) Legitur Leonidis pedagogi ſui vicia vſq; adeo repreſentaſſe: vt nec in inceſſu quidẽ iis carere valuerit. Non enim facile dixerim q̃ ſegniter eluatur/ Id quod teneris annis inhauſimus/ Quapropter Iuſtinian⁹ noſter de profeſſoribus & medicis. Libro Codicis decimo ſanxit. vt magiſtri doctoreſq; ſtudiorũ. primũ morib⁹ excellant. deinde facũdia. Nam per deũ immortalẽ? Quæ peſtis tam tabida/ vt corruptus. & barbarus præceptor? qui nõ tantũ liberos: ſed & rempublicam inficit cõtaminatq;. Profecto pnicioſior longe pecuniolarũ adultero/ ſiquidẽ vt ille nihil preter rem futilẽ/ terrenã/ & fortune ſubiectã mẽtitur/ Ita iſti cœleſtem illũ & generoſum aĩm in ſimplici ætatula miſerrime ſuffocant & extinguũt. At o ſuperi? Quid poteſt fingi flagitioſius? q̃ perdere ſanctũ hoc aĩal quod erectos tollit ad ſydera vultus? Quinetiã cui (vt in ſecũdo Aſtronomicon canit Manlius)

Eximiã natura dedit linguãq;: capaxq;
Ingeniũ/ volucrẽq; animũ: quẽ deniq; in vnum
Deſcendit deus: atq; habitat: ipſumq; requirit.

Quocirca videant moroſi iſti Grãmatiſtæ videant? q̃ piacula perpetrent. dum docendi vices occupãt ipſi indoctiſſimi: dum mentis tenellæ raſam tabellam fœdiſſimis diſciplinis offuſcant: dum mercede cõducti infœlicium

parentũ pignora moribus peniſtẽdis inquinãt. Verum de
his plus ſatis. Hoc tamen interim nõ tacebo/ Peſſimos eſſe
occiſores iuuenũ. perſonatos pleroſq; (pene dixerim: q̃q̃
nõ audeo) religioſos: qui apud credulos parentes. diſcipli
nas & damnãt & execrãtur. quas ne p ſomniũ quidẽ vide
runt. adeo certe vt ſi quiſpiã litteratior profeſſor pueris
vel Ciceronẽ vel poetam Vergiliũ p̱ponat nefas eſſe cre-
dãt / ſatius putantes vt ab agrariis magiſtellis (vel verius
ſcrophipaſcis) de crepitu anicule/ de ſaltu pulicis & neſcio
quo Sorte vſq; currente Syllogiſmos cõnodare diſcant/
hoc eſt meram barbariem ingglutiant/ Sed omittamus iſta
ſterquilinia/ ad bonos & eruditos doctores tãdẽ veniam⁹/
quos nõ ſecus ac parentes cenſeo venerãdos Imo vt deos
quoſdam terrenos. Atqui quod optimũ nobis & chariſſi
mũ Largitus eſt deus puta mentẽ ſalutaribus diſciplinis
ornant & venuſtãt/ Inter quos quoq; nimirũ vnice nume
randus videris optime Ioannes qui tantũ abeſt barbaros
recipias vt etiã Syntaxin quãdã ediderls ſuccinctam qui-
dem verũ puerulis nimiſq̃ cõducibilẽ/ quãdoquidẽ nihil
docet dediſcendũ. Has ob res admodũ cõuenire mihi vi-
ſum eſt: ſi ſolæ Angeli Politiani epiſtolæ oppido politæ
tuis auſpiciis in publicũ denuo prodirent. vt pote q̃ intel-
ligam quã ſint frugem diſcipulis allaturæ. Scio.n. q̃ deli-
cata ſit puericia vt ineſcetur lauticiis. Sit igitur hic epiſto
larũ libellus quaſi Illectatoriũ quoddã Iuuentutis/ Nam
omni Ambroſia/ omni ſiliqua/ oĩ deniq; melle Cecropio
dulcior eſt Quæ ſi his placentulis capietur/ mirũ q̃ prope
diem noſtrate quoq; regione Romanæ littere efflorebũt
Vale & chariſſimũ meũ Nicolaũ Hergiũ ſaluta plurimũ

ANGELI POLITIANI EPISTOLARVM LIBER

¶ Angelus Politianus Petro medici ſuo. S. D.

EGISTI MECVM Sæpenume-
ro Magnanime Petre Medices vt
colligerẽ meas epiſtolas & in volu
men redactas publicarẽ. Collegi:
ne non in omnibus obſequerer ti
bi: quo ſũt in vno ſpes oẽs opeſq́
meæ ſitæ: Neq́ collegi tamen vni
uerſas id eẽ laborioſius: q̃ ſybil-
læ folia. Nõ ſcripſeram videlicet
ad hoc: vt in vnum corpus referrẽtur: ſed ad vſum præſen
tem duntaxat: oblatis argumentis: nõ quæſitis. Ita nec ex
empla mihi retinui: niſi quarũdam: puto minus feliciũ:
q̃ diu iã cũ blattis & tineis rixabant̃. Verũtamen: vt inſtar
voluminis efficerem: nõnullas etiã miſſas ad me ſed a do-
ctis duntaxat: inſerui: quæ marcentẽ quaſi ſtomachum le
ctoris excitarent. Eſt autẽ omnino ſtilus epiſtolarum mea
rũ: ipſe ſibi diſpar: Quo nomine multũ quoq́ ſcio repre
hendar. Nam nec eadem mihi ſemper voluntas: nec idem
cuiq́ vel perſonæ: vel materiæ congruebat. Non deerunt
ergo qui dicãt: vbi tam varias epiſtolas legerint (ſi qui mo
do legerint) iterum me Miſcellanea: non epiſtolas compo
ſuiſſe. Sed inter diuerſas opiniones: & præcipientium de
epiſtolis: & epiſtolas ſcribentiũ: ſperaui fore profecto: nec
ubi mihi patrociniũ deeſſet. Occurret aliquis forſan: qui
Ciceronianas eſſe neget: huic ego dicam (nec ſine auctore
tamen) in epiſtolari ſtilo ſilendũ prorſus eſſe de Cicerone
Rurſus alius hoc ipſum culpabit: quod æmuler Ciceronẽ
ſed reſpõdebo: nihil mihi eſſe magis in votis: q̃ vt vel vm-
bram Ciceronis aſſequar. Optaret alius: vt oratorem Pli-
nium ſaperẽ: quod huius & maturitas: & diſciplina lauda
tur. Ego contra totum illud aſpernari me dicam Plinii ſæ
culum: Sed & ſi Pliniũ cuiq̃ redolebo: tuebor ita me quod

Sidonius Apollinaris: non omnino peſſimus auctor: pal
mam Plinio tribuit in epiſtolis. Symmachũ ſi cui referre
videbor: non pudebit: vt cuius & breuitas celebretur: & ro
tunditas. Abeſſe rurſus a Symmacho ſi cui credar: negabo
mihi ſiccitatem placere. Longiores quædam dicentur epi
ſtolæ: tales Plato ſcripſit. Ariſtoteles. Tucydides. Cicero.
Dicentur aliæ contra nimis breues: obiciã tunc ego Dio-
nem: Brutum: Apolloniũ: Marcũ. Philoſtratũ. Alciphro
nem. Iulianũ. Lybanium. Symmachum: ſed & Lucianũ:
quẽ falſo Phalarim vulgo putant. Damnabit alius me: qđ
argumenta nõ ſint hic epiſtolaria damnari me patiar: ſed
cum Seneca. Nolet aliquis in epiſtolis ſentẽtias: prouoca-
bo rurſus ad Senecam. Poſcet alius rurſum ſentẽtias: huic
ergo pro me Dioniſius reſiſtet: ac pertinere ſententias ad
epiſtolã negabit. Stilus eſſe nimiũ dicetur apertus: hũc tñ
laudat Philoſtratus. Dicetur obſcurus: at eſt ad Atticũ ta
lis. M. Tullii. Negligens erit: at epiſtolis neglegẽtia eſt ipa
pro cultu. Rurſus erit idẽ diligens. cõuenit maxime, quo
niam pro munere mittũtur epiſtolæ. Si cõcinnitas ibi ſit:
aſſeretur a Dionyſio. Si deſit ab Artemone. Tum quoniã
Romani quoq; ſunt atticiſmi quidam. ſi nõ erit attica: de
cebit hoc ipſum. nam quo alio damnatur Herodes: q̃ q; at
ticus homo nimis atticiſſet? Sin contra nimis attica. Theo
phraſtus hic proferetur: in hoc notatus ab anicula: licet ho
mo nõ atticus. Non erit feſtiua: me vero ſeueritas delectat
Nõ erit ſeuera: ſed ego deliciis capior figuras habebit. hos
ergo ipſos quaſi geſtus amat epiſtola ſermoni ꝓpior. Ca-
rebit figuris: at hoc ipſum carere figuris figurat epiſtolã.
Promet indolem ſcribẽtis: id quoq; præcipitur: Non pro
met: non ſcilicet quæſiuit: vt quæ carere ambitione debet
Circulo claudetur: hoc & græci faciunt. Aberit circulus:
nec hoc Philoſtratus improbat. Soluta erit: & incompoſi
ta: non diſplicet Aquilæ. Pedes habebit. & iuncturam nõ
diſplicet Quintiliano. Non aget: non eſt enim dialogus.
Aget eſt affinis dialogo. Communiter dicis: inquit alius:
quæ cõmunia: nouæ: quæ noua: cum ſtilo res igitur con-

gruit. Immo autem cõmuniter noua dicis: noue cõmunia
Nẽpe quoniã memor ſum præcepti veteris τα μεν κοινα
κοινωσ. τα δε καινα καινωσ Ad hunc igitur modũ: poſſe
vſq; quaq; ſpero tergiuerſari. Sed tamẽ ipſi viderint. Tibi
vero mi Petre ſuauiſſime: certo ſatiſfaciã vel in epiſtolis:
ſi bonæ fuerint. vel in obſequio, ſi non bonæ. Vale.

Angelus Politianus Petro Medici ſuo. S. D.

CVm ſæpe ex nobis audiſſes: florentiã: qua tu in vr-
be principem locum: ſicuti diu maiores tui merito
tenes: aliam prorſus habuiſſe originem: q̃ quæ ab hi
ſtoriæ noſtræ ſcriptoribus ꝑdatur: rogaſti humaniſſime:
quod ſemper ſoles: vt quicquid ea de re comperti haberẽ
litteris mandarẽ: fore. n. aiebas: vt mihi ciuitas omnis iu-
re deberet: quod parentes ei ſuos demonſtraſſem: præſer-
tim qui tales extitiſſent: vt ſi ſumendi ex quacũq; hiſtoria
fuiſſent: præſtantiores omnino deligi non potuerint. Ego
igitur mi Petre: cum: vt ciuitati gratũ faciam: quæ me be
nigne ſemper humaneq; tractauit: tum vt tibi honeſta po
ſtulanti: quo nihil mihi gratius in terris viuit. obtemperẽ:
breuiter hac epiſtola complectar: quid in litterarũ moni-
mentis: de vrbis huius auctoribus inuenerim: tum de no-
mine ipſo pauca ſubnectã: quoniamq; ſatis conſtat: etiam
fæſulanos in partem ciuitatis fuiſſe acceptos: vnde appel-
latas quoq; crediderim fæſulas: exponam. Deduxere igi
tur Florentiã Coloniam Triumuiri. Caius Cæſar: qui de
inde Auguſtus: Marcus Antonius. & Marcus Lepidus etiã
Pontifex. maximus Coloni autem deducti Cæſariani mi
lites: quibus aſſignata ducenta iugera: per cardines & de-
cumanos. Quod ego apud Iulium frontinũ reperio cele-
berrimũ ſcriptorem: qui Neruæ ætate floruit: in libro de
agrorum menſuris: quẽ tu librum domi habes Petre Me-
dices vetuſtiſſimũ. Ita quod nulli vnquã contigit: a tribus
Imperatorib9. quorum vnus omniũ ſummus: alter etiam
Pontifex. maximus: orta eſt florentia. Ciues autem primi

florentini viri illi fuerūt: quorum virtuti: nulla nec arma
nec munimēta: nec robora reſtiterunt. Explorata origine:
cauſam quoꝗ nominis indagemus. Triplex Romæ vr
bi fuiſſe nomen proditur: vnū hoc quod diximus Peruul
gatum: alterum quod arcanū fuit: vnde Amaryllida ſuam
quæ amorem proprie ſignificat: in Bucolicon carmē poe
ta detorſit: tertium ſacrificiis debitum: de quo vocabulū
floralibꝰ impoſitum qđ Anthuſam græce Philadelphus
interpretatur homo doctus: a quo hæc accepimus. Hoc tu
latine: vel florentem vertas. vel aptius floram fortaſſe: aut
florentiam. Scimus autē populi Romani colonias quaſi
effigies paruas eius: & ſimulachra fuiſſe: conſtat etiam flo
rentiam conditam ad Romæ imaginē: quod (vt alia præ
teream) nomen quoꝗ adhuc capitolii. & regionū quarun
dam teſtificatur. Idem autem fuiſſe Anthuſæ vocabulum
Conſtantini vrbi poſitū quæ noua Roma diceretur: tam
Philadelphus idem: quā etiam doctiſſimus Euſtathius tra
diderunt: Inde igitur productū nomen: vnde vrbs quoꝗ
ipſa producta. Nam apud Pliniū: vel corrupta voce: fluen
tinos legi pro florētinis: vel ita veteres olim populos: qui
profluentis Arni ripas incolerent: appellatos crediderim:
qui tamen deinde in florentinos condita vrbe deducta
ꝗ Colonia commigrauerint: vt edictum quoꝗ deſiderii
longobardorum regis fluētinos appellantis ad vtramuis
redigi cauſam facile poſſit. Ptolomæus certe (vt quidem
vetuſti fatentur codices) Florentiā dixit: Idemꝗ libro hi-
ſtoriæ naturalis quartodecimo Plinius: q̄q̄ vulgatis codi-
cibus: mendoſiſſimus omnino ſit locus. Meminit & Pauli
nus Ambroſi diſcipulus florentiæ: qui noſtro etiā præſu
li Zenobio locupletiſſimū ſanctitatis teſtimonium perhi
bet. Indicat & Procopius: quā etiam tum valida hæc vrbs
& præpotēs fuerit: quæ tentata ſæpius a gotthis expugna
ri non potuit. Vnū antiquitatis in ea veſtigium pulcherri
mum extat adhuc: templum hoc mirifica ſtructura olim
Martis: nunc Præcurſoris titulum gerens. Etenim Martē
Romani originis auctorē: Martem Cæſariani potiſſimū

colebant milites orbis terrarum victores. Martem præci⸗puus veſtræ vrbis cōditor Auguſtus: vt cui Romæ quoq̄ medio foro cognomēto vltori poſuit templum: Quo minus mirandum Florentiā iuuentutem: quāuis patrio mo⸗re abſtineat armis. Ludicris tamen adhuc certaminibus: etiā inter milites exercitatiſſimos excellere. Nam de te Pe⸗tre: nihil hoc loco mihi dicendum: qui tot palmas nuper paucis diebus totiens victor abſtuleris: ne forte noſtra hac epiſtola: tui laudandi captaſſe occaſionem cuiq̄ videar: fæ⸗ſulæ reſtant: quas ab Atlante illo cælifero conditas: & ve⸗tus fama fert: & homo vt illis temporibus doctiſſimus Io⸗annes boccacius confirmat: quæ ne diutius tamen vacillet auctotitas: Heſiodum citare poſſum vetuſtiſſimū poetā qui fæſulam fuiſſe vnam: ſed & primā nympharum decla⸗rat: a quibus hyadum: ſeu latine ſucularum ſidus exprimi⸗tur: quarū ſcilicet poſitum luna repræſentat: quod adhuc inſigne fæſulanis eſt: niſi potius ob id lunā geſtant: quod vltima Erraticarum verticem ipſum Atlantis Cœlum ful⸗cientis: potiſſimū premit. Sed audi iam verſus Heſiodios quos ex libro ipſius: cui titulus Aſtræa: partim grauis au⸗ctor Theon: partim Zezes ille grammaticus repetit in epi⸗ſtolarum ſuarum cōmentariis: incomparabilis memoriæ vir: atq̄ infinitæ pene lectionis.

Νυμφαι Χαριτεσσιν ομοιαί
φαίσυλη ηδὲ κορωνις. ευςεφάνος τεκλεειά
φαίωθιμε ροεσσα και ευδωρη Τανιπεπλος
Νυμφαι ασυαδάς καλεουσι φυλανθρωπων

Vides vt fæſulam nominat Heſiodus inter Hyadas po⸗tiſſimam: quod apud Euſtathiū quoq̄ repertas: quamuis in eo mendoſis codicibus æſula ſit: ſed & Ammonius grā⸗maticus fæſulæ meminit: vt vnius e Bacchi nutricibus. Hyadas autē fuiſſe Atlantis filias: & eaſdem Bacchi nutri⸗ces nullus credo paulo hūanior ignorat In ea vero ciuitate fulminū claros interpretes: vetere ethruſca diſciplina fuiſ⸗ſe: docet ita Silius: Affuit & ſacris interpres fulminis alis fæſula. Cui quoniā ſemper ego neſcio quo pacto plus cæ

tēris faui: tacere illud nō poſſum: totius etiam italiæ ſalu-
tem referri acceptam fæſulanis oportere: videlicet in quo
rum iugo Radagaſius olim gotthorū rex immaniſſimus
tū ducentis hominū milibus: orbem terrarū vaſtātibus di
uinitus concluſus: exceptus trucidatuſq; fuerit Hæc ſunt
mi Petre: quæ de florentia: & Fæſulis intacta noſtris ānna
libus: apud reconditos quidem: ſed idoneos tamē aucto-
res inuenerim: q̄ niſi fallor ciuibus noſtris: tibiq; gratiſſi-
ma eſſe debent: ego certe nihil hoc maius homo ſtudiis de
ditus litterarū: pſtare vobis potui: qui me in ciuitatē aſci-
ueritis: q̄ vt labore: induſtriaq; mea: parentes aliquādo ve
ſtros: tam multis adhuc ſæculis ignoratos: celebres: illu-
ſtreſq; viros agnoſceretis. Vale.

Angelus Politianus Iohanni Pico Miran. S. D.

NE tu homo es lepidus! qui me cū tuis amoribus: cō-
mittere tentes: quiq; adeo ſeuere: & tetrice a me ho-
mine haud ſane rugoſæ frontis: tam bellos accipi pueros
poſtules: vnus (aiunt) amor pana deū paleſtra prouocatū
ſubplātauit. Tu me cōcertare cū toto Veneris grege: q pu
tas poſſe! ſed tamen hoc tu exigis: tu inq̄ Pice: cui denega
ri quicq̄ ſit plane nefas Quare aliquot exoraui ex iis: vt ſe
a nobis vexari Paulū paterentur. Neq; ego iudicis (ita me
ſemper ames) ſed Momi perſonā indui: quē ferūt Sanda-
lium Veneris: tandem culpaſſe cū Venerem nō poſſet. Cō
fodi igitur uerſiculos aliquos: nō q eos improbarem: ſed
quod tanq̄ equeſtris ordinis. cedere reliquis: veluti ſenato
ribus videbantur: atq; Patriciis. Plebeium nihil offendi:
ſed in is nō tā iudiciū tibi: quā volūtatē defuiſſe certo ſcio
quando & Naſoni tuo: decentior (vt aiunt) facies videba
tur: in qua neuus eſſet: remitto ad te eos atq; addo ſtoicū
comitē: quē vtinā Talione tantū referiant ipſi: ac non pla
ne habeant ludibrio: vtcūq; erit habet Seneno hic ſupcilio
ſus: vbi patiētiā ſuā exerceat. Non erit iam quod clamet
ωἶευβρεἶουτασ περιζασειο. Non Bitus: & Bacchius me-

ſtus cōpoſiti. Reliqui: quos petris: negant ferre lucem. Tu
me ama. id quod mutuo facies. Vale.

¶Angelus Politianus Io. Pico Miran. S.D.

TAnti mihi ſūt literæ tuæ mi Pice: vt nullo pacto cre
dam poſſe me illis reſcribēdo ſatiſfacere. Tanta rur
ſus tua eſt humanitas: vt te boni conſulturū: quicqd a no⸗
bis proficiſcatur: exiſtimen. Si verba ſuppeterent animo:
laudare pro merito ingeniū: literas eloquentiā tuam cona
rer. Sed vereor ne laudes cogar tantas (vt Flaccus inquit)
culpa deterere ingenii: quare imitabor Timātē: quodq̃ ex
primere penicillo nō poſſum. velo contegā: quod ſi mihi
hortandus eſt: qui ipſe oibus exemplo ſit: ita ego meū Pi⸗
cum. vt ille Mycenæus Teucrū hortabor βάλλ' οὕτως.
Tibi aūt debere me multis nominibus intelligo. quæ ſin⸗
gula enumerare nō eſt cōſiliū: ſed acceſſit meritis erga me
tuis Manuellis noſtri viri docti elegās epiſtola. Hymetto.
illo. vnde. ſ. eam legit melle: atq̃ omni nectare dulcior Cū
nos plane Claucum reddidimus. χάλκεα χρυσείων com
mutantes: quis enim neſcit: q̃ illi ἐπιχώριοι τοῖς ἑλλη⸗
σὶν ἀττικίσμοι degenerent citra mare. Sed tamen hoc ip
ſo: minus eius obelos metuimus: q̃ in latio nati ſumus. Si
cut latina cū ſcribimus ꝑperā. hoc nos tuemur: q̃ greſſiſſa
re putamur. atq̃ vt veſpertiliones: dum neq̃ mures plane:
neq̃ aues ſumus vtriſq̃ tamē nos probare tētamus. Vale.

¶Angelus Politianus Hermolao Barbaro ſuo. S.D.

TV vero Hermolae: ita mihi oīa: vel præſenti prius:
vel deinde abſenti præſtitiſti: vt (Si officia dumta⸗
xat nō autem animum atq̃ voluntatem remetiamur) in⸗
gratus proculdubio ſim moriturus. Et quidem ea cauſa
eſt. cur tibi nec agam gratias: nec egerim hactenus: quod
intelligo non orationem modo noſtram. ſed plane fa⸗
cultatem omnem imparem eſſe tuis erga me meritis.

Nam quod mihi in tua epiſtola tantũ tribuis. quantũ ego nec agnoſco. nec fateor. vel ob id certe mihi gratũ ẽ. quod amicius. quam verius ſentiens. magis fortaſſe nos diliges. Verba porro qbus: velut me militẽ. bonus imperator hortaris. vt rectis ſtudiis. vtroq; quaſi cornu laborãtibus. ſuccurratu. eo me minus mouerũt. quod ſane quã paucos tui ſiles video: quos duces ſequar: vt. n. nõ dubitat Agamẽnõ qn ſit breui Troiã captur⁹: ſi decẽ dent συμφραδμονες. Neſtoris ſiles: Ita ſi Hermolai mihi dent decẽ: ſub qb⁹ me reã facile ſperẽ litteras: cũ græcas: tum latinas: e barbaria media receptũ iri Te tñ & laudo: & admiror: q adeo acciſis rebus: atq; afflictis: ſpem tibi aliquã feceris adhuc reliquã Quapropter mihi etiã: vel ob id audẽtẽ extrema cupido eſt certa ſequi. Vale.

¶ Angelus Politianus Hermolao Barbaro ſuo. S. D.

Quod ad te iãdiu nihil Hermolae dederim litterar q; nõ tam meis velim: quã tuis occupatiõibus adſcribas. Occupationes aũt nõ minus equidẽ ſtudia ipſa litterarũ: & ſapiẽtie: quibus vſquequaq; inuigilas: quã iſtos accipio diſcurſus obeundæ legationis: & rei. gerendæ publicæ. Quid igit̃ vel ineptius. vel inhumanius quã aut Muſarum ſacris operanti obſtrepere: aut agenti rem ſeriã. tricas. veluti intẽpeſtiuas obicere: Neq; vero cauſa fuit cur timuerim. ne (quod eſt apud Ariſtotelẽ tuũ) noſtrã quoq; amicitiã. ſilentiũ dirimeret. Non. n. ſic in amore mutuo languemus. vt ſimus inter nos machinis retinẽdi. Sed nec ſilentiũ quiſpiã interpretet̃ vbi neuter ceſſat honorifice de altero. & loqui. & ſcribere Caue. n. putes Hermolae. nõ diẽ dixerim. ſed horã pene vllã p̃terire. in qua non ego de ingenio. de literis. de prudẽtia. de cõſilio. de humanitate. de candore. de ſtudiis deniq; tuis. prope declamitẽ. Teſtis Medices Laurentius meus. Teſtis hic itẽ Mirandula Picus heroes arbitror duo. non viri. quos aut auditores habeo laudũ tuarũ attẽtiſſimos. aut beneuolentiſſimos predicatores. Iam apud eruditã iuuentutẽ. & familiariũ cohortẽ.

tantū de te loquendo profecimus. vt vnus vtiqꝫ habeare. nō solū doctiſſimus. ſed & humaniſſimus. & prudentiſſimus. Porro aūt vt epiſtolas. vt orationes omiſerim. in quibus de te ſemp a nobis illuſtris mentio facta vel hæc ipſa. quæ mox edentur Miſcellanea noſtra. cū quidē (vt Horatius inqt) dignus vindice nodus incidiſſet te. ſ. vna cū Laurentio. Picoqꝫ. indicem ſibi cōtra rudē inſcitiā nuncupauerunt. Neqꝫ vero tu quoqꝫ otioſus. aut occaſionibus imparatus in me ſemper etiā. vltra fortaſſe. ꝙ patior ornādo extollendoqꝫ. ſic vt temet pulcherrime ab hoc epiſtolarū ſilentio. crebris de me ſermonibus redemeris. Non igitᷓ amicitiā noſtrā blandimētis iſtis. & aſſentationibus indecoris. & ineptis: atqꝫ optimo cuiqꝫ maxime ſuſpectis. adeo etiā vvlgaribus. fouemus Non tñ vllo loco. vel ſtudio deſumus alter alteri. vel officio. Specioſa iſta. & popularia beneuolētiæ oſtētamēta. quaſiqꝫ fucū. & pſtigias. neqꝫ tu arbitror deſideras. & ego abominor. vino aiunt vendibili. ſuſpenſa hedera nil opus. Et nos ergo faciē. ſtrepitūqꝫ oēm (ſic doctos decet) aſpernemur. atqꝫ amicitiæ (qđ dicitur) perſonā detrahamus. Cæterū vt eo tandē deueniā. qua gratia tibi hanc epiſtolā ſcribere inſtituerā. Cū Franciſcus Gaddius Florentinus. qui paulo ante legatus iſtic agebat: vir vtriqꝫ noſtrū coniūctiſſimus. forte vt fit. in ſermone apud Laurentiū Medicē. nuper inieciſſet. deſiderare te volumē. ſi qđ hic emendatū Dioſcoridis haberemꝰ. ſtatim nobis Laurētius (vt eſt homo tui ſtudioſiſſimus) pro more auctoritateqꝫ mādauit. vt eā rem quāprimū. ꝙ diligentiſſime curaremus. En tibi igitᷓ librū mi Barbare. ſatis emēdatū (ni fallor) certo veterē. Tu cū fueris viſus. ad me remittes. nō tam (ꝙ tua eſt diligētia) incolumē. quā doctiſſima iſta notatū manu. quo ptium volumini aliqđ ex te: atqꝫ auctoritas accedat. Vale.

¶ Angelus Politianus Hermolao Barbaro ſuo. Sal. D.

EXplicarē nō poſſem literis Hermolae. ꝗta mihi lætitia prādenti nuper ſecū Laurētius Medices. te Pa

Hora

Vino uendibili su / spensa hedera nil / opus / amicitię persona de / trahere

7

triarchã factũ eſſe Aquilienſem nũtiauerit. Ego vero tanto ſum ex ea re gaudio: tãtaq́ voluptate pfuſus. vt in ipſo quoq́ diſcubitu (quid. n. manifeſta negẽ?) geſtieri exilieri lætũ fœlicẽq́ nũtiũ: vix ipſe me capiẽs pclamaueri. Et nũc gratulor tibi: gratulor doctis oĩbus: gratulor ſæculo Hermolae. Tibi hoc quod etiã tuaꝝ virtutũ: premiũ dixerim an teſtimoniũ publice acceperis. Nam q̃uis antea quoq́ multis magnificiſq́ fueris ornamẽtis affectus. Tamẽ hoc vnũ procul excellit: atq́ eminet: nõ modo q̃a maius. aut quia genere diuerſum. ſed quod p eũ. quaſi gradũ. breui putaris altius aſcenſurus. Doctis vero. quod is vir ad maximas pueheris dignitates. cui ſemp hoc hoĩm genus. atq́ hæc ſecta vitæ plurimũ placuit. Etenim ſũmo loco natus amplis opibus innutritus. egregiis honoribus pfunctus. & faſtigiũ diſciplinarũ ppe oĩm tenes & pfeſſores. ac ſtudioſos artium bonarũ (quãuis humili fortuna plerũq́ ſũmus) ita cõplecteris. & amas. vt æque cunctis tuæ quaſi. Maieſtatis faſces. ac Vexilla ſubmittas. Sæculo aũt: quod inſigne aliquod habet quo iam ſtare audacter aduerſus & vetuſtatẽ poſſit: & poſteritatẽ. ſ. q̃a veluti recuperaſſe nũc oculos: cæca prius fortuna videri poteſt: dũ cumulare honoribus eũ geſtit. In quo virtutũ pene oĩm. quaſi quidam cõtentus exaudit. Tu igit. & ſi virtute ipſa clarior es: atq́ (vt puto) lætior: q̃ virtutis pmio. Debes tñ hanc: & tẽporibus & literis diligentiã: ne fortunæ deſis: neu vota noſtra deſtituas: ſed incũbas inſteſq́ fauori. quantũ potes nõ quidẽ ambitu infami. qui philoſophũ dedecet. ſed his potius artibus quæ te earũ bonis. admirabilẽ prope vniuerſis reddiderũt. Equidẽ. quod ad me attinet. quando aliter ſuffragari nõ licet. illud vſq́quaq́ pſtabo. ne quã occaſionem. vel tui celebrandi nominis. vel conciliandæ tibi colligendæq́ beneuolentiæ prætermittam. Vale.

¶ Angelus Politianus Pomponio Læto. S. D.

Quas a te nuper accepi literas: ita gratas habui: mi Pomponi: vt me ab iis putẽ immortalitate dona-

ñatum. Sed & ſemenſtre Calendariũ: mire fuit gratum: & quã ais tabulam: bello marſico factam: quæ ſi eadem eſt quam Romæ obiter legerim: vereor: vt ſatis ex fide ſit ex ſcripta: Si quidẽ aimilius. nõ aemilius erat in ſaxo. Quã eandem diphthongum: etiam ſuper ipſa panthei teſtudi-ne adnotaueram: Quod vero: etiam (ſi diis placet) de obſcuris poetarum me cõſulis: homo omnis litteraturæ cõſultiſſimus: atq; id mihi ex amore tribuis: quod tibi ex vero debetur: intelligo q̃ tibi debeam: q̃ mihi faueas: quãtũ oneris ſuſtineam. Dicam tamen: quod ſentio tibiq; ſi nõ rem ipſam: ſtudiũ certe meũ: voluntatẽq; probabo: verſiculi ipſi: quos vere mendoſos putas: hi ſunt videlicet.

Indigena æterni rupem iouis: hinc tibi Mauors
Dant virides poſt terga lacus: vbi deſide mitra
Fœta legat: partuq; virum fouet ipſa ſoluto

Hos equidem ita legendos arbitror.

Inde Genetæi rupem iouis: hinc tibarenũ
Dant virides poſt terga lacus: vbi deſide mitra
Fœta ligat: partuq; virum fouet ipſa ſoluto.

Vt ſit ſenſus. poſt Chalybas promontoriuu Genetæi Iouis: dant poſt terga: hoc eſt præter nauigãt. Tum virides lacus tibarenorum. virides ſcilicet quoniam pecore abundant: atq; ob id paſcuis: quibus ſcilicet tibarenis mos eſt: vti a parturientibus: iamq; etiam partu liberatis vxorib9: viri in lecto mitrati collocentur: & ipſi vicem: puerperarum foueantur: curenturq;. quod ex Apollonio mira breuitate tranſlatũ: cuius in libro ſecundo ſunt hi verſus.

Τους δε μεταυτικἔπειτα γενητα ου Διοσ ακριν
γναμψαντες. σωωντο παρεξ Τιβαρηνιδα γαιαν
Ενθεπει αρκε τεκων ταιυπ ανδρασι τεκνα γυναικεσ
Αυτοι μεν στεναχουσιν ενι λεχεεσσι πεσ ντεσ.
Κρaατα δησαμενοι. ταιδ ευ κ μεουσιν εδωδη
Ανερασ: ηδε λοετρα λεχωια τοισι πενονται:

Addunt interpretes Apolloni: ſcriptũ id etiam a Nymphodoro in Tilinomis: cum Genetæum promontorium a Genete fluuio vocatum: in quo templũ ſit hoſpitalis Io

uis: quem Xenon appellant. Idem eodem libro ſic ſcribit. Apollonius.

Αγχι δε ναιεταουσι πολυρρηνεσ τιβαρηνοι
Ζηνοσ ευξεινοιο γενηταιην υπερακρην.

Quo loco πολυρρηνεσ ab agnorũ copia dicti. vnde virides lacus erudite dixit Valerius: ob paſcua: vt arbitror de Tibarenis etiam Orpheus. in argonauticis poſt chalybas meminit ſtatim: & eoſdem Strabo libro XII. tibarnos appellat. Quod autẽ de Eribote quæſieras. Fuit is filius Teleontis: de quo ſic idem ſcribit Apollonius.

Ειωε το Δευρυτιωντε και αλικηεισ εριβωτησ
υιεσ ομεν τελεοντοσ. ο Διρου ακτοριδαο.
Ητιομεν τελεοντοσ ευκληεισ εριβωτησ
Ιρου δευρυτιων: συν και τριτοσ ηεν οιλευσ.

Litteras cõtubernali tuo cõmendatitias ad Oratorẽ Florentinũ. Paulo negocio impetrabimus a Laurentio medice: qui ſi mihi quaſi vni e minutioribus litteratis: nihil nõ indulget: cur quicq̃ tibi litterarũ principi deneget? Vale: & ſi quid te dignũ ex antiquitate habes. participa quæſo nobis: tui cupidiſſimis. Et Vaſinio dic ſalutem meis verbis. Florentiæ. IIII. Cal. Mart. M.cccclxxxviii.

¶ Angelus Politianus Pomponio Suo. S. D.

LVcretiũ Petreio dedi: quẽ tibi iam redderet. Vah tam ſero inquis. Fateor: ſed nõ plus negligẽtia mea q̃ tuæ humanitatis fiducia. dum alia ex aliis: in q̃bus opera ponatur: occurrunt: dilatus hic in quadriẽniũ liber eſt: qui vel triduo potuerat abſolui: cæterum ego Pomponi mei memor: qui quidẽ neſcit offendi a Politiano præſertim: prætuli audacter officio cõmodũ. Petreio nõdũ frui licuit: vt optabam: probo: & antiquis moribus homine. Iam tum peregre aberam. cum ille Florentiam: ſtatimq; peregrinationem meam ruſticatio excepit. Spero tamen dierum paucorum iacturam: vt in vrbem reuerterimus: inrupta (quod aiunt) copula ſarciet. Quas in me laudes

Quas in me laudes confers: q̄q̄ agnoſcere ſalua frontē nō auſim. tamen ob id gratiſſimas habui quoniā cum hec ir-riſio in iſtos mores: nec adulatio cadat: neceſſe eſt lauda-tio hæc: aut ex amore in me nimio: aut ex vero proficiſca tur. Quorū cum ſit vtrūq; mihi glorioſum: alterū diu in votis: alterum etiā ſupra vota eſt. Monimēta illa quæ nar ras antiquitatis: iam iam tractare: cōplecti adorare geſtio per fortunas imperti: ſi quid habes: quod excellat. Medi-ces noſtri vnice tibi fauent. Demetrius autē ſalutem ſibi a te dictā totidē verbis renumeratur. Vale. In Feſulano· ſexto Id. Aug. M.cccclxxxi.

¶ Angelus Politianus Baptiſtæ Guarino ſuo. S. D.

Oſtendit epiſtolam mihi: nuper ad ſe tuā Ioānes Pi-cus Mirandula: Princeps omni laude cumulatiſſi-mus: in ea cum tu mihi multū tribueres ex recenti Miſcel-laneorū fœtura: tum vero ſeorſum in ſceda ſyllabas nota ſti aliquas: in quibus meā nō nihil diligētiam requirebas. Sed hoc poſterius tamen: ita cūctanter ita ſuſpitioſe feci-ſti. Quaſi deniq; metuiſſes: ne me lædi grauius putarē ſi-cubi abs te nō doctiſſimo ſolum viro: ſed optimo quoq; redarguerer. Ego igitur: q̄q̄ diſſimulare nō poſſum: lauda tionem mihi tuā fuiſſe pro eo ac debuit omnino gratiſſi-mam: tamē vt eam quoq; Plauſibilius exciperē: cauſa fuit in primis: quod abunde fidē blanditiis illis tuis comes ad dita libertas: ne dixerim caſtigatio faciebat. Etenī nō ego ouidius refellam: quā refelli me patiar: & opinionū falla-cis: quaſi morbis animi p̄ecipuis: multo etiam libentius ipſe caream: quam cæteros liberē. Tum vero mihi omni no: quaſi pro lapide lydio iudicium debet eſſe: Nam vt il lo purum dinoſcitur aurū ab adulterino: ſic apud me de tua facile ſententia: verū videtur poſſe falſumq; diſcerni: nec eſt in quo tam bene de propriis mihi ſtudiis ſpondeā: q̄ quod ita diſputare ſoleo de ambiguis: vt plus inuēro ve ro gaudeam: q̄ victoria. Quanq̄ autem abs te tantæ aucto

ritatis homine prouocatio nõ eſt: tamen pro tua ſingula-
ri humanitate: quæſo benigne audias: quid ad iſta reſpon
deã. Negas probare te: quod imolare prima breui: ꝗ itẽ
matutinus prioribus correptis ſyllabis enũciauerim. Ego
vero tametſi rudis in primis: nõ adeo tamẽ obtuſi ſim pe
ctoris: in verſibꝰ maxime faciundis: vt ſpatia iſta: moraſꝗ
nõ ſentiam. Verum cum mihi de græco pene ad verbum
forent antiquiſſima interpretanda carmina. Fateor affe-
ctaui equidem: vt in verbis obſoletam vetuſtatem: ſic in
menſura ipſa: & numero: gratam quandã: vt ſperaui no-
uitatem. Nec autẽ putabã fore: vt cũ Vergilius: accerrimi
vir iudicii verſus aliquocies. Homeri vatis exemplo: cau
dam trahentes: effinxerit: nõ etiam mihi tale quippiã præ
ſertim græca vertenti cõcederetur. Quocirca verſiculos
feci de induſtria: prominuli quaſi ventris: qui medii pe-
dem quaterna tempora ſuperantẽ caperent ex argumẽto
προκοιλιουσ appellatos. Qualis apud Homerũ puta: ſit
ille πατρόκλου ποθέων ανδροτῆτα καί μενοσ ηυ. Sed
quoniã quod ego ſtudio nouitatis quæſiuerã. Syllabarũ
ſ. ignorationi: pleriꝗ tribuebãt: mandaui ſtatim quibus
maxime potui amicis: ad quos vlla modo exẽplaria per-
ueniſſent: vt verſiculos eos: velut in quadram redigerent
ad hoc exemplũ Luciferi: nã lux ſuperis gratiſſima diuis:
& item. O pueræ: emicuit rubor aut mora matutinus. Cu
ius enim ſtulticiæ: vel cuius potius improbitatis fuiſſet:
agere diutius: etiam bonã fabulam: quã cõtinuo populus
exſibilaret. Itaꝗ magnopere a te peto: cures mihi primo
quoꝗ tempore nõ auſim dicere tua: ſed ſcholaſtici: alicu-
ius manu locũ ſic vtrũꝗ: in oĩbus: quotquot iſtic erũt ex-
emplaribus emẽdãdũ. Nã vt tibi poteſtas venaliũ quoꝗ
fiat ipſi continuo per literas cauebimus. Iam vero: quod
liquẽtibus prima correpta dici vix permittis: equidem in
eo Vergiliũ ſequebar: cuius illa certe ſunt notiſſima. Prin
cipio cœlũ: ac terras: campoſꝗ liquẽtes: & igneṁꝗ: horri
bileꝗ feram fluuiũꝗ liquentẽ. Nec me fallunt aũt: liquen
tia mella: ſic apud eundẽ poſita: vt q̃tum ſcilicet in tẽpo-

Imolare matutinus

re: tantũ ſit in intellectu diſcriminis. Sed & orichalcũ bre
ui ſecũda dictũ reprehendis. Quæ tamẽ ſyllaba: diphthõ
go notatur. Adhec illo ipſo: quẽ tum locũ interpretabar:
οὐΔεσ ὀρειχαλκοῦ dixerat. Callimachus vnꝰ mihi tum
quidẽ ꝓ cæteris ſequẽdus: q̄q̄ alias quoq; grauiſſimus au-
ctor. Nam quod Statius aliter vſurpat iure ſuo: videlicet
vna dipthongũ litera defraudat: quod & in Pliadũ voca-
bulo: nõ reformidat. Poſtremo quæris idẽ: vt cur & Booe
tia ſcribam: ſed enĩ quærere ego quoq; viciſſim poteram
cur tu Booetia potius: nullo ſcilicet in has vocales græca-
rum trãſitu: quẽ modo vel ꝓcepta tradiderint: vel ratiões
perſuaſerint: vel auctoritas cõprobauerit: niſi forte vulgꝰ
iperitũ reſpicimus. nullo prorſus habẽdũ numero apud
eruditos: quoꝶ te principẽ ſemꝑ exiſtimauimus. Adde q̄
hãc nr̃am voces iſtiꝰ ſcripturã: ſicut e græco primũ demi
grauit: intemeratam ſeruant exẽplaria: q̄cunq; adhuc in-
corruptæ vetuſtatis indole cenſentur. Hæc igitur habui
nũc quidẽ: quæ pro mea cauſa dicerem. Verũ quando tu
vnus omniũ ætatis noſtræ profeſſorũ celeberrimꝰ aliter
ſentis: nihil iam credo mihi: ſed ad Pyrronios plane defi-
cio: neceſſe prorſus aut affirmo poſt hac: aut nego quicq̄:
ſicuti nobis: vel a ſenſibus ipſis: vel ab animo deniq; reꝑ-
ſentatur. Cupio tamen & de cæteris: quid ſentias audire:
tanto maiorẽ tibi habiturus cottidie gratiam: quãto ab er
roribus me vel ſæpius: vel liberius: vel poſtremo etiã ſeue
rius vindicaueris. Vale.

Angelus Politianus Baptiſtæ Guarino ſuo. S.D.

BEne habet: Amicos vndiq; Miſcellanea nobis: aut
cõparant aut excitant Vndiq; epiſtolæ ad nos: vel
de nobis excellentium virorum plenæ ſtudii: plenæ lau-
dum. Vel proxime duæ abs te: q̄ ingenuæ bone Deus: q̄
ſimplices: q̄ liberales: quantis poſtremo & quibus aſper-
ſæ amoris notis: mitto enim: q̄ elegantes: & doctæ. Pro-
prium videlicet hoc eius domus: in qua dumtaxat etiam
ipſa bonarum artium ſunt incunabula. Quos igitur

mihi tãta iſta: ſeu iudicia ſeu ſtudia veſtra. admouere acu
leos: imo vero quos ad ſcribẽdũ ſubdere ſtimulos debẽt?
Item facile contẽno: quas & contempſi tamen ſemper in-
eptias maleuolorũ. & nugas fuere dixerim abortiuas (Pri-
us. n: pene emortuæ, q̃ editæ) tuis mihi ſuffragantibus
epiſtolis. etiã Phœnice viuacioribus. Ego vero alacer iam
doctorũ clamoribus adiutus. ad huius calcẽ curriculi pro
pero. Quin (ſi modo tu nõ aſpernaris) curabo extet ad
poſteros in reliquis meis ſcriptis perpetuũ nõ dixerim do
ctrinæ tuæ. quo quidẽ minus eges. ſed certe beneuoli in-
ter nos animi teſtimoniũ. Vale. Pictoriumq́ noſtrum
candidiſſimũ hominem. ſaluere iube meis. & Pici verbis.
Florentiæ. Quinto Idus Ianuarii. M.cccclxxxviii.

Angelus Politianus Philippo Beroaldo ſuo. S.D.

LEgit epiſtolam mihi nuper ad ſe tuã Picus hic Mi-
randula noſter: plane flos illibatus ingeniorũ: cuius
in extrema clauſula: noſtri quoq́ ſic honorificam mentio
nem faciebas: vt in quodam veluti litteratorum cõſenſu
proximos: videlicet ab illo mihi gradus aſſignaueris. Hãc
igitur ego tuã (ſi modo ita vocetur) ſentẽtiã: q̃uis audire
citra ruborem: gnarus inſcitiæ meæ nõ poteram: tamen
quod ab inſigni quadã beniuolentia proficiſcebatur: ita
gratanter accepi: vt vix tantũdem fuerim voluptatis ha-
biturus: ſi mihi eſſe illa: quæ de me ꝓnuntiabas: vera per
ſuaſiſſem. Nam q̃uis teſtimonio cõſcientia repugnet: læ-
tor tamẽ alicui talem me videri poſſe: qualem tua me fin-
git: hoc eſt hominis erudiriſſimi ꝑdicatio. Quare ſtatim
dictaui hanc tibi epiſtolam Beroalde: q̃ ducerẽ quantope
re mihi tuũ tale laudationis officiũ blandiatur: ſimulq́
darem fidẽ nulli me prorſus: occaſioni defuturũ: rerumq́
poſt hac & temporũ plane omnis articulos excuſſurũ: do-
nec tibi pro ſtudio erga me tali: & animo tãdem quoquo
modo referam gratiã. Vale. Florentiæ. xvii. Calen. Fe.
M.cccclxxxix.

¶ Angelus Policianus Nicolao Leoniceno ſuo. S.D.

NOn tu munus accepiſti: quinimo dediſti potius vt
qui dignũ me habueris cuius etiam nugas lectitares
Niſi magis iniuria ſit hæc: florales agentẽ ſpectari a Cato
ne Feriatum diu te dicis a litteris politioribus. At ego: ſi
talem ſcriberẽ epiſtolã: qui feriatur: poteſt: qualem tu mi
ſiſti nuper: omniũ elegantiſſimã. cenſeo eſſe mihi quoq
quacũq occaſione feriandum. Sed ita eſt profecto bonæ
iſtæ artes: litteræ: philoſophiæq veſtræ: nõ prius tenent
ſingulæ: q̃ ſimul omnes. Omnes vero ætate noſtra: tu: ſi
nõ ſolus: certe cũ paucis: hoc eſt cũ vno aut altero: ad ſum
mũ tenes. Sed de reliquis alias. Galeni vero cõmentarios
vidi nuper: quos tu plane latinos feciſti. Auguror. nec me
puto fallit auguriũ: plurimũ poſteritati collaturos. Nam
ſæculo etiam huic noſtro: nondũ audeo ſperare: quoniã
praua conſuetudine. ſic bene quidã homines obrutuerũt:
vt glandem adhuc defendant repertis frugibus ſimileſq
mihi Gryllo videtur illi: qui cũ Vlyſſe diſputat apud Plu
tarchum: nec vllis adduci ratiõibus poteſt: vt e ſue rurſus
in hominẽ redire velit: quẽ prius ex homine Circe muta
uerat in ſuem Gratulatio tua quod philoſophiæ me totũ
dediderim: mirũ: quantum mihi bonæ ſpei addidit. Per
ſeuerabimus igitur. Præſertim cũ bene ceſſerit adhuc: q̃ &
hactenus publice ſpecimen dedimus: nõ modo docendo:
ſed etiã diſputando: facit animos credo Picus. hic noſter:
qui cũ diu cõparem ſibi nõ inueniat in arena: certanti mi
hi: laborantiq tamen vnice fauet. Iſq cum mihi: tale quid
dã forte: quale Glauco illi Caryſtio pater acclamauit Τκυ
σωάροτρον terrã mediiſfidius ipſam ſubiicere videtur.
Antæi pedibus. Atq vtinam. tu quoq nobiſcum viueres
eodem contubernio. crederẽ fore. vt & Muſæ huc omnes
(ſi modo vllæ vſquã ſunt muſæ) cum ſuis: & nemorib9:
& fontibus. ne dixerim cum ſua modo ſuppellectile cõmi
grarent. & indoctorũ. barborũq phalanges. quæ totũ fe
re orbem ſignis poſitis exultantes tenent, facile te & Pico

ducibus fugarentur. Laurētius. Petruſq; Medices. hoc eſt cū filio ſuauiſſimo: pater humaniſſimus: certatim te diligunt occaſionēq; ſibi dari volunt: qua beniuolentiæ ipſorum aliquādo erga te: vberiorem fructū: plenioreq; percipias. Vale.

Angelus Politianus Nicolao Leoniceno ſuo. S. D.

Delectata illa tua Nicolae: quibus Auicēnæ refellis inſcitiam: doceſq; medicos iuniores quanta in caligine rerum verſentur: neſcio plus ne mihi voluptatis: an doloris attulerint. Nam & gauiſus mirifice ſum res eas: quibus hominū vita: ſaluſq; cōtinetur: ab eo potiſſimū viro editas eſſe in lucem: quem quidē ego ſemper ingenii diſciplinarūq; merito plurimi fecerim: & indolui rurſus generis humani vicem: ꝙ in ſe graſſari tandiu impune triſtem hanc inſcitiā patiatur: atq; ab iis interdū vitæ ſpem pretio emat: vnde mors certiſſima proficiſcatur. Quis enim nō videat plus eſſe a medico q̄ a morbo ꝑiculi? Si quidem & morbus alius pro alio curetur: & alia pro aliis remedia afferant. Quod ſi te priſca illa Nicolae tuliſſet ætas: in qua pro meritis præmia reddebantur: ne deorum quidem honoribus caruiſſes: niſi forte maius eſſe credimus: vnū aut alterū (quod Aeſculapius fecit a morte q̄ ōnes pariter homines) quod ipſe facis (a mortis etiam periculo eripere. Quare ꝑge obſecro qua inſtituiſti via. ſcilicet vt vna opera & immortalem tibi gloriā parias: & omnibus vere hactenus mortalibus ægris vitā ſalutemq; concilies. Quod autē Pliniū quoq; redarguis noſtrū quaſi ciſthon pro hedera acceperit. In hoc ego) vt libere agam & amice: longe a te diſſentio. Nec autem verebor eius viri patrocinium ſuſcipere audacter: qui fuerit de vita & litteris. tam præclare meritus: p̄ſertim aduerſus te hoc eſt aduerſus eminētem philoſophū: cui nihil veritate ipſa debeat eſſe antiquius. De veſtris. n. illa ſunt ſcholis amicus Socrates amicior veritas: & item amici ambo. Plus tamen habendū honoris veritati eſt. Plinius igitur: vt quidē tu ais: perinde atq; Auicenna ciſthon ab hedera nō diſtinguit: errore: ſiquidē

ſta ſit maximo: quando ciſthos ab hedera plurimũ: & fi-
gura & colore & viribus differat: Addiſq; mirandũ de Pli
nio magis: q̃ de Auicẽna: quoniã græce linguæ peritus: ſe
cernere aciſſo: hoc eſt ab hedera ciſthon debuerat. Argu-
mentũ affers quãobrẽ alterũ ab altero: nõ ſeparet. Quod
in libro naturalis hiſtoriæ. xvi. hederam diuidat in marẽ:
ac foeminã: florem q; vtriuſq; ſimilẽ dicat eſſe roſæ ſilue-
ſtri. Tum idem libro quarto. &. xx. ciſthon quoq; illã: ſub
qua naſcitur hypociſthis: in marem diuidat & foeminam
mariq; roſaceũ foeminæ album tribuat florem Poſtremo
quod etiam ciſthi huius feciſſe inter hederas mentionẽ ſe
dicat quocirca ſic videris poſſe colligere: cũ Plinius libro
quarto & vigeſimo mentionẽ ſe de ciſtho inter hederas fe
ciſſe doceat: cuius tamen vocabulum nuſq̃ ſuperius inter
hederas citetur facilis coniectura eſt: ciſthon ab eo hederæ
nomine cõprehẽſam: præſertim qui ſic hederã quẽadmo
dum: & ciſthon in marem foeminãq; partiatur: & in hede-
ris florem deſcribat ciſthi. Iam quoniã quid tibi videatur
expoſui quid ego cõtra opiner ediſſeram. Nego vſq̃ a Pli
nio inter hederas ciſthi mentionẽ factam: prærerquam li-
bro quarto & vigeſimo: vbi illam præclare diſtinxit ab
hedera. Nam quod tibi ſumis: quaſi Plinii teſtimonium:
alibi eum de ciſtho inter hederas locutum. Hoc ego neuti
quam concedo. Mihi enim: vbi hoc ait in quarto & vigeſi
mo ſcilicet libro diſſerere de ciſtho: ad vſq; illam tantum
clauſulã videtur: quæ ſic eſt apud ipſum Sub his naſcitur
hypociſthis. Poſt id autẽ: ſtatim interpũgitur: ac de inte-
gro ſic verba incipiunt. quã inter hederas diximus ciſſos
erythranos: ab hiſdem appellatur ſimilis hederæ: nec aũt
vereor: (quæ tua eſt in litteris elegantia) quin figurã gno
ſcas. eiuſmodi apud Ouidiũ eſt. Quã legis a rapta briſei-
de littera venit & iterũ. Qua niſi tu dederis caritura eſt ip
ſa: ſalutem mittit amazonio creſſa puella viro. quod ſi il
lud quam referre ad id malis: quod antegreditur. cogen-
tis ad Hypociſthida potius (hæc enim ſtatim prior) q̃ ad
ciſthon referre deq̃ Hypociſthide tacet oĩno ſupius hoc ẽ

libro decimo ſexto. inter hederas cū de Erythrano tamen loquatur. quid?ꝙ nec ciſthon alibi vſq̄ nominat inter hederas: nec maris: fœmineq; diſcrimen tam ciſthi propriū: q̄ omniū plane arborum: virgultorūq; videtur. quod nec idem Plinius diſſimulat. quid?ꝙ flos quoq; diuerſus perhibetur. in hedera quidem maris: & fœminæ cōcolor. In ciſtho aūt plane diſcolor. Nam ꝙ hederaceū ſilueſtri roſæ cōparat: nō tam colorem inſinuari q̄ lanuginem puto: qualis intra roſas eſt. Vnde etiā hederæ florem Χρυσωδη Theophraſtus appellauerit. ſatis igitur (vt arbitror) apparet nihil eſſe: quod nos fateri cogat: Pliniū libro. xvi. Ciſthon inter hederas retuliſſe: qui tamē idem libro quarto & vigeſimo ſic hederæ Ciſthon: quemadmodū & chamæciſſon adnexuit: nō quia Ciſthon hederāq; eſſe idem crediderit. Sed ꝙ eam græci vicino (ſic enī inquit) vocabulo appellent. Quare ne queq̄ ſimilitudo vocabuli falleret ibi potiſſimū diſtinctiones adhibuit: vbi confuſionis occaſio naſcebatur. nec eo contentus etiā ciſthi proprietates prorſus ab hedera diuerſas adiecit. Nuſq̄ enim hederam: ſic ante deſcripſerat: vt aut maiorē thymo: aut ocymi foliis: aut poſtremo albo eſſe flore docuerit. Quamobrē quis iam dubitet. ſecundū Plinium pronūciari oportere: quē ne ſuſpitio quidem illa iſtius erroris attingat. Illud obiter mirari me fateor: quid ita tibi in mentē venerit ledō: herbam ſeu tu ladanū mauis. vnde & ladanum vocetur latinā vocem arbitrari prorſus quaſi non & Dioſcorides: & alii veteres græci paſſim vt patria: vernaculaq; vtantur: tam Hercules q̄ & ladano. Hæc habui mi. Nicolae: quæ tibi ꝓ Plinio (vera ne: an falſa neſcio. Sed mihi tamen veriſimilia) obiicerem: quæ ſi tibi doctiſſimo homini ꝓbabūtur: lætabor equidem latinū auctorem nō in eadem eſſe alea qua barbari. Sin minus expecto iam: quid ad hæc noſtra qualiacūq; reſpondeas. etenim cū grauiſſima ſit apud eruditiſſimū queq; Plinii auctoritas: aut non tentanda fuit: aut aliquanto fortius: q̄ certe adhuc feciſſe videris conuellenda. Vale.

¶Angelus Politianus Iouiano Pontano: S. D:

ET ſi magnũ te dolorẽ. Ferdinandi regis interitu cœ
piſſe nõ dubito: propterea quod in illo: & auctori⸗
tas: & ſapientia tanta fuit quantã vix in rege vnq̃ alio me
minimus: tamen cũ mecũ ipſe conſidero: qs ei Regi: Rex
ſuccedat: pene eſſe nefas arbitror: vel te: vel quenq̃ ex iis: q
rebus veſtris fauent. quorũ de numero: nos quoqꝫ ſumus:
maiore aliquo in luctu: mœſtitiaqꝫ verſari. Nam cũ vobis
regni hæres (quod fœlix fauſtũqꝫ ſit) Alfonſus alter: ma⸗
ximus natu: filius obtigerit: cuius excellens ingeniũ: ſin⸗
gularis virtus: incredibilis ſapientia: bello. & pace claruit:
ingrati profecto fuerimus: ſi nõ quantũ relictũ: ſed quan
tum ſit adẽptũ reſpexerimus. Præſertim cũ ſubſidiis tot
tantiſqꝫ regnũ fulciatur. Dux. n. ſuffectus Calabris Ferdi
nãdus alter Alfonſi filius: quẽ & ipſum nobis fama refert
oĩbus corporis: animiqꝫ dotibꝰ excellere: ſicut multis ma⸗
gniſqꝫ rebus nõ dubiũ iã Regiæ cuiuſdã indolis ſpecimẽ
dederit. Accedit eo Federicus magna prudẽtia magna de
xteritate: magno vſu rerũ: ſed maiore in regem fratrẽ be⸗
niuolentia fide: pietate. Mitto neceſſitudines alias: opes:
exercitus: duces: ſocios: ſtudia: populariũ preſidia: muni
menta propugnacula: quæ nullis pene humanis viribus:
labefactari poſſe videãtur Opem vero diuinã quis rogo:
vel ſperare: vel polliceri ſibi magis poteſt? q̃ qui. Turcos
impios ferro igniqꝫ ſequens. nõ tam ab oppido. Hydrum
te q̃ (vt mihi videtur) ab Roma ipſa: q̃ primũ petebant:
atqꝫ adeo a ſanctiſſimis illis altaribus expulerit. Quapro
pter tam & ſi magna omnino facta eſt iactura. Ferdinãdi
obitu: tamen quoniã vigiliã quaſi ſuã: filio tradidit: Re⸗
gemqꝫ pro ſe quẽ potiſſimũ voluit: reliquit in omni gene
re laudis excellentẽ: nõ debetis vllo pacto mi Põtane: qui
cunqꝫ inter officia regis eſtis mœrori vos dedere. Sed ani⸗
mo præſenti (quod equidẽ te facere arbitror) præſto eſſe
diligentiãqꝫ omnẽ veſtrã videlicet ad eum (quantũ quidẽ
fieri poteſt) cura labore: moleſtiaqꝫ leuandũ conferre. Te

vero etiā ſeorſum gratias agere Deo maximo cōuenit: qđ
eum quē in hāc ſpem a tenero educaſti: quē diſciplinis or-
naſti: quem præceptis inſtituiſti. Regē iam vides atq; ita
Regem: nō modo: vt regno. pulcherrimo iſto quidē atq;
opulentiſſimo: ſed vt etiam orbis terrarū imperio: digniſ-
ſimus habeatur. Hæc ego: vt ad te ſcriberem: pcipuus quiſ-
dam meus erga te. principeſq; tuos. amor impulit. Sed &
multū quoq; adhortatus eſt Alumnus hic meus. idēq; pa-
tronus. noſtræq; Reipublice columen. Petrus Medices ex-
cellenti iuuenis & animo. & ingenio. Quo nihil fieri po-
teſt mi Pontane tui amantius. Nam Regi ipſi tuo. q̄ ſe ſe
idem totum. penituſq; tradidit. nihil attinet ſcribere. præ-
ſertim ad te. cui nota ſunt omnia. Sed tamē ita de illo ſem-
per. & honorifice loquitur & amanter. vt cæteris pene reliſ-
qui nihil faciat. atq; hæc hactenus. Quod autē ſuperiori-
bus diebus excuſaſti diligenter occupationes tuas. propte-
rea quod epiſtolæ cuidam noſtræ nō reſponderas. nimis
officioſus homo es (vt video) nimis hūanus. Me eni q̄uis
omnino equidē litteras tuas gratiſſimas habere. nihil de-
lectare poteſt quod cū tua vlla moleſtia tribuatur. Tantū
illud ignoſcas velim. quod dū ſtudio in te meo. & amori
obſequor nō ſum veritus. ſemel iterūq; tuis occupationi-
bus obſtrepere. Licet aut per me tibi (dūmodo amari nō
deſinas) nō ſolum nō reſpondere ad litteras meas: ſed ne-
legere eas quidem ſi ita ſit cōmodū. Vale.

Angelus Politianus Hyeronimo Donato ſuo. S. D.

IN epiſtola quadā tua ad Picū noſtrū: cū me pleraq;
delectaſſent: tū vt ad te ſcriberē ſubinuitauit. Iudici-
um quod affers de Ruſtico noſtro: vtinam quidē tam ve-
rum q̄ honorificū. Quod ego tamē nō iudicium adeo de-
me: ſed ſtudiū potius in me ac beneficiū interptor. Neq;
eni ita mihi ſum inexploratus: vt tibi amiciſſimo hoi atq;
ob id minus integro iudici. plus de me credendū ſtatuam:
q̄ ipſe mihi. niſi forte ita me iudic: illa poetarū (quod Ora-

tius inquit)amabilis inſania. vt nũq̃ cõgrediar,mecũ:nũq̃
de tergo in pectus manticã reuocẽ. quod ſi poeticẽ ſeqtur:
velut vmbra corpus.cæcus ille amor ſui:q̃ φιλαυτία dici
tur: quæ pleroſq; infatuãs:& tollẽt vacuũ plus nimio glo-
ria verticẽ. fateor iam nũc:piget me cãdidatũ poetices ha-
beri. tam ingrata vice:tam triſti:ac pœnitenda mercede.
Alioq̃ ne Lucius quidẽ ille me ſtultior χρύσεα χαλκείων.
demutauerint ἑκατόμβοια ἐννεαβοίων. Cæterũ nihil
minus debemus tibi: vel ſentienti de nobis: vel ſentiri. ab
aliis poſtulanti: quæ nec agnoſcat cõſcientia noſtra; nec fe
rat pudor. Siue.n. vt cæteros fallas: ne tua quidẽ ornamen
ta: hoc eſt laudũ tuarũ. ſuppellectilẽ mihi inuidẽs: ſiue ip
ſe falleris potius: meaq; te: vel vitia delectant: vtrũq; amo
ris eſt:& quidẽ nõ vulgaris: ſiquidẽ Achilles quoq; Patro
clo ſua arma induit:& alcæum vatẽ næuus etiam in articu
lo pueri delectabat. Q uare ſi me amas: idq̃d ſcio: iã.ſ. du
bitare nõ potes: quin ego te redamem Si quidẽ aiunt amo
rem: nullo magis emi q̃ ſeipſo. Neq; tamen: ſicut amantẽ
mutuo amo: ita laudantem: viciſſim: te laudo. Q uippe in
reponendis beneficiis lex eſt illa Heſiodi cuſtodienda: vt
eadẽ mẽſura reddas: aut etiam cumulatiore: ſi poſſis. Sed
cum tu: quas habes orationis diuitias: cũ tu inquã iſto in-
genio vir. iſtaq; doctrina: in me vnum e medio homuncu
lum: laudes tantas ipſo(quod aiunt)orreo cõgeſſeris: qui
poſſum ego: de reditu maligni: incultiq; ſoli ſaltem alte-
rũ tantũ tibi: nedũ plus aliqd remetiri. Niſi tñ velut Echo
illa: tuas tibi voces regerã: atq; reſundã. Sed vereor: ne ſi
quæcũq; dederis: reſignauero: tibiq; laudes tuas: quas pre
cario poſſideam: remiſero: nudũ ipſe me ſtatuã: &: vt illa
Aeſopi cornicula plumis ablatis: moueam riſum. Atqui
tñ nec illud ſaltẽ me potes ingrati reũ pagere: cũ vicariã p
me ſolutionẽ ſpõte ſuſcipiat: ac meas pteis ſubleuet ſacer
hic Picus dicã: an phœnix: cui⁹ tu ſemp in ore illo e musa
rũ gratiarũq; pleno Q uo.ſ. inſpirante nos quoq; impelli
mur: ad te ſupra etiã q̃ valem⁹: ſed tñ adhuc ĩfra q̃ cupimus
efferendũ. Nam par quidẽ: tãto pferẽdo oneri ipſe ẽ ſolus

Nos aũt de eo ſic pendemus: vt de magnete Platonis anu-
li ferrei. Ipſeq́ in nos: vim quandã arcanam depluit: qua-
liſq́ ενθουσιασμον. q plus etiã poſſe nos cogit: quã ſpon
te poſſumus. Ipſe quaſi Pauſarius: modos & incitamenta
dat nobis laudandi tui: laudandi vna tecũ. Hermolai bar
bari: hoĩs (vt mihi quidem videtur) vnius ex reliquiis au
rei ſæculi. quãuis ipſe longe doctior: & nõ illi ſanctiores.
ſed ingreſſos plerũq́ nos ſuper vobis aliquid ραψωδειν
tam multa in Cælũ aura leuat. vt Icariũ quandoq́ caſum
formidemus. vides autẽ nũc quoq́ me quaſi νυμφοληπ-
τον etiam in epiſtola: neſcio quid exhibere Διθυραμβι-
κωτερον. quid tu igitur frontẽ obducis? An ſcilicet te fu-
git: indulgendũ hoc mihi quicquid eſt furoris: vel q̃ om-
nis paulo humanioris iuxta adamo. ac ſum (quod dicitũ)
amuſſis alba vel quod tibi duoq́ non abhorrens videor
a muſis Picoq́ item ipſi: & fortaſſe Hermolao triũuiris. ſ.
litterariis: qui ſi me vel tantillũ probatis: iam nũc mediũ
oſtendo digitũ nõ popello tantum: & litteratoribus: ſed
philoſophis adeo ipſis. ne excepto quidem. Platone: Sed
florentino. Vale.

¶ Angelus Politianus Hieronymo Donato ſuo. S. D.

ET ſi literarũ tuarum ſemper incredibili deſiderio
teneor. propterea quod mihi ex eruditione fructus
ex elegantia voluptas: ex auctoritate: ſummus honos con
ciliatur. facile tamen id ego differri nõ nunq̃ patior: vel ne
te a ſtudiis auocem potiorib⁹: vel certe: vt exemplũ mihi
tuum: ſexcentas iam debenti epiſtolas patrocinetur. Ro-
ges cauſas tanti debiti. Non inficior deſidiam eſſe primã
quæ mihi ſemper: neſcio quo pacto fuit in delitiis. Sed ta
men: & occupatiunculæ: vel trichæ potius ineptæ quæ-
dam: moleſtæq́ nimis: ocium omne meũ pene inter ſe ſcri
pulatim partiũtur Nam ſi quis breue dictũ: quod in gla-
dii capulo: vel in anuli legatur emblemate ſi quis verſum
lecto: aut cubiculo: ſi quis inſigne aliquid nõ argento di-

xerim: ſed fictilibus omnino ſuis deſiderat: illico ad Poli
tianũ curſitat: oēſqꝫ iam parietes a me: quaſi a limace vide
as oblitos: argumentis variis: & titulis. Ecce alius baccana
libus: feſcēninorum argutias: alius conciliabulis. ſanctas
ſermocinationes: alius Citharæ miſerabiles næntas. Ali-
us peruigilio licentioſas cantilenas: efflagitat. Ille mihi ꝓ
prios amores ſtultus ſtultiori narrat. Ille Symbolũ poſcit
quod ſuæ tantum pateat: cæterorũ fruſtra cōiecturas ex-
erceat. Mitto ſcholaſticorũ garritus intēpeſtiuos: verſifi-
catorum nugas: ſeqꝫ & ſua de more admirantiũ quæ coti
die cuncta demiſſis auriculis. perpetior. Quid plebeculã
dicam. vel vrbanã. vel agreſtem: quæ me tota vrbe ad ſu-
um negociũ. quaſi naſo bubalũ trahit. Ergo dum proter
ue inſtantibus negare nihil audeo. cogor & amicos vexa-
re cæteros & (quod moleſtiſſimũ eſt) ipſius in primis Lau
rentii mei Medicis abuti facilitate. Quare adeo mihi nul
lus inter hæc ſcribendi reſtat: aut cōmentandi locus. vt ip
ſum quoqꝫ horariũ ſacerdotis officiũ pene (quod vix ex-
piabile credo) minutatim concidatur. Poſtremo cum ni
hil faciam. nũq̃ ſum tamen ocioſus: immo dum cuius vis
eſſe cōpellor: nec meus eſſe plane: nec cuiuſq̃ poſſum. Pro
inde ſicubi diſtulero poſt hac: aut omiſero ad te reſpon-
ſum. ſcito me ſtatim. ſicuti ſoleam. nugas agēdo fuiſſe oc
cupatum. Laurētius Medices noſter: vel ex epiſtolis: quas
ei ſemper honoris mei cã recito: vel ex huius Magni Pici
teſtimonio: qui tibi plurimũ tribuere ſolet. ita te iam dili
git: vt nobiſcum fere contendat Hermolaum vero ipſum
Romæ. hoc eſt quam oculatiſſimo loco. legatũ fore. mi-
re gauiſus eſt. etiam ſtudiorũ nomine. Quem ſic expecta
mus auide: vt ſpe iam totum pene cōtriuerimus: Quod
ſi ſemel in itinere exceptus: abire a nobis properabit: iam
nunc dico. atqꝫ edico: ve hominis togæ: ve laciniis. Alexã
dri vero: quos ais de anima libros: nullos ipſi: prorſus hic
habemus. Sed nec extare quidē ſuſpicabamur Quod ex
indice quoqꝫ ipſo quem Seraticus ad te miſit: animaduer
tes Quin rogamus ego: & Picus: vt cũ Venetias: (Quod

prope diē fore nūtiant) remeaueris: eius deſcribēdi copi-
am: Laurētii Medicis liberario faciat. Equidem nō nullas
Alexādri huius pacutas: in philoſophia q̄ſtiones: anno iā
tum ſuperiore: latinas feci: Sed & te quæ piam ſcriptoris
eiuſdē narrat Seraticus interpretari. Tum Grimanus pro
xima æſtate miſſurum ſe mihi exemplar alterū quod ti-
bi pridem cōmodauerat. vltro eſt pollicitus. qua de re cō
iecturā facio potuiſſe illud accidere. vt eūdem vterq; for
te fortuna librū cōuerterimus. Hoc ſi nō falſo ratiocinor
iam ſcilicet ſpongiā cogito. rogoq; mihi de eo q̄ primum
ſignifices: vt ipſum ſaltem limæ laborē lucrifaciā. Vale
meq; Iacobis duobus. Valaterrano. & antiquario: hoc ē
humanitatis. ac probitatis geminis exēplaribus. Cōmen
da Florentiæ. x. Calē. Maias. M.cccclxxxx.

¶ Angelus Politianus Hieronimo Donato ſuo. S. D.

NOn eſt is auctoritatis meæ rigor: vt inuidentiū fla
tus quaſi ventorū tuto poſſit excipe: ni veſtris pau
corū teſtimoniis velut adminiculis ipſa p ſe decidua ful-
ciatur. Equidem multorū accepi litteras ex quo Miſcella
nea publicaui laudantiū ſcilicet (vt fit) & gratulantiū: ſed
neſcio quo pacto: de tuo: de Barbari: de Pici: de iſtiuſmo
di perpaucorū iudicio: ſic ipſe me cenſeo: vt tum deniq;
ſtare videar: cū puncta oīa tuleri ſuffragii veſtri. Quanq̄
etiam iſtinc reddita mihi nuper epiſtola eſt: Iacobi Anti-
quarii mire grauis: & erudita. Quem mihi virū minime
alioqui facie notum: ſæpenumero tamen Laurentius Me-
dices meus: a litteris: amoribus: a prudentia cōmendaue-
rat. In ea profecto epiſtola. nec honeſtam indolem nec ex
preſſam quandā vetuſtatis imaginem: nec textū illud ope
roſius: quale veſtrum eſt: nec vllum deniq; ſtili cultioris
ornamentū requiſiueris: vt admitti (ni fallor) in iſtā qua
ſi prerogatiuam tribuū iure debeat. Sed de hoc ipſi vide
ritis. Epiſtolam vero ad me tuam legit idem Laurentius:
& quidem non incurioſe: lectamq; verbis exquiſitiſſimis

laudauit ſic vt mihi quoq; apud illũ magna acceſſerit: de tuo felici calamo cõmendatio. Nam q̄q̄ mihi ille vir plus meritis ſemper tribuit tamẽ vt tuas legit litteras: viſus eſt neſcio quo pacto fauere propenſius iudicio de me ſuo: & pluris aliquanto me poſt eam diem facere: q̄ antea cõſueuiſſet. Iam ne igitur ſentis quãtopere iſto litterarũ nomine debeã tibi per quẽ factum ſit. vt ſibi iam Laurentius ipſe placeat: quod ego nõ diſpliceã. Quare te rogo: cum tibi a reip. ocium fuerit: ſcribas aliquando ad Politianũ tuum puteſq; te nõ epiſtolas ad ipſum ſed ſtipendia mittere: ſed ſacerdotia: ſed honoris titulos: omniaq; deniq; vitæ humanæ commoda. Quorũ cum ſemper auctor ei Laurentius vnus extiterit: tanto ſubinde: potiora collaturus videtur: quanto eundẽ gratiorẽ vobis: hoc eſt religioſiſſimis artium bonarũ cenſoribus intellexerit. Ioannes Picus Mirandula lux omniũ doctrinarũ. ſalutẽ tibi adſcribit: & vt item Merulæ Puteolanoq; nunties vterq; rogamus. Vale. Florẽtiæ Calen. Decẽb. M.cccclxxxviii.

¶ Angelus Politianus Callimacho ſuo. S. D.

ES ſi video quæ tu de me ſentias: prædiceſq; amicius multo: q̄ verius: & ſentiri: & prædicari: tamẽ gaudeo. ea mihi tribui abs te: quæ ipſe in memet neutiq̄ agnoſcam. Quid enim nõ gaudeam: me etiam præſtigia quedam ſenſum iſtum prædicationẽq; tuã lucrifacere? Nam haud dubium mihi quidem eſt: quin tu tibi: quæ ſcribis: etiam vera eſſe perſuaſeris: quando neq; tu ex ea nota es hominũ: quos Homericus ille heros tantopere ſe poſum confirmat: aliud in lingua promptũ: aliud cluſum habentes in pectore: neq; vlla eſt cauſa. cur Politiano Callimachus palpum obtrudere poſtulet. Non fallis itaq; me. ſed ipſe abs te magis falleris. Atq; adeo nõ falleris. vera ſentis: vera de me prædicas. Gratulare igitur iudicio de no-

palpũ obtudere

Aliud ligua promptũ aliud clauſũ habentes in pectore

de nobis tuo: atq̧ iſtanc opinionem perpetuo obtine
dum amorē.dum beniuolentiā obtineas: quin lauda me
quoq̧ vt cœpiſti: vt ego ille laudatus vir. laudari me cum
Næuiano Hectore gaudeā. Fiam autē te laudatore vendi⸗
bilis potius q̄ venalis. Neq̧ enim ſum vnq̄ dominū mu⸗
taturus. Quare quicquid mihi aſtruxeris. tibi accreuerit.
Sū quippe in tuo ære. vnde & forſitan. locellos iſtinc vſq̧
ad me miſiſti. gratiq̧ ſunt ſcilicet. quia feſtiui: qa tui. ſed
gratia nō ago. tu te.n. beneficiū dando accepiſti: nō quia
digno. ſed quia tuo immo tibi (amicus.n. alter ipſe eſt) at⸗
q̧ ob id digno hoc eſt Callimacho ipſi dediſti. Vale.

¶ Angelus Politianus Ludouico Odaxio ſuo. S. D.

DEprehenderūt me in actu litteræ tuæ: ideoq̧ lectas
paulum impræſens ſepoſui diligentius dein poci⸗
um recogniturus. ad eaſq̧ (vt par erat) cū primū poſſem.
reſpōſurus. Id ſi ſerius: q̄ aut tu paterís: aut ego voluiſſem
contingit: eſt tamē humanitatis tuæ quicqd hoc eſt quod
facimus: boni cōſulere. Neq̧.n. tā opellā aliq̄ alter ab alte⸗
ro: q̄ ipſum aīm requirimus. neq̧.n. cōtinuo parū amat: q̄
parum officioſus eſt: quare ne illud quidē in epiſtola tua
valde pbo: q̧ te tam ſcrupuloſe excuſas: cur aut antea ni⸗
hil ad me ſcripſeris: aut nūc demū ſcripſeris ſi.n. amamus
ex animo inter nos: ſicuti certe amamus: quicqd alteri cō
modat: profecto vtriq̧ cōmodat. Quare neq̧ diſſoluere:
ſed nec laxare volūtates noſtras. quaſi modo Herculaneo
coherentes: aut ſilentiū poſſit: aut vlla officii pſertim nō
neceſſarii intermiſſio: quo aut amicis iſta litterarū viciſſi⸗
tudo: cū ad abſentis tantū miſſitētur. amor aūt verus etiā
abſentis pn̄tis faciat. Niſi ſi vel ipſis teſtātur. vel aliis oſtē
tant mutuā voluntatē. Sed neq̧ teſtibus eget amor ſince⸗
rus: quippe oculeus totus. ac lynceus: & qui Momi quoq̧
iudiciū de poſitu humani corculi deſpuat. neq̧ ſe populo
iactat. cū ſint amici κατ ἐπίκουρον ſatis magnū theatrū:
alter alteri Quin iſtam quoq̧ pene dicam ſuperſtitioſam

ꝓbationē amoris in me tui. totam tibi remitto. Eſt. n.
mihi eſt ad manū ſemper amicitiæ examen. Eſt & Hecha⸗
tonis amatorium quo te vel ingratis ad amandū compel⸗
lam. Sed nec te monebo vt principibus me tuis inſinues.
neqꝫ inuicē moneri me patiar. vt patronis te meis adiun⸗
gam Quoquo. n. tu irrepſeris: ego ſequar. vbi vbi ego me
adglutinauero. inde ſcilicet tu pendebis. vt. n. militē cu⸗
ſtodemqꝫ eadē catena. ita par legitimū amicorū vna ten[illegible]
Copula. Plutarchū latine iam per te loquentem. ego atqꝫ
adoleſcens meus auidi expectamus. minime quidē dubi⸗
tantes. quin ſit abſolutiſſimus futurus. vel ob id certe. vt
alicui ex veteribus græcis τα διδακτρα referas quando
ita græce ab eis didiciſti vt nouos docere iam omnes poſ
ſis: & quod dicitur αντιπ̄λαγειν. Vale.

¶ Angelus Politianus Lodouico Odaxio ſuo. S. D.

PLutarchi Lepidū nouū Libellum: quē tu ſcilicet la
tine interpretatus: adoleſcenti meo nuncupaſti: vi
di: cœpi: legi: & quidē ſimul oīa: adeo cupide: vt prius pe⸗
ne ad calcē ꝑſtudio perueniſſe: q̃ ex carceribus promouiſ
ſe me ſenſerim: Ilex mihi fuit ſtatim ſuauis odor quidā
verborū tuorū plane ambroſius. Tum ſententiarū veluti
ſapor quidā auſterus: & dulcis nō ſecus illecebris oratio⸗
nis tuæ quam Mitheci condimentis imbutus: ita (quod Palam irritare
dicitur) palatū irritauit vt quaſi helluo aliquis: vix com⸗
menſas epulas has: tam lautas: tam opiparas deuorauerī:
& ſum profecto miratus: ſic latine Plutarchū loqui didi⸗
ciſſe: iam mortuū: cui viuenti quondā (ſic enī ſcribit ipe)
adeo ſermo Romanus repugnabat. Videre. n. poteſt: nō
tam obiiſſe: quo die obiit: q̃ ſeceſſiſſe ad ſtudiū romanæ
linguæ. vt qui græcorū latinorūqꝫ vitas illuſtriū hominū
inter ſe contulerit: cum quo ipſe ſe conferat nō inueniat.
Nam ſeſe cōferre ſibi in vtriuſqꝫ orationis facultate: cer⸗
te nō auſit: quia ſcilicet in noſtra præponderat. Quod au
tem princeps iſte tuus: atqꝫ adeo noſter (noſter. n. eſt pro⸗

fecto qui litterarũ ſtudioſus eſt) Quod inq̃ bonas artes
cõplectitur: atq; ad omnes partes bene audiendi ſe compa-
rat: parentiſq; ſui abſolutiſſimi hominis veſtigiis inſi-
ſtit: dici nõ poteſt: vt gaudeam: vt exultẽ: atq; triũphem:
vt tibi quoq; gratuler mi Lodouice. Duos mihi viros tu-
liſſem ætas noſtra videbatur: qui rem litterariã: non qui-
dem cunctãdo: vt ille verrucoſus: ſed multa agendo poti-
us reſtituerent: Federicum Vrbinatem Principem olim
tuum: & Laurentiũ Medicem patronum ſemper meũ: vti-
namq; ſemper Hi duo (ni fallor) auſi in tantis ſæculi hu-
ius tenebris lucem ſperare: quaſiq; contra torrentẽ peſſi-
morũ morũ brachia dirigere: ergo & librorum pulcherri-
mam ſupellectilem ſibi cõpararunt: & doctos iuuerunt:
& ipſi ſtudia tractarunt. Nam vt de Principe tuo taceam
de quo longiore ſubſellio agendũ puto: dicam autem de
Laurẽtio meo. caue putes queq̃ eſſe ex noſtro (vt ſic dixe-
rim) ſeminio. hoc eſt ex iis qui omnem ætatem in litteris
cõſumpſerũ: cui cedat hic: vel acumine in diſputando vel
prudeutia in iudicãdo. vel inexplicando quæ ſentiat: fa-
cilitate. copia. varietate. gratia. Acer illi ſermo. & grauis
& cum res poſtulat. ſalibus ſcatens. Sed ex illo mari colle-
ctis in quo Ven⁹ e orta. Exẽpla. & hiſtoriã veterẽ ſic habet
ad manũ: vt eis pinde vti ſẽp: atq; ſuis ſtipatorib⁹ videat̃
ſic vt ingeniũ. habere in numerato: & eſſe quaſi promum
condũ: (vt Plautino vtar verbo (totius antiquitatis faci-
le credas. Extincto igitur duce illo tuo: cũ viderẽ noſtras
iam artis. vnica ſpe niti: fateor: vereri cœpi: vnius hoĩs vi-
res: tanto pferendo oneri pares eſſe poſſent. Quare cum
oſtendis recidiuã illã virtutẽ Federici reſurgere in filio.
hiſdemq; aduleſcẽtẽ artibus: qbus olim clariſſimũ patrẽ
delectari: reddidiſti mihi quidẽ aĩm: atq; aquã (quod di-
citur) aſpſiſti. quare gaude tuo tanto bono: gaude tuo la-
bore: & diligentia: & (quod facis) perge protinus exerce-
re Principẽ noſtrũ in ſtadio muſarũ: Aſſueſcat iam nũc a
tenero amare litteras: fouere litteratos: cõplecti: & colere
Scis aũt meſſem plerũq; reſpondere ſementi. tibiq; potiſ-

ſimũ primitias frugũ deberi ab hoc agro. quippe (vt ille inquit) Morum quos fecit: præmia doctor habet. Sed & Petrus nũc ſtudiis acriter: incũbit. & humanitati. Habet indolẽ paternã: habet ingeniũ. ludit & ipſe nũc verſiculis Nunc ſoluta oratione: & libera. Græcis plurimũ delectatur. in ſumma dignus: q ſit principi tuo carus: quia ſimilis: Similis aũt: qua ratione parua magnis componũtur. His nũc ſcribente hanc epiſtolã me: alterã ſeorſum cõmẽtatur epiſtolã. Quæ cuiuſmodi erit: etiã ſi minus apte exierit: mittetur tamen ad te: vt ipſius ingenioli: deguſtationem velut aliq̃ accipias Amat autem plurimũ te de munere hoc: & cupit ſane occaſionẽ ſibi aliquã dari: qua gratiã reponat. Si ad Hermolaũ Petrũq; Contarennũ Venetos reſcripſeris: velim vtriq; agas meo nomine gratias. vtriq; me cõmendes nõ vulgariter. Ad ſuperiores tuas litteras neſcio: an reſponſum acceperis noſtrũ. Cupio ſignifices: vt in ratione lati: atq; accepti poſſim tecũ paria facere. Vale.

¶ Angelus Politianus Marco Antonio Sabellico. S. P. D.

Solebat Atlas quõdã ſuo mihi nomine redire tam gratus. vt recepto contentus amico nullũ vltra officium deſiderarem Nunc autẽ tuarũ noĩe litterarũ quas fideliter reddidit: tam mihi iucundus rediit. vt eius pene præſentiam nõ requirerem. atq; haberet Atlas quippiã ſecum. quod plane plus a me. q̃ Atlas expeteretur. Nunc idem iſtuc reuertitur. cum litteris meis. quas tibi arbitror fore gratas. non tam ſuo q̃ Tabellarii nomine. Notam equidem antea quoq; quantum ingenio & litteratura: quantũ etiam ſtilo: facundiaq; polleres De humanitate nihil ſane adhuc inaudieram: ſed eam tua mihi nũc epiſtola delineauit. Atlas vero penicillo & coloribus expreſſit Aucupabar ſane iãpridẽ occaſionẽ q̃piã ineũdæ abs te grẽcũ tu. ſ. hoc

agentem pueniſti: nõ ob id humanior modo: quod prior
ſed quod minore quoq; propoſito præmio. Quare dan
da mihi opera eſt: vt queadmodũ iucunda tecũ amicitia:
poſterioris tuli: ſic eadem tuenda colendaq; prioris ferã.
Vale. vi. Calen. Septemb. M. cccclxxxviii.

¶ Angelus Politianus Ioanni Laurẽtio Veneto ſuo. S. D

EN ad te reuertitur Phædrus: vtriuſq; noſtrum ho-
mo ſtudioſiſſim⁹: cui tu ſcilicet aliquot adhinc mẽ
ſes litteras ad me dediſti: plenas amoris erga me rectas: ele
gantis: qualeſq; deniq; a te vno poterãt proficiſci. Reſpõ
debo ad eas q̃ breuiſſime. Laudas me Ioannes quaſi vnũ
ex numero eruditiſſimorũ: & tui ſimiliũ: Laudas inq̃ tu
me vnus oĩm quos viderim: quos audierim longe erudi-
tiſſimus. Ego igitur: & ſi memet haud ignoro: tamen fero
æquiſſime: te aut ipſum decipi amore in nos nimio: aut
alios item velle deceptos. Non eſt autem: q; paria coner
referre. Nam cũ tu mihi vix leuẽ vmbram aſſequenti do-
ctrinæ humanitatiſq; tuæ tantum tamẽ tribueris laudũ:
quantæ demũ tibi iure debeantur: ſi coner ipſe inuicẽ lau
des regere: reſtituenda erunt: & reſignãda tibi: illa ipſa ver
ba: quæ abs te acceperã: vſuraria: vt iure rideatur egeſta-
tis noſtræ: ſiniſtra quedã ambitio: illi ipſi diuitias oſten-
tans: vnde. ſ. emẽdauerit. Libellos tuos: atq; item quos ex
bibliotheca iſta codices habemus: remittemus cũ primũ
iſtuc Orator noſter florentinus ſe contulerit. Pauſaniam
vero expectamus: cũ tibi erit commodũ. Vale Feſulis Idi
bus Octobribus. M. cccclxxxvi.

¶ Angelus Politianus Lucio Phoſphoro Pontifici Signi
no. S. D.

MIſit ad me Alexander Corteſius: homo vtriq; noſtrum amiciſſimus epiſtolā quādā tuā ad ipſum ſcriptam. In qua tu mihi multa tribuēs: cupere poſtremo affirmas: per eū ipſum nobis: per me autē Laurentio Medici conciliari. eam epiſtolā cum legerem dici non poteſt. quantopere ſim delectatus. Nam ita & verbis. & ſentētiis. & cōcinnitate erat abſoluta. vt plane appareret. muſis eā dictantibus. fuiſſe exceptā. Cogita igitur tu. ꝗ mihi nunc placeam. quanq; ipſe me mirer. qui ſim muſarū καπυρῷ ϛόματι laudatus. ſed tamē vereor. ne ita me tuæ iſtæ puellæ ornandū ſuſceperint. vt Socrates Buſirin. Therſiten Libanius. Muſcam Lucianus. Fauorinus etiam quartanā febrim. ad ingenii modo periclitandas vires. artēq; oſtentandam laudauerūt. Sūt enim in fabulis totæ. ſunt in mēdaciis. atq; præſtigiis. Mihi tamen libet hoc loco verū locutas. Quis enim damnet ſua vota libenter? Quod ſi in hoc erro. libenter (vt Cicero inquit) erro. Eſt. n. id ipſum lucro apponendū quod decipimur Quippe voluptatem certe aliquā: falſa quoq; opinio nobis conciliat. Scis Stratoclem illū oratorē. deuictis ꝑlio Athenienſibus ſuamq; fortunā ignorantibus: victoriā nuntiaſſe: re aūt poſtmodum ſic: vt erat: intellecta: ita indignātibus popularibus reſpondiſſe. Qui vobis: ciues mei (inquit) iniurius fui: ſi bidui triſtitiā me auctore lucrifeciſtis? quare ego quidem falli me ſinam: & quod eſſe verū maxime cupio: verū eſſe faciliime patiar De te aūt (amoto ioco) ſic ſentio mi Phoſphore) malo. n. te Phoſphorū homo in litteris agens: ꝗ vt vulgus Reuerendū patrem: appellare. hoc. n. litterarū atq; humanitatis: illud nomen dignitatis eſt: Nos autem ex litteris te: & hūanitate: ſi pateris: magis ꝗ ex dignitate pendimus): ſed ita mi Phoſphore ſentio: te eſſe hominē plenū humanitatis. Humanitatem cum dico: non magis φιλανθρωπίαν quam etiā παιδείαν intelligo. Vtrūq; enim latine quidē ſcientibus ſignificat. Itaq; ne cornu quidem copiæ: aut virgulam diuinā: pluris ꝗ tuā amicitiā fecerim: Eſq; tu iam nūc meo infixus cordi: & quidem tra-

Cornu copię
virgula diuina

19

bale clauo:daboq operam:quantū quidem præſtare po-
tuero:ne tu auidius:q̄ prudentius:me tibi aſciuiſſe amicū
videare:& quādo longius abs te agitare contingit:q̄ vt ſub
ſeruire vſibus tuis queam:fauebo certe laudibus : omniq
(vt aiunt) pede:in te honeſtando conſiſtā . Epiſtolā certe
ipſam tuā:nō tam epiſtolā:q̄ venerīū illud cingulū amori
bus medicatū:nunq̄ a me amittā.Q uin potius:quaſi ima
ginem animi tui idētidē contēplans:ita meū deſideriū cō
ſolabor.Cæterū nūc demū intelligo:quantū iacturæ fece
rim.q te prius haud cognouerim. Cū tanta mihi te cogni
to voluptas arriſerit. Nos ad Laurentiū Medicē:qui nunc
Balneis dat operā:exēplū epiſtolæ tuæ mittemus: ſimul
vt animū erga ſe tuū:ex ea perpendat:ſimul vt nos ex tuo
teſtimonio pluris aliquāto faciat:q̄ fortaſſe faciat quis mul
to etiā pluris faciat:q̄ digni ipſi nobis videmur. Vale.

Omni pede conſi // ſtere

Balneis operā da-re

¶ Angelus Politianus Lucio Phoſphoro Pontifici Signi
no ſuo. S.D.

NIhil peccauit Alexāder me⁹:q mihi epl̄am miſerit q̄
mihi debebatur. Peccaſſet magis nulla expiādus vi
ctima:ſi meas mihi laudes inuidiſſet. Q uanquā nō meæ
illæ:ſed tuæ potius laudes ſunt:atq ob id etiā meæ κοινα
γαρ τα τῶν φιλων. Sed tu perſonā:ex nobis mutuatus: te
ipſum ſcilicet in Scænā detuliſti. Nam vt ego libenter hūc
amicorū:ita tu iure illum litterarū expleueris triumuira-
tum. Q uod aūt cōqueris parū ſcriptas diligenter eas fuiſ
ſe litteras:aut me ludis: aut omniū es homo feliciſſimus:
qui promas de ſummo:quod vix quiſpiam de imo pecto
re. Non eſt aūt q aut ruri vrbem:aut rus in vrbe deſideres
ſi ipſe habitas tecū:ſi quocunq is:te ſequeris: magnū tibi
in quauis ſolitudine theatrum : magnā ſolitudinē in quo
vis theatro facturus. Officiū porro epiſtolarum:quod re-
quiris:hac lege polliceor: vt tu inuicē pollicearis : illo etiā
(cum res tulerit)intermiſſo:nullam tamen amoris inter-
nos iacturam factum iri. Ita enim ſum aliquando diſtri-

ctus & occupatus vt nõ liceat: ita triſtis: & nauſeabundus: vt nõ libeat ſcribere. Tu igitur (vt vetus eſt dictum) amici vitia noueris: nõ oderis. Vale.

℄ Angelus Politianus Lucio Phoſphoro Pontifici Signino. S. D.

IRaſceris obtrectatoribus noſtris: eruditiſſime Phoſphore: ꝙ in Miſcellaneis portenta me loqui verborũ dicant: & vt hominem (quod ais) doctum fateãtur: ita negent eloquentẽ. Tum ꝙ illud etiam criminẽtur tantas me in vnum Picũ laudes contuliſſe: vt aliis omnino nullas fecerim reliquas. Me vero iſta Phoſphore: nihil mouẽt: neq enim vlla ſermonũ talium noua mi facies: inopinaue ſurgit. Omnia percepi atq animo mecum ante peregi. Quin ad ea ne reſpõderem quidem niſi te ita velle ſentirem: cui negare nihil poſſum. Portenta igitur verborum: quæ vocent iſti: fateor: ignoro: niſi ſi portenta credunt: quæ ipſi noua nunc primũ vocabula: vel audiunt: vel intelligunt. Nam ego nec verba vlla peperi: cinctutis nõ exaudita cæthegis: nec vllos habeo: niſi receptiſſimos auctores. Non tamen ex eorum ſum numero: qui ceſſare latinã linguã: magna ex parte patiuntur: dũ quiſq illa reformidat: quæ vulgo hactenus ignorata ſunt. Si quidem eo res rediit: vt ne magnorũ quidem auctorum lingua: tuto loquamur: quoniam vulgo minus innotuerit. Itaq barbaris vti malumus: q̃ romanis vocibus: & cum ſiligineus domi ſit panis: emendicato furfure magis veſcimur. Quod aũt mihi eloquentiã ſic adimunt: vt doctrinam concedant: nõ ſucceſeo: ſed & gratias ago. Noli: quæſo amori erga me tuo nimis ĩdulgere Phoſphore nec parũ laudari putes: ſi Marci Varronis exẽplo lauder: quẽ & ipſum veteres ſcientiæ multæ: nulliꝰ eloquẽtiæ eſſe crediderũt. Ego ſane mi Phoſphore: nec eloquẽtiã mihi vindico: nec doctrinã agnoſco:

Si cui tamen in Miſcellaneis: etiam citra eloquentiã: ſcio-
lus videor bene habet. Vici. Nam iſtuc ipſum quærebã.
Quo. n. eloquẽtia mihi in hoc opere: nõ ad perſuadendũ
ſed ad docendũ parato? Quod aũt de ſtilo ſcribis vtiq̃ ve
rum puto: nõ continuo peius eſſe: quod variet cũ ſit ipſi-
us eloquẽtiæ nõ vultus: nõ color vnus. Quapropter: nec
adhuc quiſpiã ſuffragiis eſt oĩbus habitus eloquens: ſiue
quod ſibi quiſq̃ præ ceteris placet: ſiue quod alios: alia di
cendi forma: plus capit. Demoſthenẽ cogita: & Cicero-
nem illius quibuſdã ſicca oratio. Demadi lucernã olere.
Aeſchini etiã (ſi dis placet) barbara videbatur. Hunc Cal
uus exangue͂: & tritũ. Brutus: fractũ: & elumbẽ: quidã ie-
iuuniũ: atq̃ aridum: Contra alii tumentẽ & inflatum: nec
ſatis preſſum exultantẽq̃ ſupermodũ & ſuperfl͠entẽ: alii
frigidũ in iocis: alii parum antiquũ: quidã etiã in dicendo
viro molliorem: ſupſtitioſumq̃: & peregrinis quaſi legi-
bus nimis addictũ putauerũt. Neq̃ vero hæc ideo refero
quo me putẽ cum talibus conferendũ. Non. n. ſic inſanio
Phoſphore: ſed vtendũ magis noĩbus fuit: vt ſtomacho
iſti tuo potius occurrerẽ. Nam quid ego de Pico Miran-
dula dicã Hi ſunt inuidiæ nimirũ Phoſphore mores: Sed
viuat ille: viuat modo: nec eat alio deinceps: q̃ quo pede iã
cœpit: etiã liuor ipſe fatebitur: nõ modo eũ nõ ſupra mo-
dum: ſed longe etiam infra modũ fuiſſe a nobis laudatũ.
Cuius tamen præconiũ: nõ video: quid aliorũ titulis of-
fecerit. quos in hoc ipſo Miſcellaneorũ libro concelebra-
mus. Reliquũ eſt: vt tibi agã. Phoſphore gratias: qui me
hoĩem tenuiſſimæ fortunæ: neq̃ multæ admodũ littera-
turæ: ne viſum quidẽ tibi adhuc: ita diligas ipſe: & Ponti
fex & doctiſſimus? vt etiam cõtentiones: honoris dignita
tiſq̃ meæ cauſa ſuſcipias: Sed & Picus debere ſe tibi pluri
mum ſentit: ſalutemq̃ tibi & Curteſio ſuo noĩe: iuſſit ad
ſcribi. Laurentius quoq̃ medices noſter. viſus eſt epiſtola
tua magnopere delectari: quẽ ſcito eſſe hominẽ tui ſtudio
ſum: quod eſſe verũ: tum deniq̃ agnoſces: cum periculũ
feceris. Vale Florẽtiæ. Pridie. Calẽ. Mar. M.cccclxxxxi.

¶Angelus Politianus Lucio Phoſphoro pontifici Signi
no. S. D.

ACcepta epiſtola tua: ſtatim ad Laurentiũ cucurri:
Expoſui quid optares: grata volũtas: gratus illi tu
us animus. Deniqꝫ pro munere accipit: quod pro munere
poſcis. Quam ad eũ dediſti epiſtolam. nondũ mihi qui-
dem legendam dedit. Sed tamẽ vt & doctam laudauit: &
amoris erga ſe pleniſſimã: ac ſi per occupationes liceat: re
ſponſurũ ſe tibi: vel hodie promiſit Vale. Florentiæ. Pri
die idus Maias. M.cccclxxxxi.

¶Angelus Politianus Caſſandre fideli Venetæ puellæ
doctiſſimæ. S. D.

O Decus Italie virgo dicere grates: quaſue referre pa Ver. XI
rem: quod etiam honore me tuarum litterarũ non
dedignaris: mira profecto fides: tales proficiſci a fœmi-
na (quid aũt a fœmina dico?) immo vero a puella & vir-
gine potuiſſe. Non igitur iam Muſas: nõ Sibillas: nõ Py-
thias obiiciant: vetuſta nobis ſæcula: nõ ſuas Pythagorei
philoſophantes fœminas: Non Diotimam Socratici: nec
Aſpaſiam: ſed nec poetrias illas græca iactent monimẽta
Teleſillã: Corinnam: Sappho. Anytem: Erinnen: Praxil-
lam: Cleobulinã: cæteras: credamuſqꝫ facile Romanis tã
Lælii & Hortenſii filias: & Corneliam Gracchorũ matrẽ
fuiſſe matronas ꝗtumlibet eloquentiſſimas. Scimus hoc
profecto: ſcimus. nec eũ ſexum fuiſſe a natura: tarditatis:
aut hebetudinis damnatũ. Sed enim veterũ ſæculorũ ta-
lis iſta pene publica laus fuit: vt in quibus etiã viliſſimos
ſeruos ad extremũ perueniſſe. quõdam: vel litterarũ: vel
philoſophiæ faſtigiũ reperiamus. At vero ætate noſtra:
qua pauci quoqꝫ virorũ caput altius in litteris extulerunt
vnicam te tamen exiſtere puellam: quæ pro lana librum:
pro fuſo calamũ: ſtilum pro acu tractes: & quæ nõ Cutem
ceruſſa: Sed atramento Papyrum Linas. Id vero non ma-

gis vſitatum: nec minus rarũ: aut nouũ: quam ſi de glacie
media naſcãtur violæ Si de niuibus roſæ: Si de prunis li-
lia. Quod ſi conatus ipſe: pro miraculo iam cernitur: q̄d
de profectu ſtudiorũ tãto dicemus? Scribis epiſtolas Caſ-
ſandra: ſubtiles: acutas: elegantes: latinas: & quãq̃ puellari
quadam gratia virginali quadã ſimplicitate dulciſſimas:
tamen etiam mire grauis: & cordatas. Orationẽ quoq; tu
am legimus: eruditam: locupletem: ſonoram: illuſtrã ple
namq; lætæ indolis. Sed nec extẽporalẽ tibi deeſſe facul-
tatem accepimus quæ magnos etiam oratores: aliquãdo
deſtituit. Iã vero in dialecticis ĩplicare nodos inenodabi
les. explicare ab aliis nunq̃ ſolutos nunq̃ ſoluendos dice-
ris. Philoſophiam vero ſic tenes. vt & defendas acriter
quæſtiones ꝓpoſitas. & impugnes vehementer. audeſq;
viris concurrere virgo. ſic ſcilicet in doctrinarum ſtadio
pulcherrimo. vt non ſexus animo: non animus pudori:
nõ ingenio pudor officiat. Et cum te laudibus nemo non
attollat: ſummittis ipſam te tamen: & temperas: nec minꝰ
ad humum modeſte cunctorũ de te opinionẽ: q̃ verecun-
de virgineos oculos: reuerenterq; deiicis. O qui me igitur
ſtatim ſiſtat iſtic: vt faciem virgo tuam caſtiſſimã cõtem-
pler: vt habitum: cultũ: geſtũq; mirer: vt dictata inſtillata
q; tibi a muſis tuis verba: quaſi ſitientibus auribus perbi-
bam: deniq; vt afflatu: inſtinctuq; tuo cõſummatiſſimus
repente poeta euadã nec me carminibus vincãt: aut Thra
cius Orpheus: aut Linus: huic mater: q̃uis. atq; huic pa-
ter adſit Orphi Calliopea: Lino formoſus Apollo. Mira
ri equidẽ ante hac: Ioannẽ picum Mirandulã ſolebã: quo
nec pulchrior alter mortaliũ: nec in oĩbus (arbitror) do
ctrinis excellentior. Ecce nũc etiam te Caſſandra: poſt illũ
protinus cœpi fortaſſe iam cum illo quoq; venerari Tibi
vero tanta incœpta Demus optimus maximus ſecũdet:
& cũ receſſeris a parentibus: is auctor cõtingat & conſors
qui ſit iſta virtute nõ indignus: vt quæ nũc propemodũ
ſua ſponte: naturalis ingenii flãma ſemel emicuit ita cre-
bris: deinceps aut adiuta flatibus: aut enutrita fomitibus

effulgeat: vt a noſtrorũ hoĩm præcordiis: animoq; nox
omnis: geluq; penitus: & langoris in litteris: & inſcitiæ di
ſcutiatur. Vale.

¶ Angelus Politianus Iacobo Antiquario. S. D.

VTinam quas in me confers epiſtola tua laudes: ita
veras eſſe: nec ab humanitate magis: q̃ a iudicio pro
fectas aliis: mihiq; perſuaderes: vt ego ſtatim de hac ipſa
epiſtola tua: iudiciũ ſemp grauiſſimũ Laurentii Medicis
agnoui. Nam cũ tibi ille ſummus hominũ in omni vſu:
plurimũ ſermonibns tuis deferat: tum ſe videre ait nemi
nem: cui tu litteris: probitate: prudentiaq; cõcedas. Crede
rem vero facile. quæ ſic ex animo. quaſiq; dicam vero vul
tu de me ſcribis: ac propriis omnino laudibus fauerẽ: niſi
teſtimonio iſti: præter conſcientiam meã: fama quoq; ip-
ſa publice in omnes tuæ: humanitatis opſtreperet. Qua-
re totam equidẽ ſic accipio laudationẽ: non vt illam meis
meritis Sed tuis moribus aſſignem: tanto plus tibi me de
bere ſentiens. quanto ipſe minus mihi debebam. Quod
autem ad miſcellanea noſtra attinet. aut ego fallor aut
nihil in eis æq; fructuoſum. quam libertas illa. & ſimplici
tas. incauta fortaſſe ſed & ingenua tamẽ. ac ſi minus a pru
dentia. certe a charitate profecta communiũ ſtudiorum.
quæ prima videlicet in huius ſæculi ſcriptoribus deſide
ratur. Nam q; me pedem conferre cum Domitio nolles:
equidem quid ſpectes intelligo. nec ego non aliquid iſti-
uſmodi iam tum videbam. cum perſonã mihi illam cen-
ſoris odioſiſſimã: imponebam: diligentiamq; pene im-
probam: iactioni verborũ: cantilenæq; cuilibet expoſitã.
neglectis cautionibus affectans ad ſartiẽda litterarũ dam
na: ſolertiam omnem. pro virili parte dirigebã. Semper
autẽ ſum veritus: quam deniq; in partem: meũ tale conſi-
lium. nõ dico ab obtrectatoribus raperetur: ſed a pruden-
tiſſimis etiã hoĩbus iiſdẽq; cautiſſimis accipeẽ. Quãq̃ autẽ
oĩno vt conuenire mihi tecũ. i. cũ viro amiciſſimo dociſ

ſit hocꝙ neceſſe eſt. tamen quia ſuo cuiꝙ corde. quædã per
uidentur. dicam ad ea nõ nihil: quæ mihi in hac epiſtolæ
tuæ parte ſapienter obiicis & amice. Cum mortuo negas.
quaſi cũ larua decertandum. Mihi vero contra videri ſo-
let. & enĩ quod aduerſus mortuos pronũtiamus: pro ve-
ro accipi iam ſolet: q̃ debet: vt item quod aduerſus viuen
tis: plerũꝙ odii vel inuidiæ ſuſpitione laborat. At iuuit
ille rem litterariã: quis neget? An nõ iſto noie ſic a me lau-
datur: vt a nemine magis: & quidẽ in eadem ipſa pagina:
qua & reprehenditur. ſed erat inquies emendaturus ea ſi
diuti⁹ vixiſſet. Qui ſciã vero iſtuc? An vſquequaꝙ de in
geniorum profectu bene ſperare eſt? Aut nõ huius ipſius
poſtrema quæꝙ mẽdoſiora? Quid quod futurus indies
ambitu honorũ: minus ocioſus: opinione quoꝙ ſui ma-
gis inflatus. Sed fac emendaturũ fuiſſe. Num igitur ob id
inter ſcriptores omnes. vnus a cenſoria virgula Domiti-
us aſſeretur. vnus erit iſte (ſi diſplacet) Gallinæ filius al- gallinę filius albę
bæ? Iam cur diſſimulari quoꝙ nomen oporteat: cuius in
auctoritate: venenũ ſi quod eſt: ipſius cõmẽtariorũ: velut
anguis in herba deliteſcat. Ego vero ſic Domitiũ ſtudio-
ſis: quaſi foueam viatoribus oſtendo: nec autem obliuiſci
videor humanitatis. Quin potius (vt iam nõ ſperare mo
do: ſed etiam explorare videor iudicare poſſe) melius ali
quãto de vita merebor: cenſura iſta mea: q̃ forſan alius in-
dulgentia. Adde quod illuſtribus factum id quoꝙ exem
plis niſi cui tamen leuis eſt auctor. Horatius. Enniũ Plau-
tum. Lucilium. Doſſenniũ. totamꝙ illam cohortem poe
tarum veterũ ſemel iugulans: & quidem reclamãte popu
lo. Quid. nõ in Senecam quoꝙ Agelius magna libertate Aul. gellius.
verborũ incurrit? Non eundem Quintilianus atro notat
calculo? Non Marino Ptolomæus diem dicit. Eratoſthe-
ni Strabo. Teſſalo Galenus: Hermagoræ Cicero? Nõ om
nes deniꝙ philoſophorũ ſcholæ maxime cum prioribus
digladiantur? Nec cuiuſq̃ ſane parcitur nomini: dum pro
ſe quiſꝙ certat publico bono. Sed iſta inquies grauiora:
Fateor At idẽ cur nõ liceat in leuioribus? Certe Plato phi

loſophorū princeps etiam ſine p̄fatione honoris nugari
dicit Aeſchylum tragœdiæ ſummū (ſiquidē Ariſtopha⸗
ni credamus) auctorem. quod in leuicula re diſſenſerit ab
Homero. Nec ego tamē cauſam Domitii damnaui totā:
ſed vt iam decurtatus hominē: ſic ipſum ne vtiq̄ negligen
ter expendi critica lance: diſſimulaturus in plenū: ſi nō ali
quo certe habendū numero crediſſem. Et videbatur ita
mihi rectū ſane: tum cū illa meditabatur. Qui tamē idē
facile iam libenterq̨ muto factū te diſſentiente. cuius mi
hi protinus vt debet: etiam pro magnis rationibus eſt au⸗
ctoritas. Cœterū quoniā de eo nobis integrū nō eſt: vbiq̨
diuulgatis exemplaribus: & quidē pluribus: q̄ vt vllo mo
do retexi queant: velim tu tibi de cætero: ſecūdū reliquū
candorem tuum: cōtrarias partes: in mei gratiā ſumas: &
vt homo doctus: homini nō indoctiſſimo fauens: eloquē⸗
tiæ tuæ blanditiis impetres: vt hāc aduerſus Domitium
(quando ita vis) pugnā: tam cæteris videar nō ab inſectā
di ſtudio proteruiter: aut maleuole: quam me ſcio a certo
ſenſu: & vero ſimpliciter: & ſedulo ſuſcepiſſe. Quod ſi fe
ceris maximo mihi fueris inuitamento: ad cætera quoq̨
edenda: quæ domi cottidie: ne (vt quidem ſpero) minus
elaborata proximis: excludūtur. Vale. Ioannes Picus
Mirandula: nullius homo magis: q̄ ſui ſimillimus: ſalutē
tibi a me: ſuo quoq̨ nomine iuſſit adſcribi. Florētiæ Pri
die Calen. Decembr. M.cccclxxxix.

¶ Angelus Politianus: Iacobo Antiquario ſuo. S. D.

ARguis mendacem: q̨ in epiſtola mea proxima: ſti
lum litteraſq̨ tuas: apud eruditiſſimū virum: qua
ſi plus nimio laudauerī. Sed hoc ita docte facis tamen: vt
qbus me verbis accuſas: iſdem prorſus abſoluas: quo fit:
vt nō alio magis: iudicii mei ratio mihi cōſtet: q̄ quod abs
te: ſic reprehenditur eloquenter. Niſi forte parum verus
ob id ego teſtis (teſtis enim plane) nō laudator: quod atti
gi teſtimoniū de te: nec impleui: verum cogita: q̄ ſit ardu⸗

um̄ verbis exæquare laudes: quæ fidem ſic excedant: vt
eis: nec tu quidem protinus aſſentias: qui iampridē ſatiſ-
feceris. Quod autem me Ioanni Pico Mirandulæ: Hyro
nymoqꝫ Donato: & Hermolao Barbaro: tantis in om-
ni litteratura viris: quantos olim nō meminimus: adnu-
meras: equidem irrideri me putarem: niſi perſuaſiſſimū
haberem: falli te duntaxat amore nimio: quem ſolere ait
Plato in iudiciis cæcutire. Cæterū ego tam me ſcio cū ta-
libus: nec ingenio: nec doctrina: q̄ nec natalibus: nec fortu
na debere conferri. De imperio vero: quod ais: fors ipſa
viderit: aut ſi quis eſt in magnis rebus. meæ quoqꝫ preci:
& voto locus: vtinam deniqꝫ apud eos reſidat: qui ſint il-
lo q̄ digniſſimi. Picus noſter vnice diligit: nec autem plus
de meis verbis: q̄ de tuis epiſtolis: quin eas nūc me tibi di-
ctante cum maxime legit: curatqꝫ deſcribendas: ſed & mi
re gaudet: ꝙ Hieronymū Donatum iuxta ſecum probes:
tum ꝙ inter vos cohæſeritis tu & Barbarus: non inuicem
modo: ſed & in cōmune conſultum putat. Idem pene me
quoqꝫ prouocat in te redamando: nulli ſcilicet hominum
concedentem. Quare velim mihi pro meo in te ſtudio.
Chalcum perpetuo: vel Patronū ſi patitur: vel ſi hoc ma-
uult: amicum magnum: quibus potes machinis retineas.
Vale. Florentiæ Quarto Cal. Ian Mcccclxxxviiii.

¶ Angelus Politianus Iacobo Antiquario ſuo. S. D.

QVæris ex me per epiſtolam: qua tandē fronte do-
ctiſſimorum hominū tam crebras literas: meis re
fertas laudibus accipiam: & an quippiā mihi ex illorum
teſtimonio plus vindicem prudēterqꝫ me admones: & be
niuole: ne meum eſſe putem: quod diuini beneficii ſit. ne
ue ſupra hominē efferar. deniqꝫ ſic epiſtolam claudis. vt
eſſe in magna ſpe vel expectatione potius ſtudiornm lit-
terarumqꝫ noſtrarum videaris. Equidem (vt planiſſime
dicam). ſentio me tibi in ſuſpitionem veniſſe. quaſi plus
nimio ſim glorie auidus: quod vt quas a doctis homini-

buſ proximis aliquot menſibus acceperim litteras: earũ
exemplum ſtatim iſtuc Bernardo Riccio miſerim: quo ti
bi protinus oſtenderentur. Vt autem ſic ineptirem: non
mea me voluntas: verum ipſius Bernardi: optimi quidẽ
iuuenis ſed mei nimiũ amantis aſſiduæ prope obſerua-
tiones impulerũt. preſertim: qui te quoqꝫ ipſum magno-
pere id velle: atqꝫ etiam contendere aſſereret. Non igitur
vt auras quaſi captarem: quod a meis moribus procul ab
eſt: ſed vt amicis obſequerer: quorum me ſemper iudicio
permiſerim crebras iſtuc epiſtolas illas miſſitabam: quas
tamen prope meminerã non iuratorum teſtiũ: ſed blan-
dientiũ eſſe amicorũ. Quod igitur rogas qua eas deniqꝫ
fronte ſuſcipiam plane fateor læta: ſic enĩ ſoleo quecunqꝫ
a viris & amicis & doctis proficiſcuntur. Cæterũ ſic ipſe
met mecũ cogitare ſoleo. Si fallitur qui me laudat danda
mihi opera eſt ne iterũ fallatur: atqꝫ interim habenda gra
tia: Sin autem minime fallitur: aut idem nec etiam fallit:
atqꝫ ita maior ſum: q̃ mihi fortaſſe videor: aut ſi fallit ani
mãdi mei: vel cõciliãdi vel irridẽdi gratia: fallit: quoꝝ pri
mũ mihi expedit: alterũ nõ diſplicet Tertiũ cadere in ami
cũ nõ: ſolet itaqꝫ ratiocinationẽ ſic colligo: vt autẽ ego ne
doct' qdẽ ſim qd' iſti vel opinant̃: vel dictitãt: aut ſim cer
te qualẽ p̃dicant. Sed quoniã vir eſſe nemo doctus poteſt
quin ſibi ipſe quoqꝫ videat̃ prima enĩ docti hoĩs condi-
tio eſt vt ipſe ſe norit. Ego vero mihi doctus non videor
ſequitur õnino ne ſim doctus. Sed hoc ipſum tamen non
falli me in eo: quo pleriqꝫ opinior falluntur: niſi diuini eſ
ſe muneris intelligerem: etiam plus cæteris fallerer. ibi ve
ro fateor: riſi mediocriter cum me admones ne ſupra ho
minem efferar. ſcilicet periculum eſt hoc in me: quiqui-
dem adhuc in primis litterulis hæſitem: quaſdam. vero
artes ex iis ne attigerim quidem: quæ philoſophiæ ſtu-
dio famulantur: cum ſit eorum quoqꝫ: qui diſciplinas
omnes: omnemqꝫ ſapientiam: prohibuiſſent. celebris il-
la ſententia: ſic ad ea quæ natura in promptu haberet no-

ſtræ mentis aciem:ſicut ad ſolem noctuæ oculos caligare
Procul hæc a nobis inſania ſit:vt q̄tum abſimꝰ adhuc: nõ
dico a ſũmis:ſed vel a mediocribus viris ignoremꝰ. Aſſen
tatiunculis aũt quorũdã aut item obtrectatiunculis: & in
eptis:& leuibꝰ:nõ magis eq̄dẽ aut attollor: aut deprimor
q̄ vmbra ipſa mei corporis. Non enī quia longior illa &
extentior mane ac veſperi ſit meridie vero breuior & cõ-
tractior. ob id ego quoq; ſtatim maior proceriorq; mihi
mane ac veſperi q̄ meridie ipſo videri debeo. Quod autẽ
fore ſuſpicaris opera ſtudio:induſtriaq; mea: vt & vetuſta
ti ſqualor abſtergatur:& ad frugẽ iuniores perueniant: vi
de quæſo ne tibi verba det amor erga me nimius. Ego cer
te(neſcio aũt vitio ne mentis captus:an conſilio magis ad
ductus)magnũ quiddã oĩno molior facturuſq; opere p̄-
tium videor modo vires animũ ſubſequãtur. Vale. Feſu-
læ Ante. vii. Cal. Septembr. M.cccclxxxxi.

Aſſentatiuncula
obtrectatiuncula

Angelus Politianus Iacobo Antiquario ſuo S. D.

VVlgare eſt:vt qui ſerius paulo ad amicorũ litteras
reſpõdeãt:nimias occupationes ſuas excuſent. Ego
vero quo minus mature ad te reſcripſerim: nõ tam culpã
confero in occupationes:quã q̄ ne ipſe quidem defuerunt
quã in acerbiſſimũ potius hunc dolorem. quẽ mihi eius
viri obitus attulit:cuius patrocinio nuper vnus ex oĩbus
litterarũ profeſſoribus:& eram fortunatiſſimus:& habe-
bar:illo igitur nũc extincto:qui fuerat vnicus auctor eru-
diti laboris videlicet ardor etiã ſcribẽdi noſter extinctus
eſt omniſq; prope veterũ ſtudiorũ alacritas elanguit. Sed
ſi tantus amor caſus cognoſcere noſtros: & qualem ſe ille
vir in extremo quaſi vitæ actu geſſerit audire: quãquã &
fletu impedior & a recordatione ipſa: quaſiq; retractiõe
doloris abhorret animus:ac reſilit: obtemperabo tamen
tuæ tantæ ac tam honeſtæ voluntati: cui deeſſe pro inſti
tuta inter nos amicitia:neq; volo:neq; poſſum. Nam pro
fecto ipſemet mihi nimiũ & inciuilis viderer: & inhuma

nus: ſi tibi & tali viro: & mei tam ſtudioſo rē auſim pror-
ſus vllam denegare. Cæterum quoniã de quo tibi a nobis
ſcribi poſtulas: id eiuſmodi eſt: vt facilius ſenſu quodam
animi tacito: & cogitatione compræhendatur: quam aut
verbis: aut litteris exprimi poſſit: hac lege tibi iã nunc ob
ſequiũ noſtrũ aſtringimus. vt neq; id polliceamur: quod
implere nõ poſſimus: tua certe cauſa nõ recuſemus. Labo
rauerat igitur circiter menſes duos Laurentius Medices e
doloribus iis: qui quoniã viſcerum cartilagini inhæreãt:
ex argumento Hypochondrii appellantur. Hi tam etſi ne
minē ſua quidem vi iugulant: quoniam tamē acutiſſimi
ſunt: etiam iure moleſtiſſimi perhibentur. Sed enī in Lau
rentio: fato ne: dixerim: an inſcitia incuriaq; medentium
id euenit: vt dũ curatio doloribus adhibetur: febris vna
omniũ inſidioſiſſima cõtracta ſit: que ſenſim illapſa: nõ
quidem in arterias: aut venas: ſicuti cæteræ ſolent: ſed in
artus: in viſcera: in neruos in oſſa quoq; & medullas incu
buerit. Ea vero ꝗ ſubtiliter: ac latēter: quaſiq; lenibus ve
ſtigiis irrepſerat: parum primo animaduerſa: dein vero
cũ ſatis magnã ſui ſignificationē dediſſet: nõ tamen pro
eo ac debuit diligēter curata ſic hoīem debilitauerat pror
ſus: atq; afflixerat vt nõ viribus modo: ſed corpore etiam
pene omni amiſſo: & conſumpto diſtabeſceret: quare pri
die ꝗ naturæ ſatiſfaceret: cũ quidē in villa Caregia cuba-
ret æger: ita repente concidit totus: nullã vt iam ſuæ ſalu
tis ſpem reliquã oſtenderet. Quod homo: vt ſemper cau
tiſſimus intelligens nihil prius habuit: ꝗ vt animæ medi-
cum acerſſeret: cui de contractis tota vita noxiis: chriſtia-
no ritu cõfiteretur. Quē ego hoīem poſtea mirãbũdũ: ſic
prope audiui narrantē: nihil ſibi vnꝗ: neq; maius: neq; in
credibilius viſum. ꝗ quomodo Laurentius cõſtans para-
tuſq; aduerſus mortē: atq; imperteritus: & præteritorum
meminiſſet: & pſentia diſpenſaſſet: & de futuris item reli
gioſiſſime prudētiſſimeq; cauiſſet: nocte dein media qui
eſcenti: meditantiq; ſacerdos adeſſe cũ ſacramento nũcia-
tur: ibi vero excuſſus procul inquit: a me hoc abſit: patiar

vt ieſum meũ: qui me finxit: qui me redemit: ad vſq; cu-
biculũ hoc venire: tollite hinc obſecro me quãprimũ: tol
lite: vt domino occurrã: & cũ dicto ſubleuans ipſe ſe quã
tũ poterat: atq; aĩo: corporis imbecillitatẽ ſuſtentãs: inter
familiariũ manus: obuiam ſeniori: ad aulam vſq; proce-
dit: cuius ad genua Prorepens ſupplexq;: ac lachrimans:
Tu ne inquit mitiſſime ieſu: tu nequiſſimũ hunc ſeruũ tu
um dignaris inuiſere! Ad quid dixi ſeruũ: immo vero ho
ſtem potius: & quidem ingratiſſimũ: qui tantis abs te cu-
mulatus beneficiis: nec tibi dicto vnq̃ audiẽs fuerim & tu
am totiens maieſtatẽ læſerim: quod ego te per illã: qua ge
nus omne hoĩm cõplecteris charitatẽ quæq; te cœlitus ad
nos in terrã deduxit: noſtræq; humanitatis induit inuo-
lucris: quæ famẽ q̃ ſitim: quæ frigus: æſtũ labores: irriſus
cõtumelias: flagella: & verbera: quæ poſtremo etiã mortẽ
crucemq; ſubire te cõpulit: per hanc ego te ſalutifer ieſu:
q̃ſo: obteſtor: auertas faciẽ a peccatis meis: vt cũ ante tri-
bunal tuũ cõſtitero: quo me iamdudũ citari plane ſentio
nõ mea fraus: nõ culpa plectatur: Sed tuæ crucis meritis
cõdonetur. Valeat. valeat in cauſa mea ſanguis ille tuus:
ieſu p̃cioſiſſimus: quẽ pro aſſerendis in libertatẽ hoĩbus:
in ara illa ſublimi noſtræ redẽptionis effudiſti. Hæc atq;
alia cũ diceret lachrymans ipſe: lachrymãtibuſq; qui ade
rant vniuerſis: iubet eum tandẽ ſacerdos attolli: atq; in le
ctulũ ſuũ: quo ſacramentũ cõmodius adminiſtraretur: re
ferri. Quod ille cũ aliquãdiu facturũ negaſſet: tamen ne
ſeniori ſuo foret minus obſequens: exorari ſe paſſus: ite-
ratis eiuſdẽ ferme ſententiæ verbis: corpus: ac ſanguinẽ
dominicũ plenus iam ſãctitatis. & diuina quadã maieſta
te verendus accepit. Tum conſolari Petrũ filiũ (nam reli-
qui aberãt) exorſus. ferret æquo aĩo vim neceſſitatis ad-
monebat. nõ defuturũ cœlitus patrociniũ. quod ne ſibi q
dem vnq̃ in tantis rerũ: fortunæq; varietatibus defuiſſet:
virtutẽ modo. & bonã mẽtẽ coleret. bene cõſulta: bonos
euentus paritura. Poſt illa cõtẽplabũdus aliquãdiu quieuit
excluſus dein cæteris: eundẽ ad ſe natũ vocat: multa mo-

nēt: multa ꝑcipit: multa edocet q̄ nōdū foras ēmanarūt.
plena oīa tamē (ſicuti audiuimus) & ſapiētiæ ſingularis
& ſanctimoniæ: quorū tamen vnū quod nobis ſcire qui-
dem licuerit. adſcribā. Ciues inquit mi Petre. ſucceſſorē
te meū haud dubie agnoſcēt. Nec aūt vereor. ne nō eadē
futurus auctoritate in hac republica ſis. qua nos ipſi ad
hāc dīē fuerimus ſed qm̄ ciuitas omnis corpus eſt (quod
aiūt) multorū capitum. neq; mos geri ſingulis poteſt. me
mento in eiuſmodi varietatibus id conſiliū ſequi ſemp.
quod eſſe q̄ honeſtiſſimū intelliges. magiſq; vniuerſitatis
quā ſeorſum cuiuſq; rationē habeto. Mandauit & de fu-
nere. vt ſcilicet aui Coſmi exēplo. iuſta ſibi fierent. intra
modū videlicet eū: qui priuato cōueniat. Venit dein Ti-
cino Lazarus veſter: medicus (vt quidē viſum eſt) expe-
riētiſſimus: qui tn̄ ſero aduocatus: ne quid in expertū re-
linqueret: ꝑcioſiſſima quædā gemmis oē genus: margari
tiſq; cōterendis medicamenta tēptabat. Quærit ibi tum
ex familiaribus Laurentiis (iam enī admiſſi aliquot fue-
ramus) quid ille agitaret medicus. quid moliretur. cui cū
ego reſpōdiſſem. epithema eū cōcinnare. quo præcordia
fouerentur agnita ille ſtatim voce. ac me hilare intuēs. vt
ſemp ſolitus. heus inquit. heus Angele. ſimul brachia iam
exhauſta viribus ægre attollens. manus ambas arctiſſime
ꝑhendit. me vero ſingultus lachrymeq; cū occupauiſſent
quas cælare tamen reiecta ceruice conabar. nihilo ille cō-
motior. etiā atq; etiam manus retentabat. Vbi aūt perſen
ſit fletu adhuc præpediri me. quo minus ei operā darem:
ſenſim ſcilicet eas: quaſiq; diſſimulāter omiſit Ego me au
tē cōtinuo ī penetrale thalami cōiicio flentē. atq; habenas
(vt ita dicā dolori. & lachrymis laxo: Mox tn̄ reuertor eo
dem: ſiccatis quātū licebat oculis. Ille vbi me vidit: vidit
aūt ſtatim: vocat ad ſe rurſū: q̄ritq; perblāde: qd Picus Mi
rādula ſuus ageret: Reſpōdeo: manere eū in vrbe: qd̕ ve-
reat̄: ne illo ſi veniat moleſtior ſit. At ego inqt viciſſim: ni
verear: ne moleſtū ſit ei hoc iter vidē: alioqn extremū ex
optē: pri9 q̄ plane a vobis emigro Vin tu iq̄ accerſat̄ ego ve

ro ait ille quãprimũ. Ita ſane facio: venerat iam aſſederatq; atq; ego quoq; iuxta genibus incubueram: quo loquentẽ patronũ facilius: vtpote defecta iam vocula exaudirem. Bone deus: qua ille hunc hominẽ comitate: qua humanitate: quibus etiam quaſi blanditiis excepit. Rogauit primo ignoſceret: quod ei laborẽ hũc iniunxiſſet: amori hoc tamen: & beniuolentiæ in illũ ſuæ adſcriberet: libentius ſeſe animã editurũ: ſi prius amiciſſimi hoĩs aſpectu morientes oculos ſatiaſſet. Tum ſermones iniecit vrbanos: vt ſolebat: & familiares. Non nihil etiam tunc quoq; iocatus nobiſcũ: quin vtroſq; intuens nos: vellem ait: distuliſſet me ſaltem mors hæc ad eũ diem: quo veſtrã plane: bibliothecaã abſoluiſſem. Ne multis. Abierat vix dum Picus: cum Ferrarienſis Hyronimus inſignis: & doctrina & ſanctimonia vir cæleſtiſq; doctrinæ p̃dicator egregius: cubiculũ ingreditur: Hortatur: vt fidẽ teneat: ille vero tenere ſe ait incõcuſſam: vt quã emendatiſſime poſt hac viuere deſtinet: ſcilicet facturũ obnixe reſpondit: vt mortẽ deniq; ſi neceſſe ſit: æquo animo toleret: Nihil vero inq̃t ille iucundius: ſiquidẽ ita deo decretũ ſit: Recedebat homo iam: cũ Laurentius: Heus inquit: benedictionẽ: pater prius quã a nobis proficiſceris. Simul demiſſo capite: vultuq;: & in omnẽ piæ religionis imaginẽ formatus: ſubinde ad verba illius: & præces: rite: ac memoriter rẽſpõſitabat: ne tantillum quidẽ familiariũ luctu: aperto iam: neq; ſe vlterius diſſimulante: cõmotus. Diceres indictam ceteris: vno excepto Laurentio mortẽ Sic ſcilicet vnus ex omnibus ipſe: nullam doloris: nullã perturbationis: nullam triſtitiæ ſignificationẽ dabat: conſuetũq; animi rigorẽ: conſtantiam: æqualitatẽ: magnitudinẽ: ad extremũ vſq; ſpiritũ producebat. Inſtabãt medici adhuc tamẽ: & ne nihil agere viderẽtur: officioſiſſime hoĩem vexabant: nihil ille tamen aſpernari: nihil auerſari: quod illi modo obtuliſſent: nõ quidem quoniã ſpe vitæ blandiẽtis illiceretur Sed ne quẽ forte moriens: vel leuiſſime p̃ſtringeret. Adeoq; fortis ad extremũ perſtitit vt de ſua quoq; ipſius mor

te:nō nihil cauillaretur:ſicuti cū porrigenti cuidā cibum:
rogantiꝗ mox:quā placuiſſet:reſpōdit:quā ſolet morieꝫ-
ti:Poſt id blande ſingulos amplexatus: petitaꝗ ſupplici-
ter venia.ſi cui grauior forte.ſi moleſtior morbi vitio fu
iſſet.Totū ſe poſt illa perunctioni ſummæ: deniꝗ grātiſꝗ
animæ cōmendationi dedit.Recitari dein euangelica hi-
ſtoria cœpta eſt:qua ſcilicet irrogati Chriſto cruciatus ex
plicantur:cuius ille agnoſcere ſe verba: & ſententias pro-
pe oēs modo labra tacitus mouēs:modo languentes ocu-
los erigens:interdū etiam digitorū geſtu ſignificabat. Po
ſtremo ſigillum crucifixi:argenteū: margaritis. gēmiſꝗ
magnifice adornatū defixis vſquequaꝗ oculis intuēs:idē
tidemꝗ deoſculans:expirauit. Vir ad omnia ſumma na-
tus:& qui flantem:reflantēꝗ toties fortunā: vſꝗ adeo ſit
alterna velificatione moderatus:vt neſcias vtrum ſecun-
dis rebus conſtantior an aduerſis æquior: ac tēperantior
apparuerit. Ingenio vero tanto:ac tam facili:& perſpica-
ci:vt qbus in ſingulis excellere alii magnū putant: ille vni
uerſis pariter imineret. Nam probitatē:iuſticiā fidem:ne
mo arbritor:neſcit:ita ſibi Laurenti Medicis pectus: atꝗ
aīum quaſi gratiſſimū aliquod domiciliū templūꝗ dele
giſſe. Iam comitas humanitas:affabilitas:quāta fuerit:ex
imia quadā in eū totius populi atꝗ oīm plane ordinū be
neuolentia declaratur.Sed enī inter hæc omnia. liberali-
tas tamē.& magnificentia explendeſcebat.q̄ illū pene im
mortali quadam gloria.ad deos vſꝗ prouexerat. Cū inte
rim nihil ille famæ duntaxat cauſa. & nominis. oīa vero
virtutis amore perſequebatur.Quāto aūt litteratos ho-
mines ſtudio cōplectebatur.Quantū honoris quātū etiā
reuerentiæ oībus exhibebat.Quātū deniꝗ operæ. indu
ſtriæꝗ ſuæ.conquirendis toto orbe terrarū. coemēdiſꝗ
linguæ vtriuſꝗ voluminibus poſuit: Quātoſꝗ in ea re.
q̄ immanes ſumptus fecit.vt nō ætas modo hæc. aut hoc immanes ſumptus
ſæculū.ſed poſteritas etiā ipſa maximā in huius hoīs in-
teritu iacturam fecerit. Cæterū cōſolantur nos maximo
in luctu liberi eius.tanto patre digniſſimi Quorū q maxi

mus natu Petrus. vix dũ primũ. & vigeſimũ ingreſſus an
num tanta iã & grauitate. & prudentia. & auctoritate mo
lem totius Reip. ſuſtentat: vt in eo ſtatĩ reuixiſſe: genitor
Laurẽtius exiſtimet̃. Alter ãnorꝝ duodeuiginti Ioãnes: &
Cardinalis ãpliſſimus (Quod nũq̃ cuiq̃ id ætatis cõtige-
rit) & idem Pontifici maximo: non in eccleſiæ patrimo-
nio dũtaxat: ſed in patriæ quoq; ſuæ ditione legatus: talẽ
tantũq; ſe iam tã arduis negociis gerit: & p̃ſtat: vt oĩm in
ſe mortaliũ oculos cõuerterit: atq; incredibilẽ quãdã: cui
reſpõſurus planiſſime eſt expectationẽ cõcitauerit. Terti⁹
porro Iulianus: impubes adhuc: pudore tñ: ac venuſtate:
neq; non p̃bitatis: & ingenii mirifica quadã ſuauiſſimaq;
indole: totius ſibi iam ciuitatis animos deuinxit: verũ: vt
de aliis in p̃ſenti taceam: de Petro certe ipſo cohibere me
nõ poſſum quin recẽti te teſtimoniũ hoc loco paternũ ad
ſcribã. Duobus circiter ante obitũ menſibus: cũ in ſuo cu
biculo ſedens (vt ſolebat) Laurentius: de Philoſophia: &
litteris nobiſcũ fabularet̃ ac ſe deſtinaſſe diceret reliquã
ætatẽ in his ſtudiis mecũ: & cũ Ficino: Picoq; ipſo Miran
dula cõſumere. procul ſcilicet ab vrbe: & ſtrepitu negabã
equidẽ hoc ei per ſuos ciues licere: q̃ quidẽ indies videren
tur magis: magiſq; ipſius & conſiliũ & auctoritatẽ deſide
raturi. Tum ſubridẽs ille: atq; iam: inq̃t: vices noſtras alũ-
no tuo delegabimus: atq; in eũ ſarcinã hanc. & onus oẽ re
clinabimus. Cũq; ego rogaſſem. an adhuc in adoleſcente:
tantũ viriũ dep̃hendiſſet: vt eis bona fide incũbere iã poſ
ſemus. Ego vero: ait ille: quãta eius: & q̃ ſolida: video eſſe
fundamẽta: laturũ ſpero haud dubie: quicq̃d inedificaue
ro: Caue aũt putes Angele quenq̃ adhuc ex noſtris indole
fuiſſe tantã: quãtã iã Petr⁹ oſtẽdit: vt ſperẽ fore: atq; adeo
augurer (niſi me ipſius ingenii. aliquot iã experimẽta fe-
fellerint) ne cui ſit maiorũ ſuorũ cõceſſurus. atq; huius q̃
dem iudicii p̃ſagiiq; paterni magnũ. Profecto: & clarũ ſpe
cimẽ hoc nup̃ dedit: q̃d ægrotãti p̃ſto fuit ſemp̃. oĩaq; p̃
ſe: pene etiã ſordida miniſteria obiuit. vigiliarũ patientiſ
ſimus. & inediæ. nũq̃q; a lectulo ipſo patris. niſi cũ maxi-

me Reſp. vrgeret. auelli paſſus & cũ mirifica pietas exta-
ret in vultu. tñ ne morbũ. aut ſollicitudinẽ paternã mœro
re ſuo adaugeret, gemitus õnes: & lachrymas. incredibili
virtute. quaſi deuorabat Porro aũt quod vnũ triſtiſſima
in re pulcherrimũ ceu ſpectaculũ videbamus inuicẽ pater
quoqꝫ ipſe ne triſtiorem filiũ. triſtitia ſua redderet frontẽ
ſibi ex tempore velut aliã fingebat: ac fluẽtes oculos in il-
lius gratiã cõtinebat: nũq̃ aut cõſternatus aĩo: aut fractus:
donec ante ora natus obuerſaret. Ita vterqꝫ certatim vim
facere affectibus ſuis. ac diſſimulare pietatem. pietatis ſtu
dio nitebatur. Vt aũt Laurentius e vita deceſſit. dici vix
poteſt quanta. & humanitate & grauitate. ciues oẽs ſuos.
Petrus noſter. ad ſe domũ cõfluentes exceperit. q̃ & appo
ſite. & varie. & blande etiã dolentibus. cõſolantibuſqꝫ pro
tẽpore. ſuãqꝫ operã pollicentibus reſpõderit: Quantã de-
inde. & q̃ ſolertem. rei cõſtituendæ familiari curã impen-
derit. vt neceſſitudines ſuas oẽs: grauiſſimo caſu ꝑculſas
ſubleuarit: vt vel minutiſſimũ queqꝫ ex familiaribus dete
ctum diffidẽtẽqꝫ ſibi aduerſis rebꝰ collegerit: erexerit: ani
mauerit: vt in obeũda quoqꝫ Rep. nulli vnq̃: aut loco: aut
tẽpori: aut muneri: aut hoĩ: defuerit. nulla deniqꝫ in parte
ceſſauerit. Sic vt eã plane inſtitiſſe iam viã: atqꝫ ita pleno
gradu iter ingreſſus videatur: breui vt putẽt: parentẽ quo
qꝫ ipſum veſtigiis cõſecuturus. De funere aũt nihil eſt: q̃d
dicã: Tantũ ad aui exemplũ. ex ꝑſcripto celebratũ eſt: quẽ
admodũ ipſe: vt dixi: moriens mãdauerat. Tam magno
aũt omnis generis mortaliũ concurſu: q̃ magnũ nunq̃ an
tea meminerimus. Prodigia vero mortẽ: ferme hæc ante
ceſſerunt: q̃q̃ alia quoqꝫ vulgo feruntur. Nonis aprilibus:
hora ferme diei tertia triduo anteq̃ aĩam edidit. Laurẽtiꝰ
mulier neſcio q̃ dũ in æde ſacra: Marie nouellæ: q̃ dicitur
declamitãti e pulpito dat operã repẽte: inter cõfertã popu
li mltitudinẽ expauefacta: cõſternataqꝫ cõſurgit: lympha
toqꝫ curſu: & terrificis clamoribꝰ: Heus heus inq̃t: Ciues:
an hũc nõ cernitiſ ferociẽtẽ taurũ: q tẽplũ hoc igẽs: flãmatiſ
cornibꝰ ad terrã deiicit: ꝑma porro vigiľ cũ celũ nubibꝰ dei

prouiſo fedaretur. cõtinuo baſilicæ ipſius maximæ faſti
giũ: quod opere miro ſingularẽ toto terrarũ orbe: teſtudi
nem ſup eminet: tactũ de cœlo eſt: ita vt vaſtæ q̃piam deii
cerentur moles: atq; in eã potiſſimũ partem: qua medicæ
cõuiſuntur ædes: vi quadã horrenda: & impetu: marmo-
ra imania torquerẽtur. In quo illud etiã præſcito nõ caru
it: quod in aurata vna pila: quales altæq; in eodẽ faſtigio
cõſpiciuntur: excuſſa fulmine eſt: ne nõ ex ipſo quoq; inſi
gni: propriũ eius familiæ detrimentũ portenderetur Sed
& illud memorabile: quod vt primũ detonuit: ſtatĩ quoq;
ſerenitas reddita. Qua aũt nocte obiit Laurentius: ſtellã
ſolito clarior ac grandior ſuburbano imminẽs: in quo iis
aĩam agebat: illo ipſo temporis articulo decidere: extin-
guiq; viſa quo compertũ deinde eſt: eum vita demigraſſe
Quin excuriſſe etiã faces trinoctio perpetuo de Fæſula-
nis mõtibus ſupraq; id templũ: quo reliquiæ conduntur
Medicæ gentis: ſcintillaſſe nõ nihil: moxq; euanuiſſe fe-
rũtur: Quid: quod & leonũ quoq; nobiliſſimũ par: in ip-
ſa: qua publice cõtinentur cauea: ſic in pugnã ferociter cõ
currit. vt alter peſſime acceptus alter etiam læto ſit datus
Arreti quoq; ſupra arcẽ ipſam, geminæ perdiu arſiſſe flã-
mæ. quaſi Caſtores ferũtur. Ac lupa identidẽ ſub mœni-
bus. vlulatus terrificos edidiſſe. Quidã illud etiã (vt ſunt
ingenia) pro monſtro interpretãtur quod excellentiſſimꝰ
(ita eñ habebatur) huius ætatis medicus: quãdo ars eum
præſcitaq; fefellerant: animũ deſponderit. puteoq; ſe ſpõ
te demerſerit. ac principi ipſi Medicæ (ſi vocabulum ſpe
ctes) familiæ ſua nece parentauerit. Sed video me. cũ qui
dem multa & magna reticuerim ne forte in ſpeciem adu-
lationis inciderẽ. longius tamẽ prouectũ. q̃ a principio in
ſtituerã. Quod vt facerẽ. partim cupiditas ipſa obſequẽ
di obtẽperãdiq; tibi optimo. doctiſſimo. prudẽtiſſimoq;
hoĩ. mihiq; amiciſſimo. cuiꝰ quidẽ ſtudio. ſatiſfacere. bre
uitas ipſa in tranſcurſu nõ poterat. partim etiã amara q̃-
dam dulcedo. quaſiq; titillatio impulit. recolẽdæ. frequẽ
tandæq; eius viri memoriæ. cui ſi parẽ. ſimileq; nr̃a ætas.

vnũ forte.atq; alterũ tulit.poteſt audacter iam de ſplẽdo
re noĩs.& gloria.cũ vetuſtate quoq; ipſe contendere. Va
le.xv.Cal.Iunias.M.cccclxxxxii. In Fæſulano Ruſculo

¶Angelus Politianus Cæſari Carmento ſuo. S.D.

IGnoſce occupationibus Cæſar neq; me vel ſuperbũ
crede: vel in officioſum: quod ad tuas hactenus litte
ras nõ reſcripſeri. Melior diei pars lectionib' variis mihi
teritur. reliqua dat amicis opa. Nocte ſibi quies: & ſom
nus: cũ ꝑcibus horario: & ſtilo diuidũt. Ac (ne manifeſta
diſſimulẽ) recraſtinator quoq; natura ſum maximus nec
ad diẽ facile ſoluo: q̃q oĩno aliquãdo ſoluo: quod debui:
quorũ alterũ dũ redditur (vt verũ fatear) non nihil dolet
ob ignauiã. alterũ me qm̃ redditũ nõ eſt ſp excruciat. Ve
nio nũc ad epl'as tuas qs eqdẽ qm̃ ſũt elegãtiſſimæ: plene
q; mearũ laudũ: cupiebã ſic iuicẽ ferre laudib': vt par pari
relatũ cognoſceres. Atenĩ ſi fecero: credet aliquis me for
ſitan huius deniq; ſpe mercedis: abs te antea fuiſſe lauda
tum. Quare malo equidẽ tibi hoc officiũ debere q̃ meas
laudes adducere in ſuſpitione: præſertim ſic abs te rheto
rice dictas. vt ob eas ipſe quoq; mihi placeam: qui ſcio ve
ra nõ eſſe. Sine igitur: quæ de me ſcripſiſti: mora aliqua
tẽporis roborari: talionẽq;: tum deniq; a nobis expecta.
Nunc vſurã laudationis tuæ: gratuitã quæſo permitte di
es aliquot: ne quis argutulus dicat: nos inter nos (vt illi
apud Terentiũ faciunt) tradere operas mutuas. Vale Flo
rentiæ Idibus Ianuariis. M.cccclxxxix.

Tradere operas mutuas

¶Angelus Politianus Triſtano Chalco ſuo. S.D.

SIgnificas mihi litteris tuis: decuriã ſcribarũ totã:
ſic delectari Miſcellaneis noſtris: vt inde me quoq;
videlicet auctorem: quãto vix credibile ſit: amore proſe
quatur. Equidẽ habeo gratiam ſtudiis meis: & vigiliis: in
quibus acriter: ab ineunte ætate ſi minus eum diſpendio

bonæ valetudinis: certe ſim periculo maximo verſatus.
Etenim q̃uis ipſa ſibi litterarũ tractatio ſatis grande præ
miũ ſit: adeo ſcilicet ſuauis: & iucunda: tamen iſtiuſmodi
ſit acceſſionibus: vt nullũ vitæ genus eſſe putem cũ litte-
rati hominis ocio: dũ modo nõ ſterili: cõferendũ. Nec enĩ
plures Iaſoni. & Cadmo ſatu dentiũ nati ſunt hoſtes q̃ mi
hi ſatu miſcellaneorũ nati amici. De Tertuliano quod re
quiris. Quintus Septimius florens Tertuliann appella-
tur eiuſq; legi libros. præter Apologeticum: de Palleo: de
Carnis reſurrectione: de corona militis: ad martyria: de
virginibus velandis: de habitu mulierũ: de cultu fœmina
rum: ad vxorẽ: ad Scapulã: De perſecutione ad Fabiũ. de
exortatione caſtitatis. De patientia De monogamia. De
ꝑſcriptionibus hæreticorũ contra Hermogenẽ a duerſus
Praxeam: valentianos Marcionẽ: Iudæos. Hæreticos om
nes ipſe quorũdam. præter hos. librorũ meminit a ſe cõ-
poſitorũ. qui nec extant. Lactãtius. vt in omnibus erudi-
tum doctrinis ita in eloquendo duriorẽ perhibet. Augu-
ſtinus. lapſum quibuſdã locis miratur. quãuis hoĩem do
ctiſſimũ. Cyprianus ſua frequenter ſcripta. de illius fon-
tibus irrigauit. Reliqua ſuper eo libellus Hieronymi vi-
rorum illuſtriũ ſuppeditabit. Ex Apologetico vero nimi
um tibi deerat. Quod & hũc epiſtolæ totũ ſubnexui. tu
cæteros tamen eius libros caue putes cũ Apologetico cõ-
ferendos. tum illud ſeito. volumen eſſe. quod deſideras:
prope immenſum Nam quod ad operã ſcilicet attinet me
am libenter equidẽ de illa tibi verbis eiſdem ſpõdeo: qui-
bus Publico Septimio de Ciuiũ fortunis Antoni⁹ Quid
concupiſcas: tu videris. Quod cõcupiueris certe habebis
Vale. Florentiæ Pridie Idus Ian. M.cccclxxxviiii.

¶ Angelus Politianus Triſtano Chalco ſuo. S. D.

SCribis Marianũ Genazanenſem theologiæ: cõſul
tum: qui ſacras iſtic ad populũ cõtiones habet: tan
ta eſſe omniũ admiratione apud vos: vt eorũ facile fidem

quæ de ipſo in Miſcellaneis prædicauim⁹: abſoluerit. Iri
ad hunc plenis vndiq̧ viis allici lepore verborũ: ſuſpendi
ſententiarũ grauitate: flecti omnes oratiõis impetu: & vi-
ribus. Fatebor quid mihi vſu venerit: cũ primũ hic apud
nos cõcionari cœpit. Acceſſi: vt audirem: ſic quo modo
alios conſueuerã: explorabũdus: & pene (vt verũ dicam)
cõtemptim. Sed vt habitũ vidi hominis: & ſtatũ: quaſiq̧
indolem quandã in oculis: & vultu minime vulgarẽ: cœ-
pi aliquid expectare iam: quod eſſem probaturus. Ecce ti
bi igitur. præfari incipit. Arrigo iam tum aures: canora
vox: verba electa: grandes ſententiæ. Deniq̧ agnoſco in-
ciſa: video mẽbra: ſentio circũductũ: capior numeris: iam
partiri pergit: attendo: nihil impeditũ: nihil inane: nichil
ibi: quod caudam traheret: texit: deinde argumentorum
nexus: illaqueor: retexit: expedior: Inſerit alicubi narrati narrantiuncula
unculas: ducor: modulat carmẽ: teneor: iocatur nõ nihil Quint. 5. 9. 6
rideo: premit: vrgetq̧ veris: do manus: tentat affectus mi
tiores: ſtatim mihi per os lachrymæ: clamat iratus: terre-
or: ac veniſſe iam nollem. Deniq̧ Pro re ipſa quã tractate
& figuras variat: & vocis flex⁹: & vbiq̧ actionẽ geſtu com
mendat. Mihi vero etiam (vt fatear) creſcere in ipſo pul-
pito: nec ſupra ſui modo. ſed omnino ſupra hominis mẽ
ſuram: ſæpe eſt viſus. Ac dum ſic oĩa: quaſi ſingula contẽ
plor. ceſſit miraculo iudiciũ. Putabam fore tamẽ: tu con-
ſumpta poſtmodũ nouitate. min⁹ in dies me caperet. Cæ
terum contra accidit: idem enim poſtridie: quaſi alius au
diebatur: ſed illo ipſo melior: qui pridie viſus optimus:
nec tu illud corpuſculũ contẽpſeris: inuictũ. infatigabi-
le eſt. vt non aliunde magis reparare vires. q̃ de laboribus
ipſis videatur. Quis inde aũt tantũ vocis. tantũ ſpiritus.
tantũ virium ac laterũ ſperaret? Adde quod & ruſticatus
quãdoq̧ ſum. domiq̧ cum ipſo familiarius egi. Et quidẽ
nihil vidi placidius. nihil tñ etiã cautius Non eius abſter
ret ſeueritas. nõ item corrũpit facilitas. Alii cum ſe magi-
ſtros eccleſiarũ profitẽtur. credũt ſibi ius eſſe in hoĩes. vi-
tæ & necis. Itaq̧ ſic intẽperãter poteſtate abutũtur vt nũq̃

ſupercilliũ. nũq̃ pædagogi vultũ & verba illa tetrica depo
nant. Hic aũt noſter. ſic modũ tenere didicit. vt in ipſo tã
tum pulpito. cenſurã exerceat. cũ deſcendit inuicẽ. ciuili-
tas excipiat. Quare ſic a me: ſic a Pico itẽ Mirãdula meo.
Bone deus. quo viro frequenter aditur. vt nullo magis q̃
ſermone illius & cõſuetudine triſtitiã litterati laboris di-
ſcutiamus. Nam laurẽtius ipſe medices elegans ingenioꝝ
ſpectator quantũ hoĩ tribuat: nõ modo ſubſtructo proti
nus inſigni cœnobio oſtendit: ſed multo etiã magis. aſſi-
duitate quadã cultuq;. ſic vt vnam cũ illo ambulatiũculã
oĩbus ferme vitæ vrbanæ diſcurſibus. anteponat Itaq; te
quoq; hortor inſpicias hoĩem (ſi potes) & explores. etiã
de proximo. laudabis & hic Politiani tui iudiciũ. nec illi
moleſtus vnq̃ venies. neſcit offendi. Non enĩ is eſt. qui lu
cem refugiat. & oculos. Puto. quia bona conſcientia. teſti
bus oĩno gaudet. quãuis vtiq; nõ deſideret. Vale. xi. Ca-
lendas Apriles. M. ccccxxxviiii.

Ambulatiuncula
Cic. ep. II. 12. 2.

Angelus Politianus Antonio Pizamano. S. D.

QVid eſſe hoc dicam vir doctiſſime. quod illo tẽpo
re. quo vos Ioãni Pico Mirandulæ. me pſente tu.
Grimanuſq; nõ iam tuus. potius quã meus. quãq̃ mẽtito
noĩe. q̃q̃ diſſimulata patria. quãq̃ ſub mille in volucris ex
hibuiſtis. nõ aliũ prius aut libentius ſermonẽ. q̃ de vobis
ipſis. licet alio reuocantibus. ac propemodũ reſiſtentibus
iniecimus? An nõ obſecro. vos ſurda. & ignara quædã na
turæ cõſentientis ratio non modo perſonã detrahere illã
vobis intẽpeſtiuã? Sed & exprobare fucum falſarũ illiuſ-
modi apud amicos imaginũ videbatur? Adeon autẽ vos
tum fuiſſe ferreos. adeon quæſo in illo male me hercules
Lepido propoſito pertinaces. vt cũ de vtroq; veſtrũ. tam
ardenter vterq; noſtrum ſic a vobis quaſi certe non a vo-
bis quærebamus? Et cũ apud vos. de vobis ipſis. vt apud
alios. tam ex animo. tamq; amanter loquebamur: duri-
ciem tamẽ: aut obſtinationẽ potius: latẽdi: fallendiq; nos

eandem ſemper retinueritis? O(ſi nõ ita induxiſſetis ani
mũ)qui cõplexus:& quãta illa noſtra extitiſſent gaudia?
Quẽ diem nobis in ciuili illo:ne dixerim crudeli cõmen
to:quẽ fortaſſe etiã vobis inuidiſtis. Etenĩ ego: ne poſtea
quidem lœticiã indicii:toto perſenſi pectore:cũ ſub arti-
culo vno tẽporis mihi vos pene:prius abſtuliſtis:quã ob-
tuleratis. Nam & ſi animus oĩno inclinabat eodẽ: vix tñ
credere audebã. vos eos eſſe: bona fide q videlicet eratis:
nec enĩ:vel ab eis me antea potuiſſe:vel tum quoq;:nõ ite
rum poſſe falli extimabã:qui ſe nuper fefeliſſe cõfiteban
tur:vt ne illud qdem tantillum voluptatis:liberũ: ſince-
rumq; mihi:& ab omni vacuũ ſuſpitione reliqueritis. Vt
enim piſces:atq; aues:decepti ſemel:cæteros etiam cibos:
illi hamatos:hæ viſcatos credunt:ſic ab impoſtura nuper
veſtra: quod etiam merũ:ſincerumq; fuit:eſſe id oẽ tamẽ
dilutũ mihi:atq; incruſtatũ penitus videbatur. Fecit iſtuc
ipſum olim in me Picus:verũ longe ille mitius: nã cũ me
ruſticãtem:tẽporarius verſipellis adiuiſſet:ac ſibi ludos
pauliſper de amico cæpiſſet:& de ſe quid ſentirẽ: callide:
quaſi alienus exploraſſet:mox tamẽ:vbi luſit ſatis: vltro
ſe mihi ridens patefecit vt omni prorſus erepta nube frui
iam liberrime ſuauiſſimi iuuenis preſentia:dulciſſimoq;
colloquio licuerit & veras audire: & reddere voces. Vos
cõtra immodici:niſi me fortuna reuertentẽ veſtra ipſorũ
cauſa rure in vrbem:pene dixerim fugientibus in ipſo li-
mine obieciſſet:taciti(quod adhuc abominor)taciti am
bo:& ignorati mihi:tum pro Venetis Vicentini. pro Pi-
zamanis. & Grimanis neſcio qui porticẽſes diſceſſeratis.
Sed enim querelæ cõticeſcant. ſeræ iam. & nihil pro futu
ræ licitumq; amicis fuerit ludere aliquando ex ſuo cõmo
do. amicos ſicuti cariſſimos homines. etiã interdum nu-
mina ſalent:quod viri quidã ſapientiſſimi prodiderunt.
Venio nũc ad epiſtolas tuas elegantiſſimas:quas mihi:&
Pico Lactantius noſter diligentiſſimus reddidit: hoc eſt
vtrãq;:vtriq;. Nam quod in hoc genere alteri datur:vtriq;
profecto datur. Et quidem videris in eis mihi vel ob hoc

ipſum neruos oẽs tuæ contendiſſe humanitatis: vt quod
peccaueras: antea te nobis coram diffingẽs: nũc abſens eũ
dem refingens pulcherrima viciſſitudine redimeres. Et
enĩ ſic in litteris ipſis: amor humanitaſqꝫ tua: & ſuauitas
ingenii natiua q̃dam: viuit: ſpirat: exhibetqꝫ ſe: vt nõ (qđ
ſolitum eſt) in atramẽto: ſed in penitiſſimis p̃cordiis in-
tinxiſſe nobis ſcriptoriũ calamũ videaris. Ita quod ait Sy
racuſius Poeta: ſi quid nos antea momordiſti: nunc inno
xium repetita etiã vtilitate reddidiſti. Nam quod breuio
res fuerint epiſtolæ: dolemus quidẽ: ſed eas arte longiſſi-
mas: hoc eſt a capite crebro repetẽtes: facere dicimus: Sũt
aũt adhuc apud me litteræ quoqꝫ aliæ tuæ: neqꝫ nõ ſimul
& Grimani: quas abhinc annos ferme decẽ didiſtis ad me
nec illæ profecto indignæ: q̃ tanq̃ ſemina iacerent adule-
ſcentes: qui quidẽ forent ad hanc vberrimã frugem puen
turi. Nempe igit̃ ſicuti amatores munuſcula ſuæ quiſqꝫ
Veneris diligenter ſeruãt: anellum puta: Catellã: ſudario
lũ: violã quoqꝫ: nõ vnq̃ roſam: floſculũ: ſic ego tuas illas:
& item Grimani litteras amoris veri gratiſſima pignora:
nõ modo Paulo incurioſus nõ habeo: ſed ſub oculos cre-
bro reuoco: nũc mihi: ipſe nũc amicis recitãs: atqꝫ ita me-
moriã redintegrãs ita affectus renouans: ita cõſuetudinẽ
mihi veſtrã q̃ ſæpiſſime aſciſcens. Quare abs te iure quo
dam meo poſtulo: ne illud ad me ſcribendi officiũ omit-
tas. Cuius fructũ tanti faciã. Sed cũ tibi a ſtudiis grauio-
ribus ocium ſuppetit: ociũ illud in me potiſſimũ tranſfe
ras: operãqꝫ mihi aliquã ſaltem vacui tẽporis impertias.
Debes hoc amori meo: debes certe humanitati tuæ. Do-
minicũ vero Grimanũ lætor equidẽ: legationis honori-
ficẽtiſſimæ p̃fungi munere: cupio tamen eũ ſaluũ q̃ pri-
mũ recipias: ne diutius a Muſis ferietur: & vt aucto mul-
tis pro merito laudibus ob rempublicã bene geſtã: nõ tuo
modo: ſed meo quoqꝫ nõie graturleris: ſalutes: amplecta-
riſqꝫ reducẽ: tum qua poteris ſignificatione: vnũ me quo
qꝫ illi inter longa proſequentiũ officia rep̃ſentes. De codi
ce aũt nihil te equidẽ hortabor Errarem potius ſi cauſam

tibi meã cõmendandã putarẽ: tantũ dixerim vehemẽter me illũ deſiderare: qui lectus a me libẽter: cuſtoditus diligenter etiã deinde fideliter remittet. Ioannes Picus Mirãdula: quaſi Roſcius quidã litterarii theatri: reſpondebit arbitror: & ipſe ad tuas litteras: quas videlicet gratanter accepit. Te cordi: & Grimanũ: mecũ ſimul infixos habet: & quidẽ trabali clauo: laudat vtrũq;: vbiq; quacũq; occaſione: nec occaſio illi tñ vnq̃ deeſt. Sed & laurentio Medici tuas ego ad me litteras recitaui: fabulamq; illã ſimulati nois ridenti narraui totã. Caſtigauit tñ ille me verbis: qđ cognitos deinde nõ etiã inuitos in ædes ſuas adduxeram vt veteris cælaturæ vaſa: gẽmaſq;: quando id vos cupere dixeratis: pro arbitrio ſpectaretis Negaui me parem duobus. Nam ne Hercules quidẽ duos: quod eſt in prouerbio Verũ amat ille vos: fauet propoſito: doctrinæq; iſti. Vir vnus: ad oĩa magna: & honeſta natus: educatus: exercitat⁹ nec minore a vobis (ni fallor) ſtudio viſendus: q̃ illa ipſa cælamina: q̃ prius appetita. dein tamen oblata: continuo refugiſtis. Vale.

Angelus Politianus Franciſco Caſæ ſuo. S. D.

ACcept epl'am tuã: qua mihi ſcas: alatũ iſtuc eſſe de machinula Automato: q̃ ſit nup a Laurẽtio: quodã Florẽtino cõſtructa: in qua ſiderũ curſus cũ cœli rõne cõgruẽs: explicet. Aiſq; te cupere: vt qm̃ famæ fides derogetᷣ: ego ad te de ea ſcribã. Si qd cõperti habebã Geram tibi morẽ. & q̃uis lõgo interuallo id opus: ruri agens. haud aſpexi tñ eius vel q̃ forma ſit vel ratio: vel vſus: q̃tum cõſequi memoria potero: breuiter exponã. Quæ ſi tibi explicatio: paulo videat̃ obſcurior: nõ noſtræ oĩno orõni: ſed ipſius etiã rei quale agit̃: ſubtilitati: atq; adeo nouitati velim attribuas. Columella eſt quadrata: quæ Pyramidos modo: in acutum deſinnẽs: faſtigiatur: altitudinis fere trium cubitum. Supra eam pro capitello. planus orbis eſt æheneus: auro: & coloribus diſtinctus: & in cuius alte

ra parte: omnis ſiderũ: errantiũ curſus: explicetur: cuius
eſt dimenſio: cubitali breuior rotuliſꝗ intrinſecus denti-
culatis agitur: circulo immobili: ſummũ cõplectẽte mar-
ginem: quatuor & viginti. horarũ ſpatiis diſtinto Intraꝗ
eum in ſummo verſatili orbe ſigna duodecim: ſuis diſcer
nũtur gradibus Interius orbiculi octo. pari ferme inter ſe
magnitudine viſuntur. Ex iis duo mediũ obtinẽt pũctũ:
alter ſcilicet alteri infixus: ſic vt inferior maiuſculus So-
lem: ſuperior lunã repræſentet. a Sole radius ad circulum
pertingens: in ipſo quidem horas: in ſignifero vero. men
ſeis: dies: graduũꝗ numerũ: verumꝗ & mediũ (Quod
aiunt) ſolis motũ pariter indicet. A luna item ſtilus pro-
dit: ipſius horarum index: quæ ſcilicet inferius in limbo
ipſo: maioris orbiculi deſignãtur: perꝗ lunaris Epicyclii
tranſiens centrũ: ſigniferũꝗ contingẽs: medium ſui ſide-
ris declarat motum: alteri item indidẽ exoriens: lunariſꝗ
centrũ corporis: hoc eſt Epicyclii oram ſecans: verũ eius
locum manifeſtat Quo fit vt & tarditas: celeritaſꝗ & mo
tus: curſuſꝗ omnis: & coitus item: plenilunia ꝗ viſantur.
Circum hos orbiculi ſex: quorũ vnus: quem Draconis ca
put Caudãꝗ vocant: Solis pariter: Lunæꝗ defectus inſi-
nuat. Reliqui planetis attributi: Quorũ a ſingulis: binæ
eminẽt cuſpides: motuũ indices perinde atꝗ in luna oſtẽ
dimus. Sed ei retro quoꝗ gradiũtur: quod nequaꝗ̃ in lu-
na vſu venit: vtpote cuius in cõtrariũ feratur Epiciclios:
Ita & coniunctionũ: & receſſuum: & latitudinum ratio in
ſingulis manifeſta. Et præterea limbus alius: ſigniferi in-
ſtar: ſex illos quos dixi: planetarũ orbiculos ſupne ſecans
vnde & orientiũ gradus ſignorũ: & dierum ſpacia: hoc eſt
quota ſol hora exoriatur: apparet. A quibus ſinguli Pla-
netæ orbiculis deferũtur: ei viciſſim: interdiu quidem ad
orientem: noctu vero ad occaſum cõmeant. Cõtra orbis
ipſe amplissimus: noctu ad orientẽ: interdiu ad occiden-
tem: quatuor: & viginti horarũ ſpatio: planetas torquet.
Que ſcilicet omnia: cũ cælo congruere ipſo: & ratio con
uincit: & peritiſſimus quiſꝗ conſentit. Nec eſt quod mi-

reris: incredibilia hæc videri permultis. Quippe (vt eſt apud quedã) Tarda ſolet magnis rebus ineſſe fides. Vix ipſi inq̃ oculis credimus: cũ hæc cottidie intueamur Atqꝫ adeo cũ legerem aliquando tale quiddam fabricatũ Archimedẽ Syracuſanũ: vacillabat etiã in tanto auctore fides. Quam plane hic noſter abſoluit & ipſo quidẽ opere laus oĩs inferior eſt. neqꝫ enim aliter laudari pro dignitate poteſt: niſi vt oẽm illi laudem eſſe imparẽ fateamur. Ipſum certe artificem dubiũ eſt. morũ ne: & probitatis: candoriſqꝫ: & ſanctitatis: an ingenii magis cauſa admiremur ſicut vt & cælitus demiſſum: & in cælo ipſo: cælum didiciſſe extimemus. Vale. Fæſulis: ſexto. Idus Auguſtas. M.cccclxxxiiii.

Angelus Politianus Philippo Poſco. S. D.

GRatum feciſti: quod epiſtolã: quod verſiculos miſiſti. Quæris quid ſentiã: Breue faciã. Recti ſunt. Feſtiui. arguti. pleni ſenſibus & aculeis. Dicerem conſumatos. niſi nõ cũ ſæculo hoc illos. Sed cũ vetuſtate committerem. Quod aũt rogas cur ego has particulas quod quod. & adqꝫ per. d. potius quã per. t. litteras notem. facile reſponſum. Ac ne te aut circũduci: aut etiã falli putes pauculos teſtes. neqꝫ eos tibi nõ domeſticos citabo. Eſt in atrio capitolino ad ſiniſtrã opinor hænei Herculis haud ita pridem inuenti Marmor quoddã vetuſtis. ac iam pene exoletis inciſum verſiculis. quorũ initiũ eſt. Hercules inuicte. In eo hoc quoqꝫ legitur. Adminiſtandũ quodannis. Adſtipulatur etiã huic ſcripturæ ille codex antiquiſſimus Vergilianus. qui iſtic in intima Palatina bibliotheca adſeruatur maiuſculis characteribus exaratus. de quo paucula mecũ recognoſcas licet ex Bucolicis mõ. & Georgicis. ne totum tibi ſit volumen explicandũ. Pocula inqt bina nouo ſpumantia lacte quodannis. & paulopoſt. Vt Baccho. Cererīqꝫ tibi ſic vota quodannis. Et rurſum. Degenerare tamen ni vis humana quodãnis. Itẽ. Namqꝫ om

ne quodannis terq; quaterq; ſolum ſcindẽdũ. Sed & illud
atq; pari ratione notatur. neq; te moueat ꝙ in ponte illo.
Anienis a Narſe conſtructo deprehendas aliter Atq; inter
ruptum continuatur iter. Niſi ſi illi inerudito ſæculo ſtan
dum putas. Ego Quintilianũ ſequi malim. qui in primo
de oratoria inſtitutione libro. velut frigidam eludit. quæ
ſit a multis ſeruata differentia. vt ad: cũ eſſet præpoſitio.
d. litterã: cũ autem cõiunctio. t. acciperet. Itaq; veteris ad-
huc ſcripturæ veſtigia in eodem inuenias Vergilio. vt ad
que humiles habitare caſas. Ad mihi ſeſe offert vltro. Ad
que iterum ad troiam. Adq; ære menalcha Adq; ſolo pro
ceras erigit alnos Adq; vtinam ex vobis vnus Adq; aduer
ſos detinet hoſtis. Et mille alia. vt minore etiã ꝗ ſum pol-
licitus me pomerio circũſcribam. Quærit inſuper de no
bis Lollius noſter. cur idem in verbo adgredior ſeruemus
Ducitq; eum (ni fallor) cũ conſuetudinis vis. tum Priſcia
ni auctoritas. Sed ego a conſuetudine hac praua. ad rectũ
vetuſtatẽ prouoco. Inſpice (ſi eſt ocium) librũ eundem.
Ita opinor. inueneris. Adgredere o magnos. aderit iam tẽ
pus honores. & item Adgreſſi. nam ſæpe ſenex. ſpe carmi
nis ambos luſerat. Neq; mihi ſane hoc quidem loco non
imbecilla etiam (adſit venia dicto) ac vacillans Priſciani
videatur auctoritas. quippe qui etiam cenſeat: errore ma-
gis ſcriptoꝝ. ꝗ ratione factũ: vt adfatẽ: adludo: adrideo: ad
nitor: adſumo. d. retineant: Quis enim putet: etiã in no-
miſmatis ipſis Cæſaribus conſecratis: id mendum admiſ
ſum: in quibus cum alia ad eũdem modum: tum certe ad
locutio d. littera notatur: nunꝗ. l. Sed vos nimiũ belli ho-
mines: ac faceti plane me luditis: qui domi Pomponiũ ha
beatis: hominem totius antiquitatis: omniſq; adeo litte-
raturæ conſultiſſimũ. Itaq; ego ineptus: etiam Athenas:
noctuã. Sed iam Vale: noſtraſq; Lollio occupationes ex-
cuſa: Ad quem ſcilicet nullas huic quidem tabellario lit-
teras dederim. Vale.

Angelus Politianus Ioanni Gotiio Raguſino. S. D.

CVm per hos quadregeſſimæ proximos dies: enar/
randis populo ſacris litteris eſſem occupatus: pelle
gi tamen libros carminũ tuorũ: quos mihi tu pro ſingula
ri humanitate tua: mutuoꝗ inter nos amore dedicaueras
Ei me ſcilicet cũ voluptate maxima: tum maiore prorſus
admiratione affecerũt. Nam quẽ nõ: obſecro: ſuauitas il/
la tanta: lepor: elegantiaꝗ verſiculorũ: tot aculei: ſales: ar
gutiæ: tanta eruditio: tanta varietas: tantæ vbiꝗ veneres
gratiæꝗ delectent. Quis nõ attonitus audiat hominẽ ab
Illyrio: mercimoniis (vt inquit Plautus) emũdis: vendũ/
diſꝗ occupatũ. Florẽtibus adhuc annis: tantos in oĩ poe/
tice feciſſe progreſſus: vt nõ ſolũ: cũ ſuæ ætatis hominibꝰ
Sed cũ ipſa plane antiquitate conferri poſſit? Perſequerer
nimirũ ſingula mi Ioannes: quæ ego in tuis poematis au/
dacter contra veteres ſtatura deprehenderim ni metuam:
ne aut plus paulo indulgere amori aut aſſentatiũcula ali/
qua: videar te velle demereri Sed plane ita ſentio: eſſe hos
libellos: ita examuſſim ꝑfectos: atꝗ ad ſummũ abſolutos
vt ne ab liuore quidẽ iure valeant reprehẽdi. Debet aũt ti
bi hoc noſtrũ (qualecunꝗ eſt) ſæculũ: q̃d tu videlicet par
veteribus: in hoc ſaltem laudis genere reddidiſti. Equidẽ
gratias tibi ago immortaleis: vt pote quem tu tuis illuſtrã
do carminibus immortalitate donaueris. Ita enim mihi
perſuadeo: tam lepida iſta poemata: tam venuſta: tamꝗ
ornata: & pulchra: omnẽ eſſe iniuriam temporũ ſupera/
tura. Vale.

❡Angelus Politianus Roberto Saluiato ſuo. S. D.

BEatus es gratiæ mi Roberte: quẽ ſic docti certatim
laudãt: vt cũ deniꝗ docti credãtur: cum te maxime
laudauerint Prodigioſus honor: ſed tuis meritis nõ inde/
bitus. Facit enim ſedulitas erga hunc ordinẽ tua: nõ vt in
eptus: aut adulator qui laudet. Sed vt impius: aut ingra/
tus habeatur: qui nõ laudet. Adeo quippe doctorũ ſtudio
ſo fauetur: vt in ipſum: nec inuido quicq̃ liceat Quare ne

quæſo morũ talium pœniteat: quibus ad ſplẽdorem no-
minis: plus multo proficitur. quã triũphis. Nunq̄ enĩ ve-
ſtigia gloriæ obliterantur ab hominũ doctorũ impreſſa:
nō ingenio dixerim. Sed animo. Vale.

¶Angelus Politianus Andreæ Magnanimo ſuo Bono-
nienſi. Salutem Dicit.

NEqꝫ deſidiæ meæ. neqꝫ occupationũ culpa omnino
eſt. licet harũ quoqꝫ nō nulla ſit. quod ad epiſtolam
ſuperiorem nō reſcripſi hactenus. Sed tuæ potius facili-
tatis notæ iam ſic oībus. vt ob eam protinus & ego licere
in te mihi oīa exiſtimauerim. Qui ſi nomen hoc humani
retinere ſtudes. quod vſu pene iam feciſti tuũ. Nec iraſci
ſilentio noſtro poteſ vllo pacto. nec debes. quod Miſcel-
laneis noſtris ita faues: vt atticis quoqꝫ noctibus eas com
pares. equidẽ vellem minus vulgo human' habereris. vt
nō ex ingenio tuo. ſemper ad officiũ parato ſcribi talia.
ſed ex operis ipſius merito crederet̃. Tu perge nihilomi-
nus ornare iſto pacto me. vel immerentẽ. Non minus enĩ
plerũqꝫ delectat falſa. q̄ vera laus. ſicuti gratius accidit fe-
re quod dono datur. q̄ quod ex debito. Vale. Floren. xvi
Calen. Feb. M.cccclxxxix.

¶Angelus Politianus Andreæ Magnanimo ſuo. S.D.

EFflagitari ſcribis iſtic ab iis. qui libros excudũt for
mis Herodianũ meũ. Meum enim iure apello. quẽ
quaſi latinitate donauerim. Tum rogas codicem tibi ip-
ſum tuũ. remittã aliquãdo noſtra (quod illos cupere ais)
manu emendatũ remitto. ſed (vt verũ fatear) leniter po-
tius. quã ſeuere caſtigatũ. ſic aũt. vt noſtra errata plura in
eo. quã librarii deprehendas. Crediderim tamẽ. ſtilo ip-
ſi certe meo. hoc eſt interpretis. plus aliquanto veniæ de-
beri. q̄ auctoris quoniã meliuſcule reſpondent. quæ ſcri-
bas vt ſit liber quaſi curſus. q̄ quæ vertas. vbi nihil extra

p̄ſcriptum. Accedit.& illud: quod hoc mihi vnus interp̄-
tandi. quaſi leuioris operæ fuit. vt pote qui diebus paucu
lis dictauerim ſic deambulans. Itaq; tantū abeſt vt mihi
inde laudem petam. vt etiā abunde pulchrū fore putem.
ſi vitauero grauiorē culpam. Quare cū amicis reliquis:
tum tibi in primis omnē huius operis defenſionem nō re
mitto ſolum. Sed etiā prope interdico: voſq; integros ad
alia reſeruo. q̄ poſt edentur. Sed quāq̄ plurimi ſunt apud
vos: qui mihi etiam plus nimio fauent: vnus tamen es tu
Andrea magnanime cognomento iſto tuo gentilicio dig
uiſſime: quem equidē faciā plurimi. Cum q̄ ex bonis or-
tus: & opibus flores: & honoribus: tum vel maxime q̄ in
genio es elegantiſſimo moribus ſuauiſſimis: gratia pene
quadā (quicquid agis: quicquid loqueris: immo etiā ſi ni
hil agis nihilq; loqueris) ſingulari: ac vultu deniq; ipſo
quod dicitur. hoīes deuincis. Itaq; nihil quēq̄ metuo. vbi
tu mihi ſtudeas. Nunq̄ enim male de Politiano ſentiet: q̄
placere eum magnaniſſo intelliget. Vnum tantū eſt: qđ
a te nūc contendo. Cures pro reliqua in noſtris rebus dili
gentia. vt quā minimū quaſi degenerent ab origine. quæ
mox volumina formabūtur: vtq; ne illæ ipſæ quidem ad
notatiūculæ omittātur: quas marginibus adſcripſimus.
Inter eas vero etiam locos puto tris: quatuorue ad ſum-
mū reperies: vbi fuit excuſatione vtendū: corrupti apud
græcos exemplaris. Ad hæc vero facile procurāda: obeū
daq;: magis idoneum habere. magiſq; ex vſu tuo neminē
poſſis: quā Alexandrū Sartium: Ciuem tuū litteratū ho
minem: noſtriq; ſtudioſum: Tum (quod ego in hac te pri
mum puto) neutiq̄ in amici negocio dormitantem. Vale
in Ruſculo Fæſulano. Pridie. ix. Maias. M cccclxxxxiii

¶ Angelus Politianus Bartholomeo Scalæ. S D.

ET tu mihi ſuperioribus dieb⁹ aperte dixiſti: & abs
te auditū multi retulerūt: nō placere genus ſcriben
di meum: propterea q̄ aſcita nimiū verba: & remota con

ſectet. Me quoqꝫ eſſe quẽdam (ſic enim ſoletis dicere) fer-
ruminatorẽ. Vox enim hæc apud te ſignificare iam diu
cœpit eũ: qui verbis iſtis paulo minus vulgatis vteretur.
Nam Hermolaum Barbarũ: quaſi per iocum vocare fer-
ruminatorẽ ſoles (vt audio) quia verbũ fortaſſe iſtud ali-
quoties ille vſurpauiſſet: ſed ego mi Scala: quemadmodũ
tibi facile concedo: vocem infrequentẽ nõ temere recipiẽ-
dam. ſic e diuerſo cõtenderim: nõ debere eſſe cuiquã frau
di: ꝙ latinas: & apud idoneos repertas in vſum reuocet: ac
vetuſtis dare nouitatẽ ſtudeat: nec vacare omnino patiat̃:
quæ temporũ culpa: prorſus in deſuetudinẽ abierunt. Et
enim ſi quæ cuiqꝫ obuia ſint: ea tantũ noſter ſermo recipi
at nulla magis: quã tabellionũ lingua vtemur. Ad Cice-
ronem vero: quod me reuocas: auctorem quidem latinæ
linguæ ſummũ: nec tamẽ ſolum: quæro quid aliis facias:
quorum teſtimonia: vim ſententiæ ſemper apud eruditiſ
ſimũ quẽqꝫ habuerunt. Quæro item: quid vni ſaltẽ Var
roni reſpondeas: qui quidem: ſicuti Ciceroni palmã con-
cedit ornandi cauſas: ita latine loquẽdi ſibi retinet. Quæ
ro etiã: an quaſi barbaros quoſdã reiicias: Liuiũ: Saluſti
um. Quintilianũ: Senecã: Plinium quoqꝫ vtrũqꝫ: Multos
alios præterea tot ſæculoꝝ ſuffragiis cõprobatos. Præſer
tim cũ diuerſiſſimi etiam quidã. dubiã fecerint palmã: ve
lut apud græcos Herodotus in hiſtoria: & Thucidides:
Apud nos aũt Liuius: & Saluſtius. quid ꝙ & Cicero diſſi-
milimus: Demoſthenis. Nihil enĩ adiici alteri. nihil alteri
detrahi poteſt. videlicet orationis illi ſuccus. alteri quidẽ
pene deeſt. alteri vero quaſi ſuperfluit. Cæterum cur hoc
ipſum verbũ Ferrumino. tanto cum riſu profertur? Cum
ſit propriũ. Simplex. nõ male ſonans: nõ obſoletum: quo
nec Plinius iqſe proprietatis adamator: nec Iuriſconſulti
abſtineant: qui vocabulorũ ſibi vim: iure quodã ſuo præ
ceteris vindicant. Eo ne igitur: quoniã ſemel: aut iterũ ſit
vſus Hermolaus merito aut contẽnitur: aut irredet̃? Mul
ta tu quidem: credo: ſcripſiſti: nõ multa adeo tamen edi-
diſti: quæ vulgo ferantur: Sed hiſtoriã certe cõponis: lon-

gum opinor opus:& arduũ:Quod ergo in te ſtatuis exẽ-
plum:ſine bonorũ quidem auctorũ vocibus vtemur tu-
to! Fateor tamen rationẽ habẽdam: vel materiæ: quã ſcri-
bas: vel perſonæ ad quã ſcribas: vel temporis in quo ſcri-
bas. Non enim idem Ciceronis actiones: & Apuleii Mile
ſias Fabellas decuerit: Alia enĩ quaſi lingua: qua ludimus
alia qua ſeria peragimus. Nec eodẽ ſermõe puerũ: quo do
ctũ hominẽ ad loquaris Nec rurſus eodem modo ad ami
cos quo ad ignotos: nec eodem ad principes: quo ad priua
tos ſcribas. Quare Cicero quoq; tuus: fortaſſe autẽ & me
us: ita ſibi diſſimilis aliquando deprehenditur: vt nõ om
nia perinde quæ ſcribit eiuſdem prorſus eſſe auctoris vi-
deantur. Sed te cẽſorem Scala facile ferimus: hominẽ tot
annos in litteris: nõ ſine gloria verſantẽ Male doctos quoſ
dam ferre item nõ poſſumus: qui tamẽ ipſi quoq; omnia
exigunt ad Ciceronis guſtum. Sæpe enĩ hoc vſu venit: &
quidem cũ magno meo interdũ vel riſu: vel ſtomacho: vt
illa ipſa in noſtris ſcriptis potiſſimũ reprehenderẽt: quæ
bonis: emendatiſq; Ciceronis exemplaribus reperirentur
cum tamen ipſi voces omnino barbaras pro Ciceronianis
vſurparent: quas videlicet excuſſores iſti nouorũ librorũ
Teutones peruerſiſſime aliquando affinxiſſent. Iam præ
ceptũ illud Cæſaris: quod obiici protinus ſolet: vt tanq̃
ſcopulum refugiamus, infrequens verbum: magis fortaſ-
ſe illo ſæculo valuerit: quo latine adhuc omnes loqueban
tur: quam noſtro. Iure enim tum poterat argui: qui parũ
contentus foret ætatis ſuæ vocabulis. Nunc autẽ vulgo
latinus ſermo neſcitur. Nec a nutricibus iam: ſed a magi-
ſtris diſcitur. Apud quos certe nulla magis haberi verba
& vſitata debent: & recepta: quã quæ de veteribus illis ma
gnorũ auctorũ theſauris proferantur. Hæc ego ad te libe
re quidem: ſed & amice ſcripſi mi Scala: nõ tam meipſum
videlicet afferens a riſu tuo: quo equidẽ nõ offendor. quã
Hermolaũ ipſum Barbarũ leniter defendens: hominẽ ſæ
culi noſtri erudituſſimum: deque litteris: & philoſophia:
dum vixit optime meritũ: licet autem mihi per te (vt opi

nor)quæ tua eſt in rebus oĩbus æquanimatas ſentire ali-
ud omnino in litteris: quã tu ſentias: dummodo nulla in
ter nos amoris: hoc nomine: beneuolentiæꝗ mutuæ ia-
ctura fiat. Vale. viii. Calen. Ianuarias. N. ccccLxxxxiii.

Angelus Politianus Bartholomeo Scalæ ſuo. S. D.

ITa reſpondebo ad epiſtolã tuam Scala doctiſſime:
qua mihi multa: ſed leuicula obiicis: vt iocer inter-
dum tecũ liberius: & cauiller: quod quoniã: & liberale eſt
& ad imitationẽ tui ſuſceptum a nobis: credo nõ ſuccenſe
bis. Ac primo q̃dem(quod vereris)ne te inter Ciceronia
nos numeremus ſuſpitione iſta falſa te libero. Nec eſt cur
Theodorũ deſideres ob id aliquem: tale nihil de te(crede
mihi)homines exiſtimant. Nec vero ego id vnq̃ dixi: nõ
ſum tam temerarius: nec audax: nec mẽdacia qui loquar
libenter. Nam quod Liuiũ modo: & Saluſtium probas.
Quintilinianũ Senecam. Plinios ambos reiicis: cauſa eſt
opinor quod ociũ tibi nondum fuit hiſtoriã ſcriptitanti
etiam horũ virtutes inſpicere. Sed & affectatam videri ti
bi orationem meã facile patior. quoniã dictãdis epiſtolis
ſcriba publicus aſſuetus probare eum ſtilum maxime de
bes: qui a vulgari conſuetudine minus abhorreat: Nec in
eo tu reprehendẽdus tamen: quoniã plerũꝗ ad indoctos
epiſtolæ iſtæ veſtræ mitti ſolent. Nos contra: qui iuuẽtu
ti veterũ ſcripta prælegimus: delectũ habere verborum:
ſententiarũꝗ didicimus. Nec ipſi nobis vt auribus indo
ctorum ſeruiremus eloquentiæ meliorẽ partem ſponte
abſcidimus. Hoc vos affectatum forte putatis: quo maie
ſtas quædã potius linguæ cõtinetur: & ſanctitas. Ex quo
Saluſtinm quoꝗ ipſum: quẽ iure mecum probaſti quidã
tamen vt affectata ſcribentem notiſſimo Epigrãmate in-
ceſſerunt. Iam quod minuta quæpiã: quæ ad ortographi
am potiſſimũ pertinent: adeo improbas. vt pene Tragæ
dias excites. Rogo te mi Scala: ne mihi inuidiã iſtam fa-
cias: nec ob id turbas cieri aut ſtudioſorũ digladiationes

miſceri : aut diſtorqueri bona ingenia clamites: ꝓpterea
quod Vergiliū ſcribere malo:q̃ Virgiliū. Non eim puto
ad Pileum ſeruos ideo voco:nō aduerſus optimates ar-
matam multitudinē cōcito: quin deierare tibi perſancte
poſſum:nūq̃ me ob eam cauſam:nec cū quopiā verba cō-
mutaſſe:nec in eo mihi aliquem repugnaſſe preter te vnū
Diu vero iſta qualiacūq; ſint: nō iuuentus modo noſtra:
ſed & doctores pleriq; pronis auribꝰ acceperūt:vt nec Lan
dinus ipſe præceptor olim meus:nūc aūt vtriuſq; noſtrū
collega:magnæ vir in litteris:& auctoritatis:& celebrita-
tis:aliter iam pronūciet:quā Vergiliū:Quod ſi tu Virgi
lium mauis: nō equidem clamo flagitiū te facere: Quid
enim mea id refert? Non te ſcilicet docendum ſuſcepi ſed
Florentinā iuuētutē. Cæterū de iſto quidem: quæ dicen-
da videbantur:abunde in Miſcellaneis expoſui ſimul iis
reſpondi obiter:qui modū ſtatuere noſtræ induſtriæ co-
nabantur. Ac me in crimen vocabant:quod ad hæc minu
ta:& vilia nō conniuerē: quaſi vero iſta me vel a linguæ
vtriuſq;:vel ab ipſius deniq; Philoſophiæ: cæterarūq; ar
tium bonarū profeſſione auocauerint. In quibus iā mul-
tos annos magno quidē cū labore:neſcio vero : an & cum
laude adhuc aliqua verſor. Nam quod me credidiſti Ver
gilium putaſſe auerendo deduci:riſi fateor:nō mediocri-
ter:quis.n.ad te iſta detulit:quæ ne cogitaui quidem Sed
audi ad cætera:de quibus adhuc nihil quicq̃ mandaui lit
teris:ne me nugis duntaxatꝰ iſtis cenſeri putes. Totiens &
quotiens defendis auctore Priſciano : ceu vero nō & ipſe
hoc ſemper affirmauerim:analogiam quidem poſtulare:
quoties:toties:ſicuti decies.& milies:Priſciano aūt aucto
re etiam.n.litterā in his duobus:vt in illo:multotiens in-
terponi. Nec vero negat Priſcianus: & ſine littera.n. vtrū
q; vſurpari. Sed &.n.ait interponi. Quoniā credo:q̄buſ-
dam rectius ita tum videbatur. Eſſe aūt hoc vitium: ſeræ
iam:& affectæ latinitatis:aduerbiū quoq; illud multoti-
ens teſtatur:quod arbitror apud idoneos:nō reperies. Il-
la vero ætas:& item paulo ſuperior:centiēs quoq;:& mil-

liens. Item viceſimus. Tricenſimus: interpoſita .n. littera vſurpabat: quod in Pandectis ipſis archetypis Iuſtiniani Principis: vt erratũ librarii ſemper inducitur. Iam intellego vt dicam. potius q̃ intelligo vetuſtis exẽplaribus adducor. p̄ſertĩ ſi nec grãmaticorũ repugnet auctoritas nec anologia. Sic enĩ ĩtellego videt̃. vt pellego. Tũ ab interlego formari ait hoc verbũ Priſcian⁹. r. l[=r]a ĩ. l. cõuerſa ſicut a perlego illud pellego. Rurſuſq; idem. quo loco .e. verti ait in .i. a lego affert diligo. De hoc aũt intelligo penitus tacet. Poſtremo alibi quoq;: & ĩtelligo inq̃t ĩtellexi quod antiq dicebãt interlego ĩtellexi. vides igitur vt interlego apud antiquos fuit: de quo verſa .r. littera in .l. poſt modo intellego ſit factũ. In aduleſcentẽ vero tetraſticho etiã luſiſti: verba. ſ. græca: latinis admiſcens: ne p̄didiſſe operã te credamus: quod homo ſenex: in græca ſchola ſedere cœperis ſub magiſtro. Catonẽ puto illũ Cẽſoriũ æmulatus. Et ſunt quidã tui familiares: qui latere cauillũ neſcio quod in calce dicant iſtius epygrãmatis: quod equidẽ: nec agnoſco: nec credo. Nam & tu homo prudens nõ temere ieceris in alterũ: quod in te facile reiiciatur. Et me adeo morũ nõ pœnitet: vt ſi turpicule: aut neq̃ter quippiã dixeris: p̄tinere id ad me nõ credam: verũ vt iocos tuos omittã. Si modo ibi iocus eſt vllus. Rogo te vnde expiſcatus adulãdi verbũ greco intellectu deduci a cauda: nulla pene inter ſe ſimilitudine: cũ tranſpoſitis potius litteris credatur ab adludendo. Sed adoleſcentẽ ſcribi negas oportere .u. littera. cũ adoleo dicamus. Quæro aũt ego nũc abs te: cur nõ inde adoltus: potius: q̃ adultus. Videlicet neſcit: quãta ſit harũ cognatio inter ſe litterarũ. Nec apud latinos modo ſed & apud græcos. Aut te illud ſaltẽ fugit nouiciam fuiſſe .o. litterã. Qua etiã aliquæ italiæ ciuitates caruerint: & eius loco .u. poſuerint: vt Thuſci noſtri: & vmbri. Quo noĩe in vetuſtis adhuc vrbis monumẽtis: & Sacerdus: pro ſacerdos: & epiſtulis pro epiſtolis: & nũgento: pro nõgento: multaq; item: ad id exẽplũ conſpiciũtur. Quæ tñ ego nõ oĩno ſequor. Sed cur nõ ſequar certa ratio eſt. At enim

aduleſcens: nõ modo in veteribus libris cũ littera.u. plerũ
qꝫ reperitur: ſed & tertiã quoqꝫ a fine producit ſyllabã: cõ
tra originis naturã: quod ille indicat verſus. At leuis ille
deus: cui ſemper aduleſcentũ. Sicuti apud Maronẽ Vpi⸗
lio. Sicuti forte apud antiquos omneis lucũdus. Nec pro
his tamẽ ego: vt pro aris. & focis pugno. Tantũ admoneo
leuiter ſtudioſos: quid obſeruẽ. Sæpe item (quod Cicero
ait) ſcientiã mihi reſeruo: vſum loquendi populo conce⸗
do. Cæterũ quod multa preterire te dicis in hoc genere:
ne lectoribus faſtidiũ parias: quæ ſunt quæſo iſta. q̃ præ⸗
teris? An Carthaginienſis: quod ego dicere malo: q̃ quod
vulgo ſoletis. Carthaginenſis. Quid aũt habetis præter
inueteratũ diu errorem: quod hic obiiciatis? Principio il
le ipſe Priſcianus: quẽ tu nobilẽ grãmaticũ vocas. Cartha
giniẽſem dici regula præcipit. Poſt hoc illius auctoritati
plurimũ videlicet addit Ennianus verſus: quẽ Tullius ci⸗
tat. Hoſtẽ qui feriet mihi erit Carthaginienſis. Si. n. Car⸗
thginenſis legatur metrũ (ſicuti vides) claudicauerit. Po
ſtremo libros quoqꝫ proferre poſſum. quando voles cõ⸗
plureis vetuſtiſſimos. Poſſum & Epigrãma citare: quod
in antiquo Marmore inciſum Romæ adhuc in Tranſti⸗
berina regione ſpectatur: quæ noſtræ obſeruationi ſub⸗
ſcribant. Sed venio iã ad Ferruminatorẽ: quẽ tu vitas (vt
vtar Flacci verbis) cane peius. & angui: quo ſi vtendũ nõ
eſt: propterea quod litterã habeat. r. geminatã: profecto
iſto exẽplo mi Scala: nec tu ferrũ militiam: nec agricolæ.
Terrã ſuã relinques: immo nec marrã. Nam tot errata il⸗
la tua verba (ſic. n. iocari libet) hoc eſt: q̃ habeãt. r. litterã
geminatã: nõ minus vtiqꝫ in vſu ſunt: q̃ q̃ mollia putas Ac
ſi audiẽdus mi Scala ſis: cogemur oẽs iã lallare pueriliter
& qđ ridẽdũ ſit: ad Alcibiadis labdaciſmũ cõfugere At ſi
ꝓprie vtare inqs: fortaſſe nõ pecces. Sed tm̃ ſi tranſferas.
Quaſi vero at hoc trãſlationi repugnet: aut nõ fere ſæpiꝰ
apud bonos quoqꝫ auctores verbũ hoc de ſuo in alienũ do
miciliũ imigrauerit Nã qđ ais neſcire te: qd noie ferrumi
nis vſurpet̃: eqdẽ ignoſco. Non eni fortaſſis euoluere grã
maticos nr̃os grecꝗ occupato licuit: a qbꝰ enarrat̃. ꝓ bituie

autem cur accipias nõ video: tum profiteor indicaturum
quid apud Liuium valeat: modo tu locũ oſtendas: vbi Li
uius vtatur. De Hermolao. tu quidẽ prudenter: quod ex
cuſas: inuidiam credo metuens. Sed redi quæſo mecũ in
memoriã: q̃ & tu eum ardenter ſuperioribus diebus accu
ſaueris: Et ego cõſtanter defenderim: Nec enim ob aliud
infamaſtis hoc ferrumenãdi verbum: q̃ quod illo eſt vſus
Hermolaus: Nam in meis certe adhuc ſcriptis nõ reperit̃.
Eſt & aliud quidam: quod me fateor in epiſtola tua valde
mirari. qui enim derogas plurimũ ſeculo huic: in quo vi-
uimus: parumq; putas eruditũ ſi cũ veteribus conferatur
idem tamẽ: ſæculi eiuſdem tantũ auctoritatibus mecum
pugnas. Sed & arrogãtes tenerarioſq; iudicas: qui ſua ſcri
pta publicent: ac propagari formis patiantur. Quaſi ve-
ro qui recte ſcribant: nõ eo pacto: pluribus etiam proſint.
Iſto vtantur conſilio tuo: qui miſeras chartas oblinũt: vt
eas videlicet: ꝑpetuis tenebris ſepeliant. Me vero: nec pu-
deat emendare ſequentibus ſcriptis ſi quid in prioribus:
quandoq; deliquerim. quo vibelicet. vt quidã inquit: &
ſcribendo proficiã: & proficiendo ſcribam. Nec enim mi
nor eo nomine: vel Hippocratis: vel Auguſtini: vel Ci-
ceronis eſt gloria: quod publicata diu a ſe quedam: nouis
ſubinde editionibus dãnauerunt. Sed video me longius:
dum pluribus epiſtolæ tuæ quaſi capitibus reſpõdeo Da
bis veniam (quæ tua eſt humanitas) non: loquacitati mo
do: ſed libertati quoq; meæ: quorũ alteri occaſionem tua
dedit epiſtola: ad alteram me inuitauit exemplũ. Videt̃
autẽ: neſcio quo pacto: decere amicos: vt in ſermonibus:
ita etiam in epiſtolis: quædã inter ſe: quaſi vellicatio: qua
ſolitos vti plurimũ Socraticos illos: emunctæ naris homi
nes: accepimus: vt videlicet in dicendo eruditionẽ: in au-
diendo patientiã experirentur Vale. Florentiæ.

¶ Angelus Politianus Bartholomeo Scalæ. ſuo. S. D.

SI tu edentulus mi Scala: tua tamen fuerat dentata
epiſtola ſenii equidē. Nam pene morſu me fregit
& pepercit illa tamen nō nihil: atq; ita mecū luſit: vt vrſa
interdum cū catello ſolet. Stultus ego: qui nō ſtatim vete-
rano. toties coronato ceſſi videlicet Tyrūculus adhuc. en
ſe leuis nudo. parmaq; inglorius alba Tu tamen Magnifi-
ce hoc. Sicut alia. qui ne dignū quidem me putes ira Nam
quod Hercules abs te vocor. nō mihi ob id placeo. Sic. n.
pigris canibus (vt inquit ille) nomen erit. Tigris Pardus.
Leo. Vincere. autem nō magis te potui: q̄ Herculē: ridicu
li apud Philoſtratū Pygmei. quos ille ōnes correptos: leo-
nis pelle inuoluit. Cæterū trinmphare de litteris: non eſt
meū. Quando enim mihi illæ hoſtes? Gotthorū laus iſta
& Hūnorū: & nō mea eſt. ſed & occupare præſtātiora qui
potui quæſo. qui quidē te cōtionante forſan adhuc in cu-
nis vagiebam? Poſtremo. ſi quē tibi honorē habui mi Sca
la: merito tuo me fateor habuiſſe. Si quid rurſus te pupu
gi per iocum: iam nūc quidem muto factum. Quod ve-
ro laudes in me tantas: ore pleno cōgeras: amor in cauſa.
Sed tamē hoc ita interpretor vnā mihi laudē hanc eſſe lau
dum oīm maximā: quod abs te merui laudari etiam falſo
Si quid eſt. quod agere præterea coram velis: nulla mora
in Politiano tuo. Vale.

Angelus Politianus Iacobo Modeſto Pratenſi ſuo. Sa-
lutem Dicit.

ROgaſti me ſæpius: vt tibi nomina colligerem vete
rum iuris conditorum: nō qui citentur ab aliis: Sed
quorum ſint ipſorū verba pro legibus in Iuſtiniani Prin
cipis digeſtis: quas & Pandectas appellamus. Ego vero
quoniam te longius diſtuli: q̄ fortaſſe ſingularis amor er
ga me tuus merebatur: ne ſine fœnuſculo mora iſta fuerit
etiam titulos. numerumq; librorū tibi perſcribam: de qui
bus quinquaginta digeſtorū volumina cōſarcinātur. Vo

Io. n. tibi hoc quoq; apponere quaſi condimentũ ſtudio-
rum tuorũ In quibus te multam ponere operã: multũq;
proficere: quod mihi ſæpe tui præceptores narrant: vni-
ce gaudeo. Nam cũ tu noſtris laribus a puero fueris innu-
tritus: probauerimq; ſemp ingeniũ. mores animũ. fideli-
tatemq; tuã: nihil abs te mihi pene ſeiunctũ puto laudeſq;
tuas perinde amplector vt meas. Sed vt ad rem redeã: Se-
37 iuris coditores ptem oĩno: & triginta fuere conditores iuris: quorum de
verbis Digeſtorũ leges velut centrones quidã conſuũtur
Et quorũdam ex his mentio eſt in titulo de origine iuris:
quẽ tibi nõ damus inſolutũ dpperra perpera quod eſt in ære tuo.
Vetuſtiſſimus aũt omniũ: ſicuti mihi videtur. Quintus
Mutius Sceuola eſt P. F. Põtifex maximus: Cuius apud
Ciceronẽ quoq; plurima mẽtio Hui' huc accerſſitur vnus
tantũ liber definitionũ: Gallus deinde Aquilius: qui Cice
ronem orantẽ iudex audiuit: & quẽ familiarẽ ſuũ Cicero
idem in Topicis appellat: Huius tantũ reſponſis irrigan-
tur digeſta. Labeonis vero eodem aſciſcũtur libri octo Pi
thanon: ideſt credibiliũ: ſeu veriſimiliũ: & item poſterio
rum decem. Fuit autẽ labeo quẽ vocat Horatius inſanũ:
de cuius ingenio: natura: ſtudiis: ac doctrina multa ſcri-
bit Gellius in atticis noctibus. Saluii quoq; Iuliani Dige-
ſtorum nonaginta libri: de ambiguitatibus vnus. Ad Mi
nutiũ ſex. Ad Vrſeium quatuor: Floruit hic Hadriani tẽ
poribus: & iudicanti fuit in conſilio: magnæ vir auctori-
tatis: auũculus etiã Didii Iuliani: deinde Principis Aduo
cantur & Neratii Priſci regularũ quindecim: membrana
rum ſeptem: reſponſionũ tres. Hunc ſibi putatur Traia-
nus amicorũ conſenſu ſucceſſorẽ deſtinaſſe: ſic vt ei dixe
rit aliquando: cõmendo tibi prouincias: ſi quid mihi fa-
tale contigerit: eundẽq; mox Hadrianus imperator habu
it in conſilio. Voluſius quoq; Mæcianus iuriſcõſultus eſt
habitus celeber: quo multũ eſt vſus Hadriãnns idẽ. Qui
q; docuit. M. Antoniũ. Principẽ cognomẽto philoſophũ
Veniũt huc igitur illius quoq; libri fideicõmiſſorũ ſede-
cim Publicorũ quatuordecim: ſed Metiani nomẽ in Mar

tianum deprauatur a librariis. Fuit.n. Martian⁹ ipſe quo
q; iuris auctor. a Didio Iuliano Principe iuſſus occidi qui
libros huc contulit inſtitutorū ſedecim. Regularū quinq;
De appellatiouibus duos. Publicorū duos. Item ſingula-
res: quos græci monobiblus: his titulis. De delatoribus.
Hypothecariæ Ad S.C. Turpilianū. Iulius quoq; Celſus
Hadriano fuit in conſilio: qui Digeſtorum libros vnde-
quadraginta cōpoſuit. Sed & Valens: qui fideicōmiſſoꝝ
ſeptem: Marcellus quoq;: qui digeſtorū ſcripſit vnum: &
triginta. Reſponſorū vnum: ſex ad leges: Item Iabolen⁹
Cuius acciti huc libri ſunt: ex caſſio quinq;: epiſtolarum
quatuordecim: Ad Plautiū quinq;. Claruit his tempori-
bus etiā Serbidius Sceuola: cui M. Antonius philoſoph⁹
operam dedit. ac deinde factus imperator. multū illo eſt
vſus. Hic & Seuerū docuit illum. qui ſibi poſt Pertinacē
magna virtute imperiū parauit. Docuit & Papinianū. de
quo mox dicemus. ſed Sceuolæ huius libri deducuntur
in Iuſtiniani Pandectas. Digeſtorū quadraginta. queſtio
num viginti. Reſpōſorū ſex. Regularū quatuor. de quæ
ſtione familiæ vnus. quæſtionū publice tractatarū vnus
Huius auditor (vt diximus) Papinianus libros ad Pāde-
ctas affert Quæſtionū triginta ſeptem. Reſponſionum
vndeuiginti. definitionū duos. de adulteriis vnū. Aedili
cium vnū. Hic habitus omniū eſt acutiſſimus: eumq; vo
cant hiſtoriæ iuris aſylū. doctrinæ legalis theſaurū. ſic vt
ab illo ſtudioſi legū: q profeciſſent, appellati Papianiſtæ
quādoq; fuerint: Amicus & Seuero principi: ſed a cōdiſci
pulatu: neq; nō affinis per ſecūdā vxorē. Succeſſor eidem
quoq; in adminiſtratione Fiſci: deniq; moriēs Seuer⁹ fili
os ſuos nō alii magis: q̄ papiniano cōmendauit. Erat autē
præfectus vrbi Papinianus: ac plus potens in aula q̄ vole
bat. Itaq; ſæpe deponere nocituram potentiā fruſtra co-
natus: tādem ab Antonio Caracalla Seueri filio militum
gladiis obiectus: & ſecuri percuſſus eſt: qđ excuſare parici
diū noluiſſet: Huius adſeſſores in præfectura Iulius Pau
lus: & Domitius Vlpianus: quos quidā ex veſtris græco
vocabulo Coryphæus appellant: quoniā quaſi verticem

legitimæ diſciplinæ cũ Papiniano tenuerunt. Feruntur
& Vlpiani libri ad edictum tres & octoginta. Ad Sabinũ
vero vnus: & quinquaginta: Ad leges viginti Pro tribuna
li decem. de officio proconſulis decem: Regularũ ſeptem
fidei cõmiſſorũ ſex: Opinionũ ſex. De adulteriis quinq;
de appellationibus quatuor: de officio conſulis tres. Inſti-
tutorũ duo: de cenſibus ſex: reſponſorũ duo: tum ſingu-
lares hi. Regularũ rurſus: de ſponſalibus: de officio præ-
fecti vigilum: de officio curatoris reipublicæ: de officio
p̄toris tutelaris. de officio q̄ſtioris. Sed quãuis tam multa
ſcripſerit Vlpianus. tamẽ Paulus aliquanto eſt (vt græce
dicam) polygraphoteros: eius enim numerantur hi libri.
Ad edictum octoginta. quæſtionũ viginti ſex Reſponſo
rum viginti tres. Breuiũ viginti tres. Ad Plautiũ duode-
uiginti. ad Sabinũ ſedecim: ad leges decem: regularum ſe-
ptem: ſententiarũ: vel factorum ſex. Sententiarũ iterum
quinq;: ad Vitelliũ quatuor: ad Neratium quatuor fidei
cõmiſſorũ tres: decretorum tres. de adulteriis tres. manua
lium tres. inſtitutorũ duo. de officio proconſulis duo. ad
legem Iuliam vel vt aliter lego. ad legẽ æliam duo. Item
ad legem æliam Sentiam tres. de iure Fiſci duo. Monobi
bloe aũt. Regularum rurſus. Regularum tertio de Pœnis
paganorũ: de pœnis militũ: de pœnis omniũ legũ: de vſu-
ris: de gradibus & affinibus: de iure Codicillorũ: de excu-
ſationib⁹ tutelarũ: Ad regulã Catonianã Ad S.C. Orfitia
num Ad S.C. Tertyllianũ. Ad S.C. Syllanianũ. Ad S.C.
Belleianũ. Ad S.C. Libonianũ ſeu Claudianũ De officio
vigiliũ de officio p̄fecti vrbis: de officio p̄toris tutelari: de
extraordinariis criminib⁹ Hypothecaria. Ad municipalẽ
de publicis iudiciis: de inofficioſo teſtamẽto: de ſepteuira
libus iudiciis: de iure ſingulari: de ſecũdis tabulis. Ad ora
tionem diui Seueri: Ad orationẽ diui Marci: Ad legẽ vel-
leam: Ad legem cinciam. Ad legẽ falcidiã: de tacito fidei
commiſſo: de portionibus: quæ liberis dãnatorum conce
duntur: de iuris & facti ignorantia: de adulteriis: de inſtru
cto: & inſtrumento: de appellationibus: de iure libellorũ:

de teſtamẽtis: de iure patronatus: quod ex lege iulia: & Pa
pia venit: de actionibus: de concurrentibus actionibus: de
interceſſionibus fœminarũ. de donationibus inter virum
& vxorem: de legibus: de legitimis hereditatibus de liber
tatibus dandis. De ſenatu cõſultis. Fuere autem Paulus:
& Vlpianus præfecti ambo. Sed quidam factos ab Alexã
dro dicunt. Quidã vero ab Hieliogabalo: qui tamẽ Vl-
pianũ remouit: vt virum bonũ: cæterũ Alexander vtrũq;
magno in honore habuit: Maxime aũt Vlpianum qui cõ
ſiliarius ei quoq; fuit. Et ſcrinii magiſter Nec vnq̃ ad eum
ſolus admiſſus quiſq̃ eſt: niſi p̃fectus: atq; Vlpianus. Tum
ſi quando alter adhibitus: ſemp tamen Vlpianus rogari
iubebatur. Sabinus autem ille: ad quem libros Vlpianus
ſcripſit. puto etiam: ad quẽ Paulus: & Põponius: vir fuit
inſignis: & conſularis: ab Heliogabalo iuſſus occidi cuius
filius etiam Fabius Sabinus. Alexandro fuit gratiſſimus
& Cato ſui temporis dictus eſt. Neſcio autẽ: an hic filius
idem ſit Sabinus: qui cõſularis: ac præfectus vrbi per tu-
multũ fuſti percuſſus in populo: & occiſus. atq; in publi-
co derelictus fuerit. De illo quoq; ambigit̃: vter nc de iu-
re ſcripſerit: filius an pater. Scripſit vero Iuris ciuilis tres
Ex proculi ſingulare: ſed & epiſtolarũ libros octo. Põpo-
nii quoq; collati ſunt eodem libri. ſ. ad Quintũ Mutium:
lectionũ vndequadraginta. Ad Sabinũ quinq; & triginta
epiſtolarũ viginti. variarũ lectionũ quindecim. Ad Plau
tium ſeptem. Fideicõmiſſorum quinq;: ſenatuſconſulto
rum quinq;. Regularũ vnus: Enchiridii duo. Caium ve-
ro citat & Boethius in Ciceronis Topicon cõmẽtariis: hu
ius huc adhibiti ſunt. Ad edictum prouincialẽ libri duo
& triginta. Ad leges quindecim. Ad edictũ publicũ quin
decim: qui ſoli tum reperti fuerunt. Aureorũ ſeptem. Do
decadelti: hoc eſt duodecim: tabularum ſex. Inſtitutionũ
tres: de manumiſſionibus tres. fideicõmiſſorum duo. de
caſibus vnus. regularũ vnus. Dotaliciorum vnus. Hypo-
thecariæ vnus. ſumpſerunt hauſtus. qui Tribunianũ iu-
uerunt: ex Venulei quoq; ſtipulationũ libris vndeuiginti

Actionũ decem de officio Procõſulis quatuor: de pœnis
paganorũ vno. Publicorũ tribus: de interdictis ſex. Item
ex Mauriciani ad leges ſex: ex Terentii Clemẽtis ad leges
viginti: ex Africani q̃ſtionũ nouem ex Florentini inſtitu
torũ duodecim: ex Tertylliani de caſtrenſi peculio vno:
ex Iuſti conſtitutionũ viginti: ex Tryphoniani diſputa-
tionũ libris vno & viginti. ex Calliſtrati de cognitionibꝰ
ſex: edictorũ monitoriorũ ſex: de iure Fiſci quatuor: in-
ſtitutorũ tribus: quæſtionũ tribus ex Menãdri militariũ
quatuor. ex modeſtini reſpõſorũ vndeuiginti. Pandectæ
duodecim. Regularũ decem. Differentiarũ nouem. excu
ſationũ ſex. De pœnis quatuor. Item ex eiuſdẽ Monobi-
blis: de p̃ſcriptionibus: de inofficioſo teſtamento: de ma
numiſſionibus: de legaris: & fidei cõmiſſis: de teſtamẽtis:
de Eurematicis. de enucleatis caſibus: de differentia dotis
de ritu nuptiarũ: Ex Tarrũtii Paterni militiarũ quatuor:
ex Macri militariũ duobus Publicorũ, duobus de officio
præſidis duobus. Icoſton ſeu verius Icaſtõ duobus. de ap
pellationibus duobus. ex Arcadii de teſtibus vno. Ex Ru
fini Regularũ duodecim. Ex Anthi ſiue Publii Eurii An
thiani partis edicti quinq; libris. ex Maximi ad legem fal
cidiam: ex Hermogeniani epitomarũ ſex libris. Hæc eſt
deniq; tam iuris conditorũ. qui ſymbolam dederunt. q̃ li
brorũ quoq;: & titulorum: quibus veſtræ Pandectæ ſe de
bent exactior nomenclatura. Nam cæteri: nõ intexuntur
ſed tantum citantur: quidam tamen in Codicibus depra-
uatis: q̃uis omnino ĩmunes: munificibus tamen adnume
rantur. Tituli præterea nõnulli: ſicuti de excuſationibus
pene integri græce ſunt editi: quos indoctus aliq̃s (vt ap-
parer) in latinũ trãſtulit. Sed & hæc (vt opinor) & alia ple
raq; noſtras aliquando vigilias deſiderant: quas vtiq; nos
(modo vita ſuppetat: ac modo paululum quid ocii cõtin
gat) nimium q̃ libenter tribuemus: ſed prius tamen philo
ſophiæ ſatiſfaciendum: cui nũc totos (vt ſcis) penituſq;
nos tradidimus. Erit opus omnino Bartholomæi Sozi-

ni ſenenſis doctoris excellentis: immo vero plane ſingularis opera nobis: & conſilio: quē equidem Papinianū alterū videor audacter poſſe appellare ſæculo noſtro. Vale.

Angelus Politianus Philippo Beroaldo ſuo. Salutem Dicit.

CErtiorem me per litteras iam diu multi fecerūt: veniſſe iſtuc ad vos quēdam: qui noſtras adnotatiōes venditet: in Statii ſiluulas: eaſq; ſe iactet: ex noſtris autographis deſcripſiſſe. Puto eſſe autem: non quas me prælegente: ſtudioſi exceperunt: ſed quas ego adoleſcens: viuēte adhuc Domitio: marginibus domeſtici codicis adſcripſeram: videlicet offenſus iam tum: quod multa ille parū perſpecte prodidiſſet: quæ fere omnes tamen quaſi cœlitus demiſſa mirabantur. Quare viſum eſt adnotationes iſtas: qualeſcunq; ſint: his ad te litteris: quaſi quibuſdam caractertibus inſignire: ne vel aliena forte mihi tribuātur: vel propria ſubripiantur. Scribere autem ad te potiſſimū libuit: vt maior in teſte foret auctoritas: præſertim quoniam vulgari iſta primū Bononiæ cœpta ſunt Qua tu in ciuitate iure diu principem locum tenes: inter noſtri ordinis profeſſores.

Ergo in ep̄la prima negamus a Vergilio Culicis paſtoris defleri mortem: quod Domitius credidit: Nec probam⁹ quod ille de Hymnis Homericis dubitauit.

In equo maximo. Dacum attonitum: & iturū caſtris Catonem: ſecus atq; idem accipimus. Pelleaſq; ceras legimus nō Apelleas: quas & Liſippo tribuimus. noctem deſignari dicimus per tempus: quo ſuperis terrena placent. Nec mitis apud nos Tonans: immo Taras: quo Neptuni ſtatua innuitnr: cuius apud Nonīu Lucilius: cuius: vt omittam græcos: etiam Plinins meminit Lætus quoq; huic dono: nō lætius: ipſi legimus:

At in violentilla: vocalis vmbra ritum ſpectare illum no
bis nuptiarũ videtur: de quo in Problematis Plutarchus:
ſed & quæ dulcis imago proſiluit: ad ſpeculũ: potius per-
tinet Nec illud. Tam Tybridis: ſed magis iam Thybridis
arces admittimus. Vt & falſus huic primas: nõ aũt falſas
Nam Minora corona: quæ ſit alia: q̃ Ariadnes? Tum nec
apud Statium Chiron (q̃q̃ hoc tamen alicubi legitur) pa-
tet Thetidis eſt accipiendus.
In Thyburtina quoq; villa: Pulchre de leone dictum illud
aſpexit. quod torua beluæ frons: torui oculi: nec talis hy-
ems tectis. Epiphonema. Nec vbi de Chalcidos fluctibus
menſio fit: res mirandæ in comparationem: Sed fretorũ
anguſtiæ vocantur. Reprehendimus & illud vt admo-
dum frigidum: quod de amne ridente: deque Nymphis
exiſtimat anhelantibus: nec probamus. Aniene in fonte:
ſed anien: & fonte: Proq; Tiburno Tiberiũ recipimus: ex
ploſis locorũ geniis. Tũ quod ille ſibi algẽtia vindicat: ip
ſi publicum diu probamus. Conquerimur & quod apud
eundem: pro lucrinis domibus: Laciniæ ſint: nullo ido-
neo ſenſu: contra exemplariũ fidem: reclamantibus & ſyl
labis duabus. ſed nec maiorem lyram trahi per vim pati-
mur ad Virgilium.
Diſſentimus & Gallici ſoteriis vt in illo licet Enthea vatis
Item in illo hinc alti gaudens Nec vero Galiciæ ſyllabam
reformidamus proſtebum tamen affirmamus loqui: nõ
Aeſculapium.
Sed enim Ethruſci balneo: primum illud ita legimus. Tu
quoq; muta feræ: volucer Tegere ſonore: quo mercurius
Teſtudoq; monſtratur: nec auertite pro exuite: ſed aduer
tite volumus. & quod ibidem maxime deprauatũ nos ita
corrigimus. Vix locus eurotæ viridis cum regula longo
Sinada diſtinctu variat. Huc illud etiam pertinet: non lu-
mina ceſſant: quo excitari oculos colorum varietatibus
oſtenditur. Nec pro vaſis labra: ſed pro ſũmis accipimus
aut vaſorum partibus: aut fiſtularum.
In Kalendis Decembribus: latere palmam putamus: pre

magnitudine ipſa dactylorũ deridemus & Hæmũ: & ſpaſ
ſionem: quod tamẽ & Merula refellit.

In glaucia: lectionẽ pluribus locis improbamus: vt Atqꝫ
ipſos reuocabat ad oſcula poſtes: & turba cataſtæ: ſed & il
lud: atlegiſſe iuuat. Deniqꝫ parabolen quoqꝫ ſuccisi Papa
ueris: nõ a Vergilio tantũ: ſed ab Homero vſqꝫ repetimꝰ.

In Polii villa: miramur plane tantũ de Prætoriis eſſe ſi-
lentium: ſed & per Epexegeſin: legimus illud. Aſpicit: &
Phœbi tenerũ iubar.

In arbore Attedii: credimus eſt Cacozelon: vt æſtuare ad
fulmen redigatur.

In Pſitacho querulæ iam ſponte foresvidentẽ quoniã qui
dem q̃rulæ antea quoqꝫ: ſed nõ ſponte. quia brutorũ vo-
ces: etiã interdũ q̃rulæ dicantur. Nec vero agnoſcimus: il
lam de Bleſci pueri obitu cõſolationẽ Sed & in Leone mã
ſueto: nouũ pudorẽ: nõ vt Domitius interpretamur. im-
mo aũt nec omnino fleuiſſe Ceſarem ſuſpicamur.

In Lucani Genethliachõ: duos ita verſiculos corruptos in
tegramus. & ſi qua patet: aut diem recepit: ſertis mollibus
expleatur vmbra. Nec aliam p̃ter Argo ariolamur pup-
pem temerariã Mineruæ. De Nerone quoqꝫ: de Orpheo
de Vrbis incendio: de Pollæ laudibꝰ diuerſa ſentimus ab
ipſo. Nec penetraſti legimus in epiſtola ad Polliũ. Sed pe
netrali. Porro in Hercule ſurrẽtino falſo ludi actiaci pro
pythiis accipiũtur: Falſo item illud de Parthenope riden
te. Parua ſuæ ſimulacra coronæ. Verbum quoqꝫ degene
rauit in ſuũ locũ reſtituimus: in quem ſcilicet illud ſubie-
rat dedignatur.

Etenĩ in propẽtico. pro Thebaide poſuit Domitius achil
leida. Sed & in Ethruſci lachrymis. male illud. Aeternaſ-
qꝫ vltro ſacrauimus vmbras Et item illud præcipuos: ſed
enim merito ſurrexit in arcus.

In Earmi coma. Puer Sangarius nobis. haud dubie gany
medes eſt. Nec cõcuſſum vulnere torpẽs. ipſi legimus. im
mo corpus. ſicuti crinis apud nos. qui eſt apud illũ vertex
In Ecloga ad vxorẽ leuicula mutatio hæc. etenĩ tua ꝑ illo

eſt mens tua.totum pene poetæ cõfundit intellectũ.
Non approbo Lechias.neqꝫ eni ſyllabæ ferunt.invia Do
mitiana.nec item cœnũ populeum. Verſiculũ quoqꝫ illũ
Sed grates ago ſtrictus.atqꝫ tanti eſt.Sic equidẽ in exẽpla-
ribus inuenio.Sed grates ago.ſeruituſqꝫ tanti eſt.
Damno & lutras.in Lyrico ad Septimiũ. Nec qni Libyã
doceant.ſed qui deceant defendo.
In Epitrapezio.nos hoc ſpatiũ.quod ille.an ſpatio.Hos
infra ſtet menſura pedẽ.quod ille pedũ. Nam illud Aut
eleæ lucis ipſo refellitur ſyllabarum vitio. Sed & Torani
alumnũ confinxit.ipſe ſibi.pro Timaui.
Recuſat:& in Saturnalibus ad Grippũ.Cereos arẽtes: hẽ
decaſyllabi ratio. Verſiculus quoqꝫ ille ſic domi noſtræ
nil mutas:Sed idem mihi rependis.Iam genetrix Sipilea
In Abaſcantio:nõ Domiti fuit emendatio:Sed publica
omniũ diu lectio.Quod tamen attulit ipſe:iam laceras:
& quæ ſequũtur:Quodqꝫ Meropen vocauit eam:que ſit
Aerope:propriũ fuit ipſius.Sicut humeri iubati:ꝑ for-
tibus:nõ quod verius:pro puerilibus.Illud quoqꝫ ſic ip-
ſe reſtituo:quod cupis ipſe iuberi:Da Capitolinis:& cæ-
tera.In Protreptico ad Criſpinũ:reſpuo Nemeã Reſpuo
Nubigenas illos cõmenticios clypeos:cũ Tyronibus:&
quo loco tributa ibi ſunt:ego Thoraca repono.
Multa in Epicedio quoqꝫ patris:aliter apud nos:vt vatẽ:
& nil dulce ſonãtẽ:vt Phrygius ſilex:q mihi Niobã ſigni
ficat:nõ Hecubã:vt quod menſis vocabulum putat ipſe:
nos participiũ.Legit ibidem.Qualis & ille dies:at ego q̃
tuus ille dies.Nec vmbram phylaceida:Proteſilaum:ſed
Alceſtim credere malo.
Certe in carmine adſõnũ:nõ ab Aethõte:ſed ab Oeta de
duco oeteos.Multa in Epicedio quoqꝫ pueri:vel notaui:
vel emẽdaui:Puta illud:quis error.quẽ luimus tãtis mœ
roribus:ecce lacertis.Et illud.Nimirũ cũ veſtra dom⁹.&
q̃ multa parũ coherẽter interciſa ſupplet:& ipſũ ſimii vo
cabulũ:quod ibi nuſq̃.Præterea:nitãtes:nihili vocẽ.Sed
nec a Iuuenale Statiũ taxari,quaſi circulatorẽ crediderĩ.


Fere autē ſunt hactenus: q̄ notauimus aduleſcentes: in li/
bri noſtri margine: quibus iſte: nos homo nimiū familia
ris circūduxit. Sed tñ his(vt arbitror) lōge ſunt: & plura
& meliora: q̄ quartodecimo fere abhinc anno: nobis eaſ/
dem publice ſiluulas enarrātibus excepta ſunt. In q̄ ſe diu
iam caſu incidiſſe vir admodū litteratus Tydeus Acciari
nus: quo Cōſentiæ tēpore profitebatur elegāti nobis epi
ſtola ſignificauit. Nactus aūt fuerat: vt mihi poſtea renū
tiatū eſt: q̄ Franciſcus Puccius Florentinus collegiſſet: au
ditor ille quidē noſter olim: dein vero in eadē ſchola etiā
profeſſor: qui Neapoli nūc agitat: magna cū laude: doctꝰ
vtraꝙ lingua iuuenis: nec abſurdo ingenio: ſiue tu proſā
condere: ſiue carmē iubeas. Itaꝙ nihil inſtitor iſte veſter:
aut magnū circūfert: aut nouū. Sed vides vt notaui locos:
nō explicaui. Sane quoniā Cōmentarios nō faciebā: Sed
epiſtolam: quæ meo quaſi pecori notas inureret. Mox: vt
ſpero: cōmentarios quoꝙ in eaſdem ſiluas publicaturus:
breuiſſimos illos quidē. Sed tamen prorſus(vt Plautinū
verbum pene amiſſum reuocetur) amuſitatos. Tu interī
(Quæ tua erga me beneuolentia eſt) vbi res tulerit: impo
nas(quæſo) plagiariis pudorē. Vale. Florētiæ. kal. Apri.
M.cccclxxxxiiii.

¶Angelus Politianus Philippo Beroaldo ſuo. S. D.

Adeo teſtibus nō indiget amor erga me tuus: & ſtu
diorū ſimilitudine conciliatus: & multis robora/
tus officiis: vt qui Bononia Florētiā veniūt: ſtatim quaſi
ſolēniter: quo mihi ſe magis approbent in tua cohorte ſe
numerent. Vellē tamen vt laudare me tam vere poſſes: q̄
plene ſoles: q̄q̄ hoc ipſum laudari abs te: laus eſt (vt mihi
quidem videtur) nō ampla modo: ſed & vera. Lætor aūt
placuiſſe tibi: quæ ad Merulā ſcripſerim. qui vtinā nobis
ereptus tam ſubito nō fuiſſet. Exegiſſemus ad obruſſam
quicqd ille vnq̄ litteris mādauerat. Ac puto(quod cū mo
deſtia dictū ſit) perierat Merula. niſi periſſet. Nūc cineres
& oſſa pſequi nō libet. ne ſi liceat qdē. Nec eſt qđ vlla expe

ctemus illius ſcripta. quaſi poſthuma Coruos deluſit hiã
teis. nam nec Centuriæ vſq̃. nec Plautinæ quæſtiones cõ
parent. Ita lepidus homo poſteris impoſuit. Dignus om
nino tamen. quẽ profeſſores nõ contẽneremus. niſi pro-
feſſores ipſe omneis cõtẽpſiſſet. quod porro ad notas at-
tinet. quas nobis neceſſitas quædã. pene retentantibus ex
torſit. ſatis mecũ præclare agetur. ſi pueritiam ſapere. nõ
etiam puerilitatẽ videbuntur. Vale. Florentiæ. viiii. Kal.
Maias. M. cccclxxxxiiii.

¶ Angelus Politianus Franciſco Puccio ſuo. S. D.

INcredibili me voluptate tuæ litteræ affecerũt Non
tam credo quod noſtra Miſcellanea laudant: (q̃q̃ id
etiam) q̃ quod apud me: qui tibi olim præceptor obtige-
rim: ſingularem quandã vel eruditionẽ: vel eloquentiam
tuam profitentur: vt enĩ agricola vehementer exultat vbi

generoſos fætus ex arbore ipſa legit: quã ſuis quõdã ma-
nibus conſueuerat: ac diu multa cura produxerat. Ita nos
magnopere delectatos illa epiſtola tua ſcias: q̃ mirificos
iſtius ingenii noſtra opera culti nobis fructus exhibuerit
Audieram quidẽ ſæpe antea quoq;: nec ſine ingenti meo
quidẽ gaudio: te Neapoli docere iuuentutem magna cele
britate: magna gloria. Sed hæc tua nũc tamẽ epiſtola pla-
ne declarauit nõ abeſſe a Neapolitanis: quibus ita placeas
iudiciũ illud antiquũ ſtudiorũ: quæ ſibi olim ſedẽ apud
ipſos propriã: quaſiq; certum domiciliũ. delegiſſent. Eſt
enĩ ſtilus eius epiſtolæ: cum (quod ego in primis exigere
ſoleo) latinus: & caſtus: tum vero elegantẽ quandã præſe
indolem ferens: elaboratus: inlaboratoq; ſimilis: hoc eſt:
ita latanter: ita diſſimulanter cultus: vt in eo ſe forma: nõ
cultus oſtentent. Facilis idem: profluens: numeroſus non
anxie: nõ moleſte diligens: magiſq; ſimilis negligenti: ſed
ita tamen: vt plus eo quoq; pacto veneris habeat. qualis.
Appelleis eſt color in tabulis. Quid igitur mirũ: ſi meũ
quoq; ſicuti Latonæ tacitũ pertentant gaudia pectus: cũ

tales prodiiſſe diſcipulos e noſtris vmbraculis video: qua
les ego fortaſſe iam: nec magiſtros aſperner. Non enī pro-
pterea: quod tibi ego tunc magiſter: ideo nūc qnoqꝫ te do
ctior. Nam. & qui me docuerunt: ipſi deinde aliquoties:
in noſtra ſchola: cum cæteris diſcētibus deſederūt. Vices
ita rerum ſunt: & quidem pulcherrimæ. Nec mihi certe
quicq̃ gratiꝰ: q̃ diſcipulos emittere: me quoqꝫ ipſo doctio
res. Præſertim ſi grati: ſi memores: ſi nō in præceptorem
quoqꝫ ipſum: ſicut in parentem equulei recalcitrent. Sed
& de verſiculis mi Pucci tuis quid dicā? quā noua ibi mul
ta: q̃ imo antiqua: quod filum: qui color: qui cultus: quæ
illecebræ: quæ mollitia: quæ quaſi teneritudo: q̃ ibi mul-
tas figuras. q̃ multa liniamenta Græci Callimachi: neſcio
equidem an data opera: ſed expreſſiſti. Nam quod in his
quoqꝫ me laudas: & triplici eloquio ſuccingis: ac ne liuori
quidem ius eſſe in nos vllum dicis: ſiue ita tu credas: ſiue
tanq̃ Poeta fingas: omnino tamē ago gratias: quoniā hoc
ipſum cōtigiſſe mihi vt a docto hoīe: quāuis falſo lauder
ingens profecto laus eſt: atqꝫ ob id vera. Sed illud opinor
tu quidem iocans: quod quaſi magnam quādam expoſtu
las iniuriam: quia q̃ prius in ſchola docui: nūc & in Miſcel
laneis peruulgaui. Quid autem hoc tua. Nūquid adhuc
dictatis indiges: qui per te numeros implere omneis: ac iā
præſcribere cæteris potes. Quin imitare tu quoqꝫ Leonū
catulos quibus cū ſatis dentes: vngueſqꝫ creuerūt: aſperna
ti matris vbera: prædam ſibi ipſi procul in ſiluis captant.
ſed verſari cū Baccio vgolino te dicis. eiqꝫ librū noſtrum
voluptati fuiſſe. Cū Baccio tu igitur meo verſaris Pucci?
Cū Baccio iocos agitas: & ſeria pene dixi (quod nefas) in
uideo. Sed quis nō tibi eius hominis inuideat conſuetudi
nem quo nemo blādior: humanior: ſuauior? Deierē equi
dem nihil me illo vidiſſe amabilius nihil etiam tamē amā
tius. Itaqꝫ conſecutus mihi: quod nemo fere vnq̃ videtur:
vt ſit omnibus carus: omnibus iucundus Amatur a princi
pibus. Sed ſine aulicorū obtrectatione celebratur a doctis
ſed ſine æmulorū offenſione. Cū cæteris ita viuit: vt om-

,, nium exæquo beneuolentiam colligat ordinũ tamen di-
,, ſcrimina nõ confundat. Quanta aũt illi prudentia: quãta
,, fides: quanta rebus maximis adminiſtrandis animi altitu-
,, do: quæ vis: quæ facundia: quæ acrimonia. Quantũ de-
,, inde amoris: officii: ſedulitatis: diligentiæ: quæ porro in
,, coniũctu comitas: facilitas: ſimplicitas: q̃ vbiqꝫ candidus:
,, facetus: ingenioſus: q̃ etiam eruditus: ac litteratus. Quid
,, poſtremo carminibus illis: ſiue quæ ad citharan canit ex
,, tempore: ſiue quæ per ociũ cõponit dulcius: mundius: li-
,, matius. venuſtius. Sed quid ego longius euagor. Eruere
tu quantum potes. meam: tuamqꝫ vicem. Baccio meo.
Fruere baccio: meis ſeriis: meiſqꝫ deliciis. Atqꝫ adeo non
tantum meis. quam omnium potius. quicunqꝫ ſaltem
modo habent aliquem. Date vero operam (quo deſideri-
um veſtri lenius feram) crebris vt inter vos de me ſermo-
nibus ſæpiſſime mihi (quod dici ſolet) aures circũſonent
De fraterculo gigantis: quid mirũ ſi tu eadem prodidiſti
ferme abhinc bienniũ: quæ nos abhinc ferme quadrienni-
um? Nonne etiam catuli ſæpe duo leporis eiuſdem cubile
deprehendũt: ſi forte iiſdem vterqꝫ veſtigiis. inſtiterunt.
Cacoethes vero nõ vlcus modo: ſed & lenta quædã febris
eſt in definitionibus apud Galienũ: quod & nos alibi retu
limus in litteras. Vtroqꝫ tamen apud Iuuenalẽ conſuetu-
do mala ſignificatur. Cæterum quid hoc eſt: quod tu tam
timide: & diffidenter: tam lente: tã ſuſpitioſe. tam cautim
tam quaſi pedetentim nos adis? An vereris ne me iſtis of-
fendas: quaſi vero nõ laudes tuæ redundent in nos: ſicut
in te noſtræ: quaſiqꝫ neſcias me meorum familiariũ laudi-
bus plus aliquanto fauere: q̃ propriis. Ego te profecto in
conſortiũ laudũ mearum (Si modo meæ ſunt aliquæ lau
des) adeo nõ grauato admiſerim: vt hanc potius mihi lau
dem vnã putem laudum omniũ maximã: quod eas tu nõ
aſpernaris. De copiæ cornu: Miſcellaneiſqꝫ noſtris (q̃q̃ amo
re labi tu quoqꝫ potes) a te tamen (vt verũ fatear) nõ ma-
gnopere diſſentio. Verũtamen illud interim memini. Si-
miam quoqꝫ ipſam: q̃ turpiſſima beſtia vocatur ab Ennio

credere tamē ſuos catulos eſſe oīm formoſiſſimos. Vale:

¶Angelus Politianus Auguſtino Mapheo ſuo. S. D.

QVāto tu erga me liberalior: & hūanior: tm̄ me abs te maiori affici iniuria puto videlicet qđ inhumanus habeor. cū tecū cōferor Accepiſti me Romæ ſuperiori eſtate domi tuæ: mihiq; ꝑbenigne libros veteres: aliaq; monimēta. qbus tu abūdas: ipſe delector: oſtendiſti Rem tibi ego tn̄ puſillā: facileq; roganti: nō tribui. Quis me feratioēs te docti colūt. hoīem doctū: doctiſq; fauentē. Solus ego ſi nō cōtēpſi: certe ſuſpitionē dedi: quaſi cōtēpſerī Quid agā? Culpā ne cōferā in occupationes? Sed q̄ tantæ potuerūt occupationes efficere ne codicē mitterē: quē domi habeā? Oblitū ne me dicā? Sed obliuiſci nec potui: nec debui: qđ tu tantoꝑe a nobis hō tantæ dignitatis: tātæ auctoritatis: & grāæ: tā bene de nobis meritus petiiſſes. Si factū negligētia dixero: erit hæc ipſa negligētia vix expiabilis. Quid igit? Nēpe id: qđ res ē. Putabā cottidie cras miſſurū. Cras tn̄ videre adhuc nō potui. Deniq; ſic cogitabā. Sciet Auguſtin⁹ eo plus eſſe apud me fiduciæ: quo ſit minus officii. Plus amari porro fiducia: q̄ officiū debet. ergo quo plus ceſſabimus: plus ille nos amabit. Nec vero rōcinatio fefellit. Tantum. abeſt: vt te offenderimus. vt honoris etiā noſtri cauſa deſcribi ꝑtinus egregiis & notis. & paginis Herodianū curaueris. epiſtolāq; cōpoſueris ornatiſſmā noſtris refertā laudibus. Ac ne qd abeſſet etiā grāmaticū vetuſtū. nec adhuc ꝑuulgatū. quē cōmodari tm̄ volebā dono dediſti. Sic ergo meū conſiliū. ſi nō ſapiēs fuit at certe felix Sed cur nō eſt ſapiēs. cū bene coniectauerī. prorſuſq; diuinauerī? Quod Herodianū laudas. grātū eſt. nec. n. pluris apud me munera illa pōtificia. q̄ ſuffragiū hoc tuū Licet igitur hūc ego librū. pene ex tempore latinum fecerim: tamen quoniā tu negligentiæ meæ ſubſcribis. ego quoq; iam poſt hac ita illi fauebo: ceu ſi nihil īduſtriæ defuerit. Exemplum certe. quod miſiſti. libens emendabo.

Tum epiſtolā ſeruabo tuā diligenter. vt ex occaſione cō-tra obtrectatores proferatur. In qua cū ſint oīa laudanda niſi quod nimiū me laudat. qui tamen ibi prius laudē nō inuenio. Fortaſſe vero laus eius nulla prior. ꝙ quod aīata. & ſpirans. citra lectoris operam. per ſe ipſa pene videtur loqui. Vale.

Angelus Politianus Ioanni Franciſco Benedicto. S.D.

NOn minus gratæ mihi tuæ litteræ: ꝙ ſi tu diu not9. Idem quippe in amicis: quod in pecunia: Iucūdius multo parantur: ꝙ habētur De Miſcellaneis credo equidē tibi ita videri: vt ſcribis. fortaſſe aliter videbit: cū in amoris locum cenſura ſubierit. Hoc: & Merulæ fortaſſe vſu venit. Olim nos cū primis amabat: Nunc (vt ais) accuſationes quoqꝫ parturit: nō liuore credo: Sed iudicio. Cupio ꝙ primū clamet: Iuno lucina fer opē. Ac ſi opus fuerit: ego met quoqꝫ obſtetrix accurrā. Prælectionē vero qua diſciplinas omneis aut diuidimus: aut partimur: admirari tū deſines: cum te ad Picū conuerteris. Cuius vno in pectore ſeſe diſciplinæ illæ omnes. tantæ tamqꝫ multiplices explicarunt. Nam quod vtriuſqꝫ ambias amicitiā. cauſa nō eſt. vt pote iam nūc vtriqꝫ cariſſimus. vtriqꝫ intimus Non enī aliter amicos. ꝙ in cōmune paramus. Vale.

Angelus Politianus Iacobo Antiquario ſuo. S. D.

IN calce epiſtolæ cuiuſdā: quā tu ad Marſiliū noſtrū Ficinū ſcribis: mei: Piciqꝫ mentionē faciens: oculos nos huius ſæculi appellas Gauiſus fateor opinione tua ſū delectatus teſtimonio: prope etiam elatus laudatore Antiquario: præſertim apud Ficinū illum: mortui pene Platonis Aeſculapium. Sed vt in me deſcendi nihil omnino reperi: quod iſtis laudibus reſponderet. Cōuerti ego ad Picum: partemqꝫ illam meā laudationis tuæ tranſcripſi: Nā vt ſolem vnū mundus: ita vnum habet hæc ætas oculum

non duos. Vale.

¶Angelus Politianus Marſilio Ficino Philoſopho Platonico ſuo. Salutem Dicit.

QVid obſecro indignatur amor iſte ſemper in noſtræ muſæ laudibus te verſari? quaſi vero alius eā magis q̄ amor laudauerit: qui quoniā cæcutit (vt Plato inquit tuus) ideo nec fidem facit. Itaq̀ iure noſtro ciuili ne poſtulare quidē ceco licet. Sed q̄m laudari iā ſe quoq̀ vult a quo tādem laudabitur? An a muſa? q̄n nec in Phedro: ſine muſis laudatus. Sed Muſis nō creditur: vt pote dicentibus falſa (ſi credis Heſiodo) Similia tamen veris. Dicunt & vera quidem (ſic enim eſt apud eundē) cum volūt. Volunt opinor apud Mineruam: cui noctua famulatur: quæ vel in tenebris cernit. Mineruæ porro numen familiare tibi: ſicuti Muſarū mihi Vere igitur apud nos amor noſter laudabitur. licet ipſe minus vere muſam laudauerit. Solet aūt (quod idem tuus auctor Plato affirmat) etiā Iouis permiſſu peierare amor. Vale.

¶Angelus Politianus Marſilio Ficino ſuo. S. D.

NOn tu noua deprehēdis in me cottidie: quæ laudes ſed noua potius in te: q̄bus me laudes: ſuggerit hāc tibi copiam nimius amor: apud quem (ſicuti Propertius ait) Maxima de nihilo naſcitur hiſtoria. Diuinū vero tu puto me facies: qui feciſti diuinantem: dum cottidie diuinum te prædico. Vale.

¶Angelus Politianus Marſilio Ficino ſuo. S. D.

HErculem me vocas in libro tuo de vita: quod monſtra domem: puto illa intuens mōſtra: quæ veterū libros nimis obſident: in quibus ego purgandis: diu mul-

tumq̧ laboro. Magnifica laus: præſertim a philoſopho il
lo: qui ſit princeps in ſecta principe. Sed ego tanti nois pō
dus ſuſtinere nō queo: nō magis q̄ cælū. quod ipſe tamen
Hercules ſuſtinuit: Iolaum potius appellato me: ſi ſpecio
ſis noibus delectaris: quod pene oppreſſæ ab Hydra ve-
tuſtati: velut Herculi clamanti ſum pſto cū face. Tu tamē
indulgens amori (quod: & parentes alii facere ſolent) no-
men impoſuiſti filio: non quod aptiſſimū: Sed quod pul-
cherrimum. Vale.

¶ Angelus Politianus Macario Mutio Equiti Camerti.
Salutem Dicit.

ACcepi ſuperioribus diebus elegantē abs te epiſtolā
doctā. copioſam. grauē. ſummo etiā artificio con-
ſcriptā. ſummo ingenio. qua centuriā noſtrā velut in Cir
cenſi pōpa vario tu quidē ornatu: variiſq̧ inſignibus oſtē
tabas: In ea vero mihi nō magis oratorē facundū: q̄ Poetā
diuinū uideris exhibuiſſe: qui ſic excellēter pulcherrimas
atq̧ admirabiles viſiones: nō modo animo cōceperis: ſed
& oculis repræſentaueris. Viuunt imagines in tuis verbis
& ſpirant. Vegetæ ſunt: actuoſæq̧: nō ocioſæ nō lentæ:
nō ceſſantes. Hilaria ſcilicet ipſa medius fidius expreſſiſti
Sic vbiq̧ perſonata occurrit varietas. Nec tam profecto
apud me: q̄ apud te culta miſcellanea mea ſunt: ac plus for
taſſe iam tibi: q̄ auctori: parentiq̧ debēt. Agnoui Macari-
um prorſus illū: qui mecū Venetiis olim cōgreſſus: quo-
dum pene facundiæ ſuæ torrente me rapuit: agnoui nec
ei quicq̄ morbus ille peſtifer detraxerat: quod nō etiā ma
gno cum fœnore bona valetudo reſtituerit. O ſi mihi cō-
cederes vſurā pauliſper eloquentiæ tuæ: q̄ penitus in eius
epiſtolæ me laudes inſinuarem. Quæ mihi pro clypeo: &
muro contra liuoris impetus: immo quæ nō epiſtola mi-
hi: ſed quædā prope immortalitas. Atenim quoniā id re
rum natura nō patitur: circunferā certe: dimittā: ſpargāq̧
eam per oim aures: videlicet vt enixe laudetur ſemp ab oi

bus:nec tamē vnq̄ putetur laudata ſatis. Vale. Varinus ciuis tuus:auditor meus.ad ſummū linguæ vtriuſq; faſtigium:pleno gradu contendit:ſic vt inter doctos:iam cōſpicuus digito monſtretur:

❡Angelus Politianus Tydeo Acciarino. S. D.

NOn tam auerſus equos noſtra ſol iungit ab urbe: vt huc quoq; tui nōis fama non penetret. Illa te vindicat a fortunæ iniuria: nec patitur Conſentiæ deliteſcere. Qua tamen in Ciuitate ſi ludū aperuiſſes ſcribente adhuc Lucilio:ſiculis tantū profecto: nō etiam Conſentinis ille ſcripſiſſet. De interpretationibus noſtris: quas ait in Papinii ſiluas caſu quodā perueniſſe ad te. Sic habeto: neq; dictatas fuiſſe a nobis neq; cōpoſitas. Studioſus forſitan eas aliquis: enarrāte me (qua licuit) orationis curſum calamo ſubſecutus exceperit. Nec aūt quicq̄ habemus quod in hoc genere tibi nūc mittamus: Spargere enim talia ſolemus in populū: nec inde nobis quicq̄ retinem⁹. Tibi tamē habemus gratiā: vel quod noſtra friuola tantifacias: vel quod amicitiā tam diligenter expetas: dignus hoc ipſo. nimirū. qui nō inueteribns modo noſtris: ſed & in magnis amicis numereris. Vale.

Nec tam aversus equos tyria sol iungit ab urbe. Versiculus est Vergilianus: quo proverbialiter significatur Didonem non ita esse obtuso ingenio ut Troianorum facta & labores no agnoscat, ... sic in hoc isto epistolio applica

❡Angelus Politianus Baccio Vgolino. S. D.

LEgit epiſtolā mihi nuper tuā Robertus noſter Saluiatus: in qua cū gratias ageres: quod erudītiſſimo te libro. Pici noſtri Mirandulæ donauiſſet: mentionem quoq; obiter noſtri facis. Nec autem me dubitas: vt amori nimiū indulgens: appellare alterum noſtræ ætatis miraculū. Negare nō poſſum Bacci: quin tua mihi grata voluntas oīno fuerit: gratus animus: vtināq; vere addere poſſem: gratū teſtimoniū Sed nimis magna iſta laus: nec nr̄æ mediocritatis ē. Qua nō efferor: ſed obruor. qs enī vel illud ſaltē patiat̄: me cū Pico Mirādula cōferri: q tā mult[

vnus bonis abundat: vt vnus oīm laudes exhauriat. Quare te rogo ne me illius poſt hac: ſed meo modulo metiaris Contētus in me vulgatis iſtis laudatiunculis: quæ ſecūdæ notæ hoībus cōpetant. Sed heus tu nimis: bella profecto tua mihi illa epiſtola eſt viſa. Nec enim puto laudatio im poſuit: quā nō agnoui. Latine ſcribis (ita me deus amet) & eleganter. Nec quaſi diuerteris in hæc ſtudia. Sed quaſi migraueris. Vale.

laudatiuncula

ℭ Angelus Politianus Aldo Manutio Romano ſuo. Salutem Dicit.

REdditæ mihi fuerunt litteræ tuæ: quæ pſpicue declarant: nō modo: ꝗ ſis homo doctus: verūetiam. ꝗ mei ſtudioſus Eſt enim ſcribendi genus illud tuū minime triuiale: cultū quinimmo: ſubactūq; velut exercitatione multa: ſparſumq; deniq; fruge bona veterū lectionū. Tū epiſtolam ſic laudas noſtrā græce ſcriptā quippe ad græcum hominē: magis vt amorē videaris habuiſſe in conſilio: ꝗ iudiciū Sed tamen vt cūq; ſit: equidem tibi vel ob id placuiſſe eam lætor: quod quanto ego tibi fuero doctior: tanto minus fortaſſe pœnitebit amicitiā te noſtram tam cupide: tam vehementer expetiſſe. Facit aūt: vt in ea mihi epiſtola faueam nō mihi Emanuel ipſe Adramyttenus: ꝗ reſpondens: itaq; prorſus vltra modū laudauit vt omnibus me ſuis græcis: quicūq; aliquot ante ſæculis ſcripſerūt: hominē citra mare natū: nō dubitauerit ante ferre. Iurare illum ſolitū quoq; Picus meus litteris ſignificat: dum legeret hanc epiſtolā: ne ipſas quidem tam eſſe Athenas Atticas. Quare placerē profecto mihi græci hoīs teſtimonio: niſi Cretenſis fuiſſet Emanuel. Etenim hoc genus vt mendaces notauit Epimenides: qui tamen & ipſe Cretenſis: vt mentiri nō minus potuerit. Ideoq; non mendaces illi. Sic ergo verus Epimenides: atq; ita rurſus illi mendaces vides hunc dialecticorū ψευδόμενον. Mihi tamen extra iocū veros eſſe omnino Cretenſes libet. Iam quoniā de epiſtola me amo. ne palpū quidem relici iam. Quod obtrudis

Ruſtici noĩe Monſtrũ enim prorſus:immo autẽ ſcelus in expiabile ſi laudatori ſuo Poeta nõ crederet Sed cupio p̃ſens te præſente frui aliquando. Si quidem abſens:ita delectas. Accipio vero iam nũc inter amicos. & quidẽ primi ordinis. Nec enim explorandus vltra quẽ Picus noſter receperit:ille inq̃ Picus:cuius nunq̃ nec ceſſauit ingeniũ: nec errauit iudiciũ Alexandro Sarcio cottidie plus debeo: tibiq; eſſe eũ familiarem ſumopere gratulor. Vir eſt profecto ſincerus.candidus:amœnus:idem fidus:acer: ingenioſus:experiens: hũc velim meo noĩe plurima ſalute impertias:quando:me aſſidue laudat: eſtq; nõ inter poſtremos. Pici noſtri familiares. Vale.

¶Angelus Politianus Matthæo Boſſo veronenſi Canonico regulari. Salutem Dicit.

HOnorifica mentio: quã tu feciſti de nobis in litteris ad Robertũ. Magis ibi tamen amorem tuũ.q̃ meas agnoſco laudes. Sed illud ex arte:quod falſo me laudaturus:a veris Pici laudibus incœpiſti: videlicet vt per illum de me tibi credatur. Fortaſſe aũt me talem credis etiã:qualem prædicas:propterea quod ſic a mor/a Pico. Sed nõ ob iſta me Picus:ob amorem potius amat: ob amorẽ qui nõ cæcutiat. Hoc eſt.n.cur vnus oĩm penitus hũc amo. quod vnus omniũ penitus inſpicio: Vale.

¶Angelus Politianus Ioanni Baptiſte Midæ. S. D.

AGerem tibi gratias:quod vbiq; me laudas. Sed vereor ne laudes ipſæ:q̃bus me afficis fidem perdãt: ſi pro his tibi gratias agam: q̃aſi debeam: quaſiq; veræ laudes nõ ſint. Nam pro veris: hoc eſt p̱ ſuis laudibus:nemo cuiq̃ debet. Quis enĩ pro ſuo debeat? At ego tibi me debere tamẽ dicerẽ: niſi mihi nimis magnã faceres in hoc iniuriã:quod es amicus. Ob id enim tibi nõ creditur cum me laudas. Sed interim te quoq; furtim laudas. Nã ſi non

laudari ego merito putor: haberis tu tamē ingenioſus. Si merito bonus: vt aūt rectius egeno q̃ diuiti datur: ita rectius qui caret: q̃ qui ſuis laudibus abnndat: laudatur. Mihi certe nō minus tuæ gratæ ſunt laudes: hoc eſt alienæ: q̃ ſi meæ laudes forent. Nō enim minus proſnnt. Vt ergo nō minus aliquãdo bene paſcimus: alieno ſumptu: q̃ noſtro. ſic nō minus aliquando decenter alienis ornamur laudibus: q̃ noſtris. Vale.

Angelus Politianus. Hieronymo Porcario. S. D.

ANtonius zenus homo cū ceteris in rebus: tum maxime in amicitia diligentiſſimus: multa mihi ſæpe de ingenio: de litteris: de moribus etiã tuis: præcipue tamē de humanitate narrauit. Et vt ad te ſcribã: vehementer hortatus eſt. Ego vero libenter obſequor cãdidiſſimo viro: ſuauiſſimo amico. Tibiq; nūc has litteras ob id ſcribo: quo certiorem te faciã: me. Quanq̃ adhuc os tuū non vidi: tui tamen eſſe ſtudioſiſſimū. Vale.

Angelus Politianus Cuidam. S. D.

MVlto æquius fuerat denegare ſtatim: q̄d tam vehementer rogauerã: q̃ poſtea non perficere: quod tam liberaliter vir grauis promiſeras. Non enim tūc fuiſſet iniuria: quia nōdum debebas. At nūc eſt: quia iam debes. Debes: quia promiſiſti. Non enī credo adhuc te quoq; eſſe ex illo hominū genere: quos promiſſa nō alligant. Crediturus idem nec ne ſim deinde tibi eſt in manu. Tantum rogo: ſi beneficiū tribuere mihi nō vis: deſinas tamē eſſe iniurius. Deſines aūt: ſi ſperare diutius fruſtra vetueris. Deniq; debebo tibi multū: ſi quod opto præſtiteris: mirabor multū: ſi nō præſtiteris. Vale.

Angelus Politianus. Antonio zeno ſuo. S. D.

AMorem fugitiuũ: quem pene puer adhuc e græco in latinum conuerti: nõ ſententiis modo: ſed numeris etiam ſeruatis: ac liniamentis pene omnibus: cupienti flagitantiq; diu tibi mitto tandẽ. Cauſa vero cur tam ſero miſerim: fuit quod aliquandiu mecũ deliberaui prius: an mitterem. Multa enim longo poſt interuallo retractanti diſplicuerũt: quæ tunc fortaſſe: cum ſcribebam viſa ſunt optima. Corrigere nimis durum: quod ita diu iã inueterauerat. Mitto elegiam quoq; de violis: alterũ eius ætatis luſum. Nam & eam te nimis cupere ſignificaſti. Mihi certe nihil eſſe in his videtur quod probes: præter indolem fortaſſe. Rogarem vero: ne cui nugas iſtas oſtenderes. niſi me ſcirem prorſus fruſtra rogaturũ Non enim ob aliud puto noſtra requiris: niſi vt q̃ plurimis oſtẽdas: quoniã (qui tuus eſt erga nos amor) placitura ſtatim: qa noſtra ſunt: omnino confidis. Epigrãmata tibi nõ mitto: quod ea ſimul cũ græcis publicare ſtatim cogito. Vale.

¶ Amor fugitiuus e græco Moſchi.

Cum venus intento natũ clamore vocaret
Si quiſq̃ in triuiis errantẽ vidit amorem.
Hic fngitiuus: ait: meus eſt: pretiũ feret iudex
Baſiolum Veneris. quod ſi ad me duxeris illum.
Non tantũ dabo baſiolum: plus hoſpes habebis.
Inſignis puer eſt: en omnia percipe ſigna.
Non eſt candidulus: verũ ignem imitatur: ocelli
Acres. flãmeoli: mala mens: ſuauiſſima verba
Quod loquitur nõ ſentit idem. vox mellea. ſed cũ
Ira inflãmatur: tum mens eſt aſpera: fallax.
Fraudator: mendax: ludit crudele puellus
Criſpulus olli vertex: facieſq; proterua.
Exiguæq; manus: procul aũt ſpicula torquet.
Torquet in vmbriferũq; acheronta: & regna ſilentũ
Membra quidẽ nudus: mentẽ velatus: auiſq;
More qnatit pinnas: & nũc hoc nũc petit illos.
Sæpe viri preſſans præcordia: ſæpe puellæ

Arcum habet exiguũ. Sed & arcu impoſta ſagitta eſt
Parua ſagitta quidẽ: ſed cælũ fertur aduſqꝫ.
Parua pharetra olli dependet & aurea tergo.
Sunt & amari intus calami: quibus ille proteruus.
Me quoqꝫ ſæpe ferit matrẽ: ſunt omnia ſæua
Omnia: ſeqꝫ ipſum: multo quoqꝫ ſæuius angit.
Paruula fax olli: ſolem tamen vrit & ipſum.
Verbere ſi prendes: age: ne miſerare puellum
Si flentem aſpicias: mox ne fallare caueto.
Sin arridebit: magis attrahe: baſia ſi fors
Ferre volet? fuge tu: ſunt noxia baſia: in ipſis
Multa venena labris: ſi fors ita dixerit: heus tu.
Accipe: nempe tibi: cuncta hæc mea largior arma.
Ne continge caue. Fallacia munera amoris
Omnia quippe igni ſunt infecta illius arma.

¶ Elegia de violis.

Formoſæ o Violæ Veneris munuſcula noſtræ
  Dulce quibus tanti pignus amoris ineſt
Quæ vos? quæ genuit tellus? quo nectare odoras
  Sparſerũt zephyri mollis & aura comas?
Vos ne in acidaliis aluit Venus aurea campis?
  Vos ne ſub idalio pauit amor nemore?
His ego crediderim citharas ornare corollis.
  Permeſſi in roſeo margine pieridas.
Hos flore ambroſſos incingitur hora capillos.
  Hoc tegit indociles Gratia blanda ſinus.
Hoc Aurora ſuæ nectit redimicula fronti.
  Cum roſeum verno pandit ab axe diem.
Talibus Heſperidũ: rutilant violaria gemmis.
  Floribus his pictum poſſidet aura nemus.
His diſtincta pii ludunt per gramina manes.
  Hos fœtus vernæ Chloridos herba parit
Felices nimiũ violæ: quas carpſerit illa.
  Dextera: quæ miſerum me mihi ſubripuit
Quas roſeis digitis formoſo admouerit ori.
  Illi: vnde in me ſpicula torquet amor.

Forſitan & vobis hæc illinc gratia venit
Tantus honor dominæ ſpirat ab ore meæ:
Aſpice lacteolo blanditur vt illa colore.
Aſpice pnrpureis: vt rubet hæc foliis.
Hic color eſt dominæ: roſeo cũ dulce pudore
Pingit lacteolas purpura grata genas.
Quam dulcem labris: q̃ late ſpirat odorem:
En violæ in vobis ille remanſit odor.
O fortunatæ violæ. mea vita. meũq;
Delicium. o animi portus & aura mei.
A vobis ſaltem violæ. grata oſcula carpam.
Vos auida tangam terq; quaterq; manu.
Vos lachrymis ſatiabo meis. quæ mœſta per orã
Perq; ſinum viui fluminis inſtar eunt.
Conbibite has lachrymas. q̃ lente pabula flãmæ
Sæuus amor noſtris exprimit ex oculis.
Viuite perpetuũ violæ. nec ſolibus æſtas.
Nec vos mordaci frigore carpat hyems.
Viuite perpetuũ miſeri ſolamen amoris.
O violæ: o noſtro grata quies animo
Vos eritis mecũ ſemper: vos ſemper amabo:
Torquebor pulchra: dum miſer a domina:
Dumq; cupidineæ carpent mea pectora flãmæ
Dum mecũ ſtabunt: & lachrimæ: & gemitus

¶ Angelus Politianus Paulo Cõparino ſuo. S. D.

Rogaſti me ſuperioribus diebus: vt quoniã fabulã Plauti Menæchmos acturi eſſent auditores tui: ꝓlogum facerem genere illo verſiculorũ: qui ſint comœdie familiares: ſimul vt obiter notarẽ quoſdã noſtræ ætatis: nõ quidem Plautos: ſed tñ piſtores: qui comœdias abſq; verſibus: nullo nec artificio: nec elegãtia docent: & vt acte primũ ſunt: tenebris ipſemet (in quo nimis eos laudo) ꝑpetuis dãnant. Quæ tñ ab imperitis aliqñ nõ improbent: qm̃ cõmata ſæpe iſti quædã cõmiſcent antiquoꝝ: q̃ tamẽ

ipſa quoq; dũ male collocãt: infamãt Poſtremo: vt & ſtilũ
Planti laudarẽ: totũq; hoc agendi genus ab indoctis q̄buſ-
dam: Sed moleſtis p̄dicatoribus: defenderẽ. qui moribus
officere clamitent: q̄cquid vſq̄ ſit elegans: aut eruditũ: cõ-
traq; ſtudiũ: propoſitũq; hoc veſtrũ: plebeculam concitẽt
Geſſi tibi morẽ: nec minus libẽter q̄ celeriter: candido ami
co: deq; nobis benemerito. Quanq̄ (vt ſcis) ocii non ſatis
habebã. Romã cũ maxime proficiſcens: itineriq; iam pa-
ratus: atq; accinctus Et eũ quidẽ prologum: qualis qualis
eſt: mitto ad te. cũ gratia (ſi nihil aliud) celeritatis. Vale.

Prologũ in Plauti Menæchmos.

Heus: heus: tacete: ſultis vos ego vt loquar:
Nam noſtra conducta eſt huc lingua: veſtri oculi.
Vos ſpectare decet: nos loqui. & fabulam agere.
Alioqui capite ipſi hunc ornatũ ſcænicũ.
Atq; exporgite lumbos: tum nos ſeſſum ibimus:
Spectabimuſq; vos taciti: aut ridebimus:
Aut ſi actio frigebit. dormitabimus.
Comœdiam Menæchmos acturi ſumus.
Lepidam: & iocoſam: & elegantem: vt nil ſupra
Sed mendoſam alicubi tamẽ: culpa temporũ
Inerunt in ea nõnulla: ne nobis quidem
Satis intellecta: ſed hæc erũt pauca admodũ
Quæ ſi minus placebunt auribus exſpuite:
Aut deuorate ceu ſoletis catapotia
Romanus eſt hic ſermo: romani ſales:
Nihil inuenuſtũ eſt: aut ineptũ: & græculum:
Quale ſolent nugari molitores cæteri:
Quorũ nec vllis verſibus comœdiæ:
Nec argumento conſtant perplexabili:
Nec quicq̄ habent comœdiæ præter titulos.
Non ipſæ ſecũ congruũt: nec adeſt fides
Rebus agundis: ac nec perſonis indoles.
Tantũq; ſi quid furtiuũ eſt: in eis placet
Quippe alienis inſidiantur laboribus
Facient profecto maiora operæ pretia nũc.

Longe aduleſcentes iſti: ſiquidem inſueuerint:
Puro ſermoni romæ vrbis vernaculo:
Quam ſi magiſtris freti triuialibus
Linguas tenellas polluant ſtribiligine:
Siquidē ita traditū eſt a laudatis viris:
Latine vellent etiam ſi muſæ loqui
Nullis vſuras: niſi Plautinis vocibus:
Quod ſi qui clament nos facere hiſtrionicā
Atq; id reprehendant: minime diffitebimur.
Dum nos ſciant: diſciplinā antiquam ſequi.
Etenim formandos comœdo veteres dabant
Pueros ingenuos actionem vt diſcerent.
Sed qui nos damnāt: hiſtriones ſunt maxumi.
Nam curios ſimulant: viuūt bacchanalia.
Hi ſunt præcipue quidam clamoſi: leues.
Cucullati: lignipedes: cincti funibus
Superciliosum incuruiceruicū pecus.
Qui quod ab aliis habitu: & cultu diſſentiunt.
Triſteſq; vultu vendūt ſanctimonias:
Cenſuram ſibi quandā: & tyrannidem occupant.
Pauidamq; plebem territant minaciis.
Sed iam valete ſpectatores: & gregi
Fauete noſtro: vobis quod vortat bene.

Angelus Politianus Cæſari Carmento ſuo. S. D.

CONtemni te putas: quod nō reſcribo. Contēnerem ſi reſcriberem. Quos enim contēno: reſpōdere his audeo vel occnpatus: Tibi nec ocioſus. Vale.

Angelus Politianus Iacobo Modeſtio ſuo. S. D.

DOles quod nō reſcribam. dolere deſinē Iam reſcribo. Vale.

Angelus Politianus Cuidam. S. D.

NOn præſtas quæ pollicitus. Conqueror: ſi oblitus: magis etiã ſi nõ oblitus. Oblitũ fuiſſe vix amici eſt. Non præſtare: cũ recorderis: prorſus inimici. Vale.

¶Angelus Politianus Pico Mirandulæ S.D.

QVæ vellem corrigeres: tu laudas. Hoc vero facile facis: quod ſemper facis. Vale.

¶Angelus Politianus Amico. S. D.

IRaſceris quod iſte me Simius carpit. Non ideo me carpit: vt carpat: Sed vt ſibi victum quærat homo famelicus apud quoſdam: qui multum gaudent aſſentatoribus: plus tamen detractoribus. Vale.

¶Angelus Politianus Amico. S. D.

SI te ob diuitias amare cœpiſſem: deſiſſem tibi nũc eſſe amicus: cum tu deſiſti eſſe diues: verum ſi nũc deſiſſem: ne tum quidem: cũ fuiſti diues: fuiſſem tibi amicus: Sed adulator. quod eſſe q̃ poteſt: is eſſe liber non poteſt. Vale.

¶Angelus Politianus Amicis. S.D.

MVlti ſimul Epiſtolas poſcitis: Multis ecce mitto: ſed vnicam: Cõuenit vnica multis: quos vnice diligo: quæ tamẽ erit: vt multæ: quãdo multi legetis Valete

¶Angelus Politianus Inuido. S.D.

INuides omnibus omnia: præter inuidiã. Sed & hãc inuides tuo compari qui magis inuidus etiam: q̃ tu:

ſic inuidiam tibi nõ inuidet: quam tu illa tamẽ inuides. Ita rurſus ille minus inuidus. Qui ſitis nõ dicam: ne miſeriores faciam: q̃ nũc eſtis. Nam ſi nomen veſtrum proferrem: nomẽ quoq̨ ipſum vobis iuideretis: nec vterq̨ vtriq̨ modo: ſed & vterq̨ ſibi. Vale.

¶Angelus Politianus Maledico.

MAledicenti nõ remaledico: ne maledicere mihi tu forſitan: hoc eſt: ne laudare me deſinas. Quis enĩ laudatur verius: q̃ cui maledicitũ a malo viro. Te vero appellare malum virũ: tantum a maledicto abeſt: vt nihil dici poſſit melius. Vale.

¶Angelus Politianus Laurentio Medici.

CYcno Poeta ſimilis: vterq̨ cãdidus: vterq̨ canorus vterq̨ fluuios amãs: vterq̨ Phœbo grat⁹. Sed negatur canere. Cycnus niſi cum zephyrus ſpirat. Quid igitẽ mirũ ſi taceo tamdiu tuus Poeta: cum tu tamdiu non ſpires meus zephyrus. Vale.

¶Angelus Politianus Pico Mirandulae. S.D.

VIncebar abs te prius doctrina: vincebar ingenio ſed vinci tamen lætabar: atq̨ adeo lætor: quoniã te diligo quin ob hoc ipſum diligo: quod his vincor. At nunc & humanitate me vincis. Hoc equidẽ ferre nequeo: quoniam turpe. ſed iam fero. Nihil enĩ turpe mihi: quod honeſtum tibi. Vale.

¶Angelus Politianus Amico. S.D.

DOles: quod amicus in diſputatione tē vicerim. Dolere nō debes. Nam ſi ſunt amicorum cōmunia omnia. nō magis q̄ tu victor ego. Nec minus q̄ tu victus. Sed hoc tu fortaſſe doles: quod hac amicorū lege: nec ego plane ſum victor qui te vici. Vale.

¶Angelus Politianus Amico. S. D.

REprehendebā tacitus: quod te diutius oblectares in agro. Cum mihi redditus abs te calathus: floribus plenus: & quidem roſidis ad huc: multi coloribus: ac ſuaue olentibus. Inuidere (fateor) tibi agrum volebam: qui flores tam pulchros educaret Sed vt epiſtolam tuam deinde legi: floribus aliis: multo pulchrioribus cumulatam: q̄ calathus fuerat: inuidere potius agro cœpi: qui de tuis (vt mihi videtur) epiſtolis floruiſſet. Vale.

¶Angelus Politianus Amico. S. D.

DOlui vehementer: lætatus ſum vehementer: quod ægrotaſti: quod & conualuiſti. Vale.

¶Angelus Politianus Cuidam. S. D.

MItto Lilia: nō vt gratum faciam tibi. Quanq̄ tibi quoq;: Sed vt ipſis Liliis hoc eſt ne marceſcant. Vale.

¶Angelus Politianus Puccio Florentino Iuriſcōſulto & ad ſummū Pontificem legato. S. D.

NOn deſinam de te ſolicitus eſſe: quādiu Romæ fueris. vbi peſtilentia laboretur. Etenim te periclitāte:

maior: ac melior pars animæ meæ periclitatur Quanquã
vero tu legatione fungeris iſtic honeſtiſſima: parteꝙ ma-
gnam ſuſtines tuæ Reip: quæ difficillimis tẽporibus care
re opera tua vix poteſt. Tamen has noſter amor cõſolatio
nes non accipit: imo iam nec audit. Præcipit autẽ Poeta
Heſiodus mercatoribus: vt viliſſima quæꝙ nauigiis im-
ponant: videlicet vt ſi iactus in mare fiat: ſaluis rebus ta-
men potioribus euadant Cæterũ Florentina ciuitas: quæ
putatur in mercatura tenere principatum: neſcio quo con
ſilio te Romæ nũc talem Ciuem quaſi precioſiſſimã mer
cem mari turbido commiſit. An quia lucrum ſæpe fit ibi
maius: vbi maius eſt periculũ? Iam vero illud quoꝙ mihi
valde auget metũ: quod vt nimiũ de tua Rep. ſollicitus:
ita nimiũ diceris eſſe de te ipſo ſecurus. Eſt omnino fami-
liare veſtræ domui magna facere: magna pati ꝑ Rep. Sic
videlicet auus tuus homo prudens a factioſis ciuibus: cũ
magno Coſmo relegatus eſt: dum patriæ conſulit: qui cũ
maiore deinde gloria cum eodem illo reuocatus a bonis.
Sic pater in caſtris: occidit dum victoriam nobis aduer-
ſus Lygurem procurat: nec labori parcens: nec periculum
fugitans: nec omnino vllam ſuæ ſenectutis rationem du-
cens: cui quidem: Si mos antiquus maneret honeſtandæ
virtutis: ſtatuã ſicuti Romani. Seruio Sulpitio: foro me-
dio poſuiſſemus. Sed alia tamen patris tui ratio fuit: alia
tua debet eſſe. Pater pro qua ciuitate tantum laboris lon-
ga ætate ſuſceperat: Eidem vitæ quoꝙ reliquias libens cõ
ſecrauit. Tua vero mi Pucci ætas: vigens: & florẽs: ad mul
tos vſus deinceps: & ad alia Reipublicæ tempora ſeruari
debet. Cõſule igitur in primis tuæ ſaluti: qui primus de
iure cõſuleris: Ac tibi tute caue: qui tam bene cæteris caue
re ſoles. Nam ſalutẽ negligere nõ potes: quin laudẽ quoꝙ
tuam negligas. Non enim (mihi crede) laudaberis: ſi talẽ
ciuẽ periculis expoſueris. Quod ſi te ratio temporũ cogit
& Senatus auctoritas: vt oĩno iſtic agites: habe (quæſo)
ſemper de tua ſalute prudentes medicos in conſilio. Quã

do etiam. M. Varro doctiſſimus ille Romanorũ. ſe ſuãq̃
familiam ratione certa dicitur a peſtilẽtia vindicaſſe. Sed
in primis tamen expoſce cottidie ſummi Dei pacem: per
ſacra: & aras: cui nõ dubito: quin ſalus tua curæ futura ſit
cum fides cordi eſſe debeat ea: quã patriæ præſtas. O quã
do igitur te reducem cõplectar mi Pucci: quando diem te
cum totũ (quod ſoleo) noctiſq; etiã partẽ iucundiſſimis
& fabulis: & ſermonibus conſumã? Sed interim tamẽ fra
tre tuo Iannoctio perfruor: homine ſuauiſſimo: ſtudio-
ſiſſimoq; noſtri: quẽ iure meus alumnus: publicũ patriæ
præſidium: Petrus Medices: vnice diligit. amoris: ac pru
dentiæ merito. Quin idẽ quoq; de te Sic honorifice qua-
cunq; occaſione loquitur: vt teſtimoniũ tibi reddat ãpliſ
ſimũ perfectæ laudis. Tu me velim diligenter Alexãdro
affini tuo Cardinali Farneſio commendes: quem colo: &
veneror ob alia quoq;: ſed ob id in primis: quod nõ minꝰ
honoris adiiciũt ipſius dignitati litteræ: q̃ litteris digni-
tas. Vale.

¶ Angelus Politianus Pandulfo Collenutio ſuo. S. D.

GRatiſſimũ feciſti: quod ſpecimen herbarum Gna-
phalii gallicæq; Nardi miſiſti mihi: quas nuper in
Germania reperis. Nec dubitari poteſt quin ſint (vt Plau
tus inqt) ipſiſſimæ. Nã: & Nardus hæc ab Aſſyria: & Cy
liſſa. neq; ſpecie multũ neq; colore diſtat: Et in Gnaphalio
ſigna cõgruũt: albedo: mollitiaq; foliorũ: quãobrem pro
Tomento veteribus fuerit: quod & Artemidorus in. v. li-
bro de Sõniorũ euentibus oſtẽdit: ſcribens eũ qui ſibi vi-
ſus eſt triticũ: pro Gnaphalo habere in Culcitra matrẽ fili
um ſuſcepiſſe. Sed de hoc alias: diligentiã vero: ſolertiãq;
iſtam tuam: perueſtigandis: agnoſcendiſq; rebus obliuiis
dici nõ poteſt: q̃ cõplectar: atq; exoſculer: præſertim tamẽ
hac parte: quod ad eam plurimũ. ſ. medicina quoq; ipſa
noſtri temporis caligat Miror autem perſæpe: quomodo
tu tam multis queas vnus. tamq; diuerſis muneribus par

eſſe. Res enim principis adminiſtras: vt vix quiſq̃ circumſpectius. Caues tuis conſultoribus: vt pauci prudentius: orationẽ ſcribis (quod Apuleius inq̃t) & proſam: & vorſam Sic eleganter: vt concedas fere nemini. Sed & diſciplinas attingis has interdum remotiores: in quibus aliquid eruis cottidie: vel ipſis profeſſoribus ignoratũ. Poſtremo curam tuã ſic in diuerſa feliciter ſpargis: tanq̃ ſi totã collegeris ad ſingula. Nec abſunt domeſtice (ſicuti Cicero inqnit) trichæ: quæ multũ quoq; ſibi vel cogitationũ: vel operæ tuæ decerpunt: vt inuita prorſus: & indignãte fortuna: fouere ocium litteratum videri poſſis. Quod vero ſcribis in exemplaribus Digeſtorũ iuris veſtri Ciuilis: deſiderari verbũ: quo græce nominetur edulis vua: quã tu vocari: cibariã dicis a Plinio: Simulq; petis: vt ſcribã quo pacto deniq; res ea græce dicatur: vt reſtitui ſuo loco poſſit. Scito non aliud eſſe omnino: q̃ τρωξιμον. Quæ vox incolumis adhuc in Archetypis Iuſtiniani: Sed & apud Theocritũ primo Idillio ἀμεν ἀνόρχωσ φοιται σινόμαινα ταν τρωξίμον. Conſulis etiã: num recte: latineq; dicamus: ab ima die: cum ſignificare diem vitæ ſupremũ volumus. Nam te quidẽ dicis apud Scæuolam reperire Titulo Digeſtorum. De legatis tertio. Titia ima die diſpoſuit. Sed vereri nõ nihil: vt emendate ſit ſcriptũ: propterea quod idem alibi nõ reperias. Recte vero mi Pandulfe ſuſpicaris. Non enim verba illa ſunt in Archetypo. Sed pro his græca magis: quorũ exemplũ ad te mitto. Τιτια διέθεμην και βουλομαί δοθηναι Καλλιμάχωι μίσθου χάριν δηνάρια δύο. quod ita cõmodius ad latinos trãſferas. Titia teſtamentũ condidi: ac placet: vt Callimacho dentur mercedis nomine denarii duo. niſi mauis tamẽ: vt ipſe quoq; denaria dicam neutro genere: ſicuti rudis iſte. quiſq; omnino fuit interpres: qui pecunias quoq; fortaſſe nerua eſſe belli: nõ neruos putauiſſet. Ago etiã tibi gratias: quod indicẽ miſiſti librorũ veterum: quos in Germania reperiſti: mallẽ tamen orationẽ miſiſſes tuam: quã diceris habuiſſe magno cõceſſu. Principis tui legatus: ad Im

Ab ima die an latine dicatur

denariis nomine

peratorē deſignatū Naximilianū: quæ tamē oratio: pene dixeri: nobis ab ipſa vſq; Germania exaudita eſt: Sed mitte tñ: nec te moueat: quod ei multū ſit viriū: multūq; gratiæ deceſſurum quoties alius ipſam: q̄ tu pronuntiauerit. Etenim videre mihi Pandulfe videor: linguæ iſtius fulmine germanos attonitos pendere de verbis quidē: Sed oculos tamen Oratoris Itali: vultūq;: & ſtatum & geſtū defixos: ac pene ſtupentes contēplari: ſicuti Florentina quondam Ciuitas: cū tu Prætor Vrbanus Pleno foro: me quoq; multū mirante grandes illos heroicos intonabas pro roſtris. Verū (vt dixi) mitte oīno deſcriptam nobis. Nam quoniā verſatur adhuc ante oculos illa tua pronūtiantis carmē imago: ſic verba etiā ſoluta legemus: nō quaſi nos recitemus: ſed quaſi modo quoq; tute pronūties. Vale:

¶ Angelus Politianus Baptiſte Guarino ſuo. S. D.

AGo tibi gratias: quod libr[illegible]m miſiſti eū: quē Picus abs te noſter: meo nomine petierat. Vtar ad Paucos tantū dies: ac protinns remittā. Rerulit idem quoq; mihi Picus: cupere te admodū: vt quæ de Thymele: ac latino aduerſus Merulæ ſententiā breuiter attigi: magis tibi perſpicua faciā: libenter obſequar tibi Viro & litteris & moribus ꝓſtantiſſimo: deq; nobis optime merito. Fuiſſe igitur Thymelen Merula prodit: Vxorem latini: quā ſit etiā proſtituere ſolitus: Sic vt a mœchis: inq̄t: nōnū q̄ cederetur. Adeoq; notū foret Thymeles adulterium: & ipſius Latini opprobriū: vt de illis noua induceretur perſona a Mimographis in ſcænā. Sed ego præfatus honorē: docti alioqui viri: quæcunq; hoc loco tradit: partim manifeſto falſa deprehēdi partim nulla nec auctoritate probari poſſe: nec ratione dico. Quanq̄ autē Merulæ magis incūbit ipſi probatio: vel ſi quis Merulam defenſurus eſt: q̄ mihi Proponā tamen quibus eum credam ſuſpitionibus adductum fuiſſe: vt iſta quaſi cōminiſceretur. Legebat videlicet apud Iuuenalem: quem tunc enarrabat. Et a trepydo

Thymele ſummiſſa Latino. Quem locũ vulgo ſic inter-pretantur: vt ſi Thymele ſit vxor: quã ſummiſſerit. Lati-nus hoc eſt vt exiſtimant) lenocinio proſtituerit Cui faue re ſententiæ nõ nihil & illos ad Domitianũ Martialis ver ſiculos putauit: quos etiam citat. Qua Thymelẽ ſpectas: deriſoremq; Latinũ: illa fronte preceptor carmina noſtra legas. Et rurſus illud ex Iuuenale. Zelotypus Thymeles. Et item. Quem totiens texit perituri ciſta Latini. Nam cæſum fuiſſe a mœchis: inde probat. Quod ait idẽ Mar-tialis: O quã dignus eras alapis Mariane Latini. Te succeſ ſurum credo ego panniculo. Perſonam vero inductã ſu-ſpicari credo potuit: aut quod Zelotypus Thymeles lega tur (vt diximus) apud Iuuenalem: aut quod apud Martia lem ſpectet & Latinũ pariter Domitianus: & Thymelem Hæc autem q̃ friuola ſint argumenta: q̃q; nihil efficientia quiuis mediocriter doctus: etiam me tacente: perſpexerit. Iam primũ igitur conſtat Latinũ fuiſſe Domitiani fami-liarem. Mimum temporibus illis celebrem. Cuius in Scæ na geſtus maxime popu° Romano placuerint: cuiuſq; fa bulis: ac iocis etiam princeps delectaretur. Hæc ita eſſe de clarat epithaphiũ: quod ipſius Latini legĩt apud Martia-lem libro nono his verbis.

Dulce decus ſcænæ: ludorũ fama latinus.
Ille ego ſum: plauſus: deliciæq; tuæ.
Qui ſpectatorem potui feciſſe Catonẽ
Soluere qui Curios: Fabricioſq; graues.
Sed nihil a noſtro ſumpſit mea vita Theatro
Et ſola tantũ ſcænicus arte feror.
Nec poteram gratus domiuo ſine moribus eſſe.
Interius mentes inſpicit ille deus.
Vos me laurigeri Paraſitũ dicite phœbi.
Roma ſui famulũ dum ſciat eſſe Iouis.

Declarat & ſuetonius ita ſcribens in Domitiano: Idq; ei cenanti a Mimo latino: q̃ p̃teriens forte aĩaduerterat: inter cæteras diei fabulas referetur. Eundẽ vero deriſorem vo-cat Martialis: aliorũq; velut irriſioni negat expoſitũ Scili

cet vt naſutiſſimũ ſcribens ita in Xeniis.

Naſutus ſis vſq; licet: ſis deniq; naſus.
Quantum noluerat ferre rogatus Atlas
Et poſſis ipſum tu derridere Latinum.
Non potes in nugas dicere plura meas:
Ipſe ego q̃ dixi: quid dentem dente iuuabit
Rodere. carne opus eſt: ſi ſatur eſſe velis.

Deniq; moribus ipſius fauet Epitaphiũ quoq;: quod propoſui. Nuſq̃ igitur hoc legit Merula. Thymelen fuiſſe latini vxorem. Nec propterea quod ſummiſſa dicatur a latino continuo proſtituta ſignificabitur. Sed adhibita potius a Latino: quæ ſuã vicem palparet munere delatorem quẽ palpabat & Carus. Nec abſurdũ eſt: vt Mimæ opera mimus vteretur etiã ſi nõ vxoris. Nam fuiſſe Mimã Thymelen quoq; ſuper nois Etymõ: perſuadet illud: quod itidem: vt Latinus a Domitiano ſpectabatur & ipſa: Cæterum Mimæ (quãtum legimus) ex ea fere nota fuerunt: quæ corpus vulgarent. Quales Auguſti ætate celebrãtur Arbuſcula. Citheris: & Origo. Quo fit: vt fere nullus adulterio ſit locus in Mima Nam ciſta illa perituri Latini: nihil ad Thymelen Quẽadmodum ſcilicet: & Zelotypus Thymeles: nihil ad Latinũ. Sed ita poteſt accipi Latini ciſta: qua mœchus tegatur: vt ipſa generaliter mœchorũ latibula deſignẽt a ciſta illa. Sub qua lateret in Scæna (Sic forſan argumento poſtulante) mœchus aliquis: quẽ Mimus hic nobiliſſimus agere ſit ſolitus. Nã periturus ideo puto vocatur nõ quia re vera Latinus perierit opera delatorum: quẽ gratum Principi fuiſſe mortuum quoq; Martialis innuerit: Sed quoniã pereat in argumẽto Mimicæ fabulæ deprehenſus adulter: aut omnino periturus videatur: niſi ſtatim ſub ciſta delituerit. Par coniectura: de Zelotypo Thymeles: Ft enim ſicuti exiſtimo: Thymele Mima: perſonam ſuſtinebat vxoris alicuius in Scena: quæ viro zelotypo verba daret: quem virnm: quiqui nobilis ille iuuenis agebat: is a Iuuenale Zelotipus Thymeles appellatur. Adulteria vero potiſſimũ fuiſſe Mimorũ ſegetem:

declarat his ad auguſtum verſibus: libro Triſtiũ Secũdo
Poeta Ouidius.

Quid ſi ſcripſiſſem Mimos obſcæna iocantes
  Qui ſemper iuncti carmen amoris habent.
In quibus aſſidue cultus procedit adulter
  Verbaꝗ dat ſtulto: candida nupta viro. Et paulopoſt
Cumꝗ fefellit amans aliqua: nouitate maritum
  Plauditur: & magno palma fauore datur. Et rurſus
Luminibuſꝗ tuis: totus quibus vtitur orbis.
  Scænica vidiſti lætus adulteria.

Iam ne tibi liquet Baptiſta nuſq̄ adhuc probari: vel vxo-
rem fuiſſe Latini Thymelen: vel ab ipſo conciliari ſolitos
adulteros: vel poſtremo nouã de tali adulterio inductam
perſonã a mimographis. Quãdo nec auctor hæc quiſq̄
dixit: & inanes iſtæ: quaſi nebulæ: nõ argumentorũ. Sed
leuiſſimorũ ſuſpitionum: vel inſomniæ cuiuſdã potius
ipſo pene ſpiritu deflantur. Reſtat vt ne cæſum quidem
fuiſſe doceamus a mœchis Latinũ. Nam quod ille citat de
Latini alapis ex Martiale: neꝗ nõ de Panniculo magis ac-
cipi debet. Vt Pãniculũ ceciderit ipſe Latinus: q̄ vt os præ
buerit Panniculo. Quod eſſe verũ declarat & Martialis
idem libro ſecũdo Epigrammaton his verbis.

Heſterna factum narratur Poſthume cœna
  Quod nollem: quis enim talia facta probet?
Os tibi perciſum: quanto nõ ipſe Latinus
  Vilia Panniculi percutit ora ſono

Vides: vt os perciſum: nõ Latino a mœchis: ſed Pannicu-
lo ipſi potius a Latino. Percidi vero dicitur os: cum bene
pulſat. Ita certe Seneca vſurpat Libro naturaliũ quæſtio
num tertio: qui tamẽ vulgo quartus inſcribi ſolet ac deci
mo ſubnecti. verba Senecæ ſic ſunt. Qui me vſꝗ ad men
dacia hæc leuiora in quibus os percidi: nõ oculi erui ſolẽt
credulum præſto. Panniculũ vero ipſum quoꝗ fuiſſe Mi
mum docet illud eiuſdem Martialis lib.iii.

Ne legeres partem laſciui caſta libelli.
  Prædixi: & monui: tu tamen ecce legis.

Sed ſi panniculũ: ſi ſpectas caſta Latinũ.
Non ſunt hæc mimis improbiora: lege.

Sed fuit (vt videtur) Pãniculus viliorís notæ mimus. Cuius ob id orã quoq; vilia Poeta dixit: Itaq; perſonã ſemp eam puto ſuſtinebat: quæ cæderetur alapis: ex argumento. Quod vt homo facetus: ingenti ſono ſolitus eſt Latinus: vt ipſo Panniculi malarũ grãdiore crepitu cachinnũ tollerent ſpectatores. Nam fuiſſe in argumẽto fabulæ cuiuſpiã ſicuti diximꝰ) alapas iſtas indicat Iuuenalis ingeus

Ridere poteſt: qui Mamercorũ alapas.

Taxat enim ciues: qui delectarẽtur edente in Scæna geſtũ nobilitate. Sic vt ex ea quidã: vel præberent os alapis: vel cæderent. Sed & illud quæri poterat: quæ ratio fuerit: cur a mœchis cæderẽt latinus: ſi vel vxorẽ mœchis proſtituebat. Aut quid opus deniq; contegi ciſta Latini mœchos: ſi iubente Latino coniũx proſtabat. Quapropter (vt antea quoq; dixi) friuola ſunt hæc: & falſa: ſibiq; prorſus ipſis obſtrepentia: nullaq; nec ratione munita: nec auctoritate. ſed hæc hactenus. Quæſiuit autẽ Picus idem tuo quoq; noĩe: cum Gallus intempeſtiuũ caneret: quoq; pacto illud vocis a græcis diceretur. Etenim Iuuenalis meminit eius: & Quintilianus. Ego certo mi Baptiſta nõ aliud puto: q̃ quod aliquando repperi apud idoneos ἀπῳδόν. Quãq̃ mihi nũc auctores ipſi nõ ſuccurrunt. Eſt vero ἀπῳδὸς ea vox etiã: quæ neq; choro: neq; fidibus concordat. Hæc nos ad te puſilla nimiũ: leuiaq; verecũde quidẽ: ſed tamẽ & libenter ſcripſimus. Quoniã ſicuti me tua multum deterret eruditio: ſic multũ rurſus inuitat humanitas. Vale

¶ Angelus Politianus Pandulfo Collenutio ſuo. S. D.

NEgant eruditi quidã (ſic enim ſcribis) verũ videri: quod conſulenti reſpõderam tibi Τρωξίμους eſſe apud Iuriſconſultos vuas. quas nõ vini cauſa haberemꝰ. Ac ne illud quidẽ credunt in Digeſtis Archetypis ita repe

riri Iuſtiniani Principis. Titulo de verborũ ſignificatio-
ne. Sed & latine dici. contra q̃ nos opinati ſumus. affirmãt
Imam diem. quæ ſit vltima vitæ. Damnant & quod ſpe-
cimen accepiſſe me dixi Nardi. & Gnaphali. cum tu mihi
nõ formam. ſed ipſas potius herbas. aut (vt Iuriſconſulti
veſtri loquũtur) ſpecies miſeris Reprehendũt item quod
Cottidie. noſter a manu ſcripſerit. non quotidie. quodq̧
quotiens. nõ quod antea defenderim. quoties. Poſtremo
culcitã pro culcitra. Quare accipe ad ſingula τρωξιμουσ
in archetypis eſſe. non quod ipſi volunt εδωδιμοσ. no
lo mihi. ſed archetypis credant. Qui ſic publice cuſtodiũ
tur. vt tamen etiam frequenter adeantur. Sunt igitur Pau
li verba ſic in Pandectis ad liquidũ. Qui fundum vendi-
dit pomũ recepit nuces & ficos & vuas dumtaxat duraci-
nas & purpureas & quæ eiuſdem generis eſſent quas non
vini cauſa haberemus quas græci τρωξιμουσ appellarẽt
recepta videri. Nec obnuerim tamen εδωδιμουσ quo-
q̧ recte nũcupari. quo nomine quaſi verſo dixeram prius
edules. Sed εδωδιμοσ ad alia quoq̧ ptinet. Τρωξιμοσ
ad vnam dũtaxat: etiam ſi nõ hanc adiicias. Nec vero me
fallit: ita vulgo illud accipi θεοκριτειον: quaſi matura le-
dat vuam: nõ cibariã vulpes: cum ſit a verbo facta τρωξι-
μοσ: quod maxime ſecundis menſis congruit: a quo τρω-
γαλια quoq̧ τραγημα τα τραγηματισμοσ Quare nõ
aliam profecto: q̃ τρωξιμον Vergilius exprimere tẽtauit
cum dixit in Georgicis. Non ego te dis & menſis accepta
ſecundis Tranſierim Rhodia Nec vtiq̧ tacuit Ariſtoteles
Διαφερειν τραγημα βρωματοσ οσον εδεσμα τρωγα
λιου. Sed ima dies an Latine dicatur: vos videritis: qui ſci
licet vſurpatis veſtro periculo. Certe nec auctoritas Iuriſ-
conſultorũ. Nec Horatii poetæ vos adiuuat Nã nec apud
illos (vt oſtendi) nec apud Horatiũ legitur ima dies. Non
enĩ quoniã dixerit. Seruetur ad imũ: pro illo ad finẽ ſtatĩ
ſeqtur: vt & ima dies. Pro vltima vite die recte dicat: q̃ po
tius dici ſumma debet: vt Venit ſumma dies. Et ſummũ
nec metuas diem: nec optes. Summus enim vere dies: quo

ſumma dierũ colligitur. Horatius aũt ſic ait: ab incœpto
ad imũ: velut ad pedes a capite: ducta ſimilitudine a picto
ribus. Qui prius laborant in capite. Cæterũ ſpecimẽ quo

Specimen

q; vocari: quaſi guſtum quẽdã mercis ab empturientibus
Hoc eſt quod in Demoſthene Plutarchus Δειγμα vocat
vt alii negent: indicat Cicero tamen: haud dubitãs in Tuſ
culanis quæſtionibus: quin ſpecimẽ naturæ capi ex opti
ma quaq; natura debeat. Cottidie vero. c. litera ſcripſit a

Cottidie
quotiens

manuenſis meus auctore Quintiliano. Quotiẽs autem
Priſciano. Nec tamen abſurdũ eſt. Si nunc hoc: nũc illud
pendente adhuc lite ſequor. Huc enim me proportio vo
cat. Illuc auctoritas. In culcita ſequor obſeruationes vete

Culcita

rum Codicũ. Præſertim ſi nihil his præter indoctam cõ
ſuetudinem refragetur. Poſſum vero proferre tibi ſexcen
tos. Quoniã tamen procul habes: citabo paucos ex iis tã
tum: qui publice ſpectentur. Iube igitur adiri (potes enĩ)
Suetonii Martialiſq; vetuſtiſſima exemplaria: quorum il
lud quidem Romæ vaticana bibliotheca patet: hoc vero
Florentiæ publica Medicæ familiæ reperiet is: cui nego
cium dederis culcitam vel. in Tiberio: vel in apophoretis
quod idem Satyra quinta Iuuenalis codice peruetere: quẽ
doctiſſimus Princeps: ac Dux Vrbinatiũ Guido de Pul
cherrima ſua librorum ſupellectile prompſerit. Sed quid
in his laboro. Cum ſit in Florentinis etiam Pandectis. Ti
tulo de ſuppellectile legata prorſus ad hoc exemplũ Lecti
etiam inargentati Culcitæ Toralia. Nec abhorret a ratio
ne. Cum fieri poſſit a calco: ſecundũ verborum formam:
quæ ſæpius quid fieri oſtendunt: verſa tamen ſicut in cõ
poſiticiis. a. littera in. u. Quod tamẽ qui reprehendit: ve
lim doceat inuicem: quam rationem potius ipſe: vel aucto
ritatem ſequatur. Siquidẽ mihi euenit interdũ. Quod &
Ciceroni: videlicet vt habeam quẽ fugiam: nõ habeã quẽ
ſequar. Nec tamẽ fore vnquã credidi: vt hæc ad obruſam
ſic exigeretur in literis: præſertim nõ mea manu: ſed meo

Ad obrusam exi
gere

duntaxat ingenio formatis. Cum detur Idiographis quo
q; doctorum hominũ venia: ſed a doctis: vel quod hæc or

thographa: pro friuolis habētur interdum: vel quod (vt Cicero inquit) vſum populo concedimus. ſcientiā nobis reſeruamus. Vale.

¶ Angelus Politianus Innocentio octauo Pontifici Maximo. Salutem Dicit.

CVm Romæ ab hinc trienniū ferme in comitatu eſſem Florentinæ legationis: quæ tibi Sancte pater Innocenti Pontifex Maxime ad ſupremæ iſtius dignitatis faſtigiū nuper euecto gratulatū aduenerat memini abs te mihi magna celebritate curam delegari vertendi in Latinam orationē Romanoꝝ Principū res geſtas: ſi quæ adhuc inter græcorū monumenta noſtris intactæ hominibus reperirentur. Quare cū cæleſtis animi tui iudicio: nō plus mihi honoris additū q̄ oneris iniunctū animaduerterem: vt primū Florentiā ſum reuerſus altiſſima ſolicitudine circūſpicere cœpi: quē potiſſimū ex omni græcorū copia interpretandū ſuſpicerem. Occurit autē in primis Herodianus hic excellens rerū ſcriptor: & qui diu in palatina verſatus aula affectæq; iam ætatis: hiſtoriam de ſuis tēporibus cōponere aggreſſus neq; eloquētiæ caruerit laudibus: & fidē tn̄ in primis: libertatēq; retinuerit. Hoc vbi opus a nobis: neq; multo ſane negotio: neq; in vita (vt arbitror) Minerua elucubratū eſt: ea mox tēpora inciderūt: q̄bus & noſtra impedirētur ſtudia: & quæ plurimū valet in ſcribendo oīs propemodū alacritas excuteretur Poſtea vero q̄ pro tua prouidentia: & pacem Italiæ cupienti reddidiſti. & cū patrono meo Laurentio Medice ampliſſimæ quidē fortunæ: ſed āplioris ingenii: prudentiæq; viro priuatim affinitatē cōtraxiſti: ceſſit videlicet ille quaſi nimbꝰ ſuaq; mūdo reddita ſerenitas eſt. Sic vt nos iam ipſos colligamꝰ: atq; vt grauati pluuia flores peneq; decidui: ad nouæ lucis radios erigamur. Ergo & vetera edere in publicū & noua ꝓcudere iam libet: vnde aliqua modo: vel tuo ſacratiſſimo nomini celebritas: vel noſtris temporibus claritas: vel ſtudioſis etiam hominibus vtilitas pariatur. Cæ-

terum Herodianũ hunc noſtrũ: donec maiora tibi: ac for-
taſſe meliora parturimus: veluti præludiũ aliquod veri:
iuſtiq; laboris: læta rogamus fronte excipias Sũme Ponti
fex: Magnam in eo negociorũ: perſonarumq; varietatem
multã, rerum nouitate deprehenſurus. Crebraq; in vtrãq;
partem fortunæ ceu vacillantis exempla: conſiliaq; admi
rabilia: & conſiliorum inopinatos euentus: grauesq; pro
tempore ſententias: & plenam vbiq; dignitatis: plenã ſua
uitatis orationem: copioſam videlicet quandam ad inſtru
endos mores ſuppellectilem: & ceu ſpeculũ humanitatis:
in quod inſpicere omnis vita: vnde ea capere: atq; haurire
documenta queat: per quæ vel publicis: vel priuatis ratio
nibus conſulatur. Quæ ſane noſtræ fuerunt partes tenta
uimus profecto: vtinamq; etiam effecerimus: vti omnia
ex fide reſponderent: ne inepta peregrinitas: ne græculæ
vſq; figuræ: niſi ſi quæ iam pro receptis habentur. Latinã
quaſi polluerent caſtitatem: vt eadem propemodũ eſſet
linguæ vtriuſq; perſpicuitas: eædemq; munditiæ: idem
vtrobiq; ſenſus: atq; indoles: nulla vocum moroſitas: nul
la anxietas. Tu quando nobis aliquod ceu ſignum ex arce
iſta tui Pontificatus ad bene ſperandũ ſuſtuliſti: perge ob
ſecro ſanctiſſime Pater: perge inq; fouere: atq; illuſtrare bo
nas arteis: quæ ſeſe pedibus iſtis Sanctiſſimis aduoluunt
ſupplices: numenq; tuum aduerſus rudem inſcitiam: te-
tramq; Barbariã implorãt: vt a quo pax Italiæ: atq; adeo
Terrarũ orbi reſtituta eſt: etiam ab eodem pacis alumnæ
litteræ ab iniuria ſcilicet: atq; indignitate vindicentur.

¶ Angelus Politianus Innocẽtio octauo Pontifici Maxi
mo. S. D.

NEſcio quibus verbis gratias tibi agam Sanctiſſime
Pater Innocenti ſũme Pontifex: qui tam multis lau
dibus vigiliolas noſtras: tamq; ampla liberalitate pſequa
ris. Quod ego factum ſic interpretor: voluiſſe beatitudi-
nem tuam huiuſcemodi exemplo iacentes olim litterato-

rum aĩos erigere: Cũ videlicet intelligant tantã eſſe in Põ-
tifice maximo noſtris temporibus humanitatẽ: Tantãq́
beneficentiã: vt nunc poſtremus quidem: atq́ infimus illi-
us ordinis: nõ dicam inlaudatus: aut inhonoratus: ſed ne
vacuus etiam munerũ: atq́ indonatus dimittatur. Mihi
ſane calcaria & ſtimulos cũ in me collatæ laudes: tum præ-
ſens quoq́: & ſperata benignitas ſubdiderunt. Maximãq́
iniecerunt curam cauendi etiam atq́ etiam: ne quo vel tẽ-
pore: vel caſu liberalitate iſta: indulgentiaq́ tua videri in-
dignus queam. Quo circa curabo: atq́ enitar: vt hic no-
ſter tenuis agellus: cui ſcilicet colendo tantum inſtrumẽti
tua nunc munificentia ſuppeditat: nouos ſubinde prouẽ-
tus tuæ afferat ſanctitati. Spero autẽ fore vt quamdiu ſub
vmbra tui numinis recubuero ita ab omnibus vel incom-
moditatibus: quas vita humana fert: vel langoribus: mo-
leſtiiſq́ exoluar: vt ab vmbra Apoſtoli Petri: Cuius tu lo-
cum in iſto faſtigio obtines: omni prorſus ægritudine ho-
mines liberabantur. Valeat. Tua Sanctitas. Florẽtiæ. Pri-
diæ cal. Sep. M.cccclxxxvii.

¶ Angelus Politianus Innocentio octauo Põtifici Maxi-
mo. Salutem Dicit.

ET ſi me pudor prohibet hoĩem tenuis fortunæ: nul-
liuſq́ propemodum auctoritatis: literas dare ad te
Dei Maximi Vicarium: Principemq́ generis humani:
tamen in tãto: vel priuato meo: vel publico totius noſtræ
ciuitatis gaudio facere nõ poſſum: quin teſter apud te Sũ-
me pontifex Innocenti: ſubitũ hoc animi gaudium: Pro-
fitear lætitiam: gratias agam priuato quoq́ nomine tuæ
ſanctitati: Quod adoleſcentem noſtrũ Ioannẽ Laurentii
filium: Florẽtinæ reipublicæ delicias tuorũ numeero fra-
trum: ſummiq́ Senatus collegio adoptaueris Quod ciui-
tatem Florentiſſimã: familiamq́ nobiliſſimã: tam inſigni
munere: tamq́ eminẽti dignitate cumulaueris. Tũ gratu-
lor etiã tibi: qđ hac acerrimi iudicii cõſtãtiſſima fide: ppe

immortalem cæteris tuis egregiis virtutibus gloriā cōci-
liaueris. Vt enim Laurentiū ipſum taceā: quē tibi in per-
petuū Sancte Pater beneficio iſto tanto deuinxiſti. Quid
ipſo tandem Ioanne Cardinali noſtro perfectius? aut qd
ōnibus numeris abſolutius? Non indulgebo amori meo:
nō tuo iudicio blandiar Pontifex: nota cunctis: & teſtata
loquar. Ita natus: & factus: ita altus atq; educatus: ita deni
q; eruditus: atq; inſtitutus hic eſt: vt nemini ſecūdus inge-
nio: nec æqualibus induſtria: nec præceptoribus literatu-
ra: neq; grauitate ſenibus conceſſerit. Natiua in eo probi-
tas. & genuina: diligentia quoq; parentis ita impenſe cul-
ta eſt: vt ex illius ore: nō modo nō verbū dictu fœdius: ſed
ne leuius quidem vnq̄: aut etiam Licentius exciderit. Nō
actio: nō geſtus: nō inceſſus in illo notatus: non aliud po-
ſtremo: quod in deteriorē partem conſpiceretur. Sic in vi
ridi ætate cana maturitas: vt qui loquentē ſenes audiant ꝑ
auitam in eo: nos paternā certe indolem agnoſcamus. Cul
tum pietatis: & religionis pene etiam cū lacte nutricis ex-
ſuxit: etiā tum ab incunabulis ſacra meditatus officia: qn̄
nondū editum eū tamen eccleſiæ iam genitor prouidētiſ
ſimus deſtinauerat. Protinus aūt quā eſt in lucē ſuſceptus
multis magniſq; præſagiis in hanc erudiri ſpem cœpit. Et
quoniā tale de ſe ſpecimen dabat: vt iſtius iam tum virtu
tis faceret fidem: compulſus fama Lodouicus ille Franco
rum ſapientiſſimus: idemq; ſanctiſſimus Rex: ne ſummi
quidem Archiepiſcopatus faſtigio indignū hunc ipſum
plane adhuc puerū eſt arbitratus. Illū tu igitur habes Re-
gem collatæ iſtius dignitatis præluſorem. Telam rex ma
ximus exorſus: quā Pontifex Maximus pertexeret. Audi
res vtinā voces: fauſta tibi nūc: & proſpera ominantis flo
rentini Populi. Aſpiceres geſtientē vbiq;: & cōcurſantem
in atriis noſtris: ac lætitiæ ſuæ impotentē ciuiū multitu-
dinem: plebēq; ipſam vix gaudium capientē animis. Nō
ſenes grauitas: nō matronas pudor: nō pueros infirmitas
ab officio retardat. Cōfluūt in ædes medicas ſexus: ætaſ-
q; omnis: omnis huc ordo (vt ad priuatas neceſſitudines)

Adagiu(m)
Exordiri telam pro eo quod est negotij quippiā ante instituere, apud plautu(m) legitur

Proſperāt proſe quiſqꝫ primi haurire oculis aſpectū noui. Cardinalis feſtinant: exultant: vociferātur. Manus ad cælum tendūt: propitiū tibi Deum: Proſpera: ſecūdaqꝫ omnia cōprecātur. Pro tua vel ſalute: vel dignitate vota prorſus ab omnibus ſuſcipiūtur. Nec eſt: quod annos: ac natales Cardinalis noſtri numeretis: virtus illi ante diem contigit. Ne dubita Pōtifex. Implebit vtiqꝫ Auguſtam purpuram. Non ſub Galeri pondere anhelabit: non fulgore caligabit nimio: nō indecorem eum tanto ſenatui: nō imparē tanto faſtigio recipies. Iam nūc ampla Maieſtas: iam ſolito maior ſpecies. Cōſtabit ratio collegis lati ſuffragii: nec te vnq̄ Summe Pontifex iudicii pænitebit. Hoc tibi nōie (Quod vnū valeo) gratulor: agoqꝫ gratias Quos aliquādo pedes iſtos beatiſſimos præſens oſculabar: iiſdem nūc illis abſens lætitiæ plenus aduoluor: Deūqꝫ præcor: vt te diu tuo pfrui beneficio gaudeamus: vt proſpera incœpta proſperrimi conſequantur euentus. Quod aūt ad me attinet (quando nō alia pro aīo meo facultas eſt) dabo operam certe: quādiu vires ſuppetent: vt iſtiuſmodi tua benefacta Sancte pater in omnē poſteritatem ſempiterna litterarum memoria propagentur.

¶ Angeli Politianus Iacobo Cardinali Papienſi. S.D.

NOn poſſum facile explicare literis in quantā nos admirationē adegerit Laurentius Medices Patronus meus: teſtimonio laudū tuarū. Nam & ſi ille qnidem vno omniū conſenſu maximæ ſemper admirabileſqꝫ prædicantur: & virtutis tuæ conſtans opinio in oīm pectoribus viuit: oīm linguis celebratur: tn̄ cū Laurentiū Medicē (id quod ſæpenumero accidit) de te loquentē audio cū te mihi totū (vt dicitur) atqꝫ integrū in oculis cōſtituit: proculdubio intelligo priſtinā illam de tuis virtutibus famā parciſſimā ſane tibi minuſqꝫ benignā fuiſſe. Exiſtimabā equidem antea Papienſis gloriā in ocio tantum: literiſqꝫ conſiſtere: eamqꝫ per ſe ſatis amplam: atqꝫ mirificā in principis

aĩo ſtatuebam: Alteram vero partem quæ in rerũ agenda
rum vſu: & ratione verſatur: & ſi haud omnino ademerã:
nõ tamen vt propriã tibi: peculiareq; aſcripſerã. Ecce nũc
Laurentii teſtimonio in vtriuſq; gloriæ ſplendore maxi-
mus nobis: admirabiliſq; exoreris: Et tãq̃ Homeric⁹ Aſte
ro paeus dextra pariter: ac ſiniſtra manu iaculũ intorques
Caue aũt putes: me tibi nunc his laudationibus aſſentari.
Teſtor enim meũ in te animũ: ac fidẽ: nihil me aliud ſcri-
bere: q̃ quod ſentio: atq; omnẽ gloriã: quantacunq; ea ſit:
tua virtute inferiorem exiſtimare. Neq; ego hæc de te ip-
ſo: ad te ſcribere auderem: niſi incredibilis meus erga te a-
mor: ea mihi ex intimo corde: ex ore: e calamo: quaſi ſuo
iure extorſiſſet. Idem quoq; ipſe: & Homerũ noſtrũ: quẽ
tu a Laurentio petieras: & meũ ad te animũ vno tempore
pertulit. Hũc quidem velim Papienſis in tuũ ſinum placi
de ſuſcipias: dignus eſt enim: quando tuus eſt: in quẽ om ne
genus humanitatis: ac beneuolẽtiæ profundas. Homerũ
vero noſtrum ſeminudũ quidem adhuc: atq; inuolucrem
ardẽtibus iudicii tui radiis aduerſum ſtatuimus: perinde
atq; Aquilam ferũt implumes pullos: & nuper calido ex
ouo prolatos: orienti ſoli obiicere. Quod ſi ille intrepid⁹
ad tuũ radium: nõ conniuenti pupilla ſuffiget intuitũ: re-
feremus eum in nidũ: & vt legitimũ fœtum educabimus:
Sin vero oculorum acies offenſa perſtringetur: veluti alie
num: ac nothũ exponemus. Aut tute ipſum magis: tanq̃
Muſarum hoſtem: proiice & in profluentẽ aliquẽ demer-
ge. Erit enim per quã gratum nobis. Si Rheni fluuii inge
nium imitaberis Quem quidẽ ferunt puſillos Celtarum
infantes intra ſuũ ſinũ coniectos. Siquidem polluta ma-
tris pudicitia ſuſcepti fuerint. tanq̃ impuri lecti vindicem
rapidis verticibus ſuffocare. Quos autem ſenſerit legiti-
ma fœtura editos eſſe placido alueo. Leniter ſuſpendere.
atq; in trementes genitricis manus iterum ſubuehere: ſa-
lutẽm pueri quaſi intemeratæ pudicitiæ teſtimoniũ ferẽ
tem Remittas ergo item tu quoq; Homerũ noſtrum vi-
gientem quidem illum: atq; infantem incõplexum ſolici-

Aquilas pullos explorat

ti parentis: ſi ea tibi eſſe indole videbitur: quæ & ſpei tandem noſtræ reſponderit. & exquiſitiſſimo iudicio tuo faciat ſatis. Sin minus aut Thetidi. aut Veneris largire marito. Vale Muſarum Patrone Et animulū iſtum meū in delitiis habeas rogo.

¶ Angelus Politianus Aſcanio Sfortiæ Vicecomiti Cardinali. Salutem Dicit.

DIu multūq; fateor: dubitaui: an ad te Principē: dominūq; excellentē: homo infimæ ſortis humiliſq; fortunæ literas darem. Quippe a ſcribendo me magnitudo deterrebat tua: quaſiq; radiis quibuſdā noſtræ aciem mētis pſtringebat: Cōtra aūt experta mihi humanitas: clementiaq; vt aliquādo ſcriberē adhortabantur: nimis aūt ſtultū videbat cū tute mihi auctor audēdi fueris: pati ſiue metu quodā intempeſtino: ſiue pudore ſubruſtico. noſtri apud te memoriā exoleſcere. Meminiſti arbitror: venire ad te aliquando viſum: ſalutatūq; vna cū Laurentii Medicis Filiolo: Angelū: neſcio quē Politianū: ipſius magiſtrū pueri. Quē aiebant nōnulli: haud oīno indoctiſſimū haberi hominē: Eumq; apud te capta ex tēpore audacia: de antiquis vrbis operibus: ac ſubſtructionibus aliquādiu fabulari. Ille ego ſum. ſ. Eademq; abſenti vel fiducia erga te: vel audacia ſupereſt: quæ tunc haud defuerat pſenti: Sed eam tamen: nihil eſt: cur mihi quiſquā vitio vertat. Scilicet quæ ex humanitatis tuæ notitia: q̄ ex magnitudinis ignorantia proficiſcatur: Roges quid ſibi hæ quærant literæ. Nempe aliud nihil: niſi vt mei apud te memoriā renouent. Me eſſe hominē tibi deditiſſimū declarent ſperātem maxime in tuo patrocinio: daturūq; operam (ſi res ferat) vt animū tibi meū: fidem: voluntatemq; aliquando probem. Orarem autem (niſi improbum eſt) vt ſi qua de nobis mentio: apud Summū Pontificē oriatur (Orituram ſcio: cū tu voles) oſtendas me illi eſſe hoīem nō ingratum Facile enī ītelligo: quātū tua apud illū valitura ſit auctori

tas. Quoniā quantum iure valere debeat: nō ignoro. Vale Florentiæ. M.cccclxxxv.

¶Angelus Politianus Francisco piccolomineo Cardinali Senensi. Salutem Dicit.

ET ſi ſcio pater Amplissime ita me tuæ debere hūanitati: quā cū iſtic eſſem: egregiā mihi: ſingularēꝗ præſtitiſti: vt ei nullis officiis: nulla opera: labore: induſtriaꝗ mea: poſſe videar ſatiſfacere. Tamen cogitās nihil tam ingrati eſſe animi q̃ diſſimulare quod debeas: cū perſoluere nequeas: decreui aliquid ad te literarū dare. Quibus meū ſenſum aduerſum te: conſcientiāꝗ teſtarer. Ego ſi mihi tecū dandæ. referendæꝗ gratiæ certamen inſtaret continuo ſcilicet manus dediſſem tibi. vtpote cuius etiā in ædibus ipſæ habitant gratiæ. Sed quoniā maior tu es. quā quo noſtri aſpirare conatus queāt: velut imaginariis te quibuſdam officiis pro re: pro copia remuneramur Bene videlicet ſentiendo. loquendoꝗ de te. fauēdo tibi. omniaꝗ bona cupiendo. Quod ſi officia officiis dūtaxat. ac nō voluntate potius. animoꝗ penſantur. fateor ſoluēdo nō ſum. Sin (vt Cicero putat) etiā cū habetur gratia in eo ipſo. quod habetur. refertur. nō vereor. quin ſim quæ debeo ſaltem aīo ipſo perſoluturus. Qui quoniā tibi totus humanitati tuæ merito debetur. totū iam nūc eum. tibi addico. ea lege vt nunq̃ manumittatur. Nos ad hiſtoriam de Romanis principibus cōſcribēdā magno ſpiritu: atꝗ animo adgreſſi ſumus. Et quāuis oram nuperrime ſoluerimus. Paulūꝗ adhuc a portu promouerimus. tamen ferentē nacti ventum. æquo pede prouehimur. Neꝗ dubitamus: quin proſpero Innocenti fauēte numine. cuius ab auſpicio proficiſcimur. perpetuo nobis Alcedonia futura ſint. Te vero obſecro vt ſi quando apud eius ſanctitatem noſtri inciderit mentio (Inciderit aūt quoties tu voles) hiſce me (Si videtur) cōmendes verbis. Angelus hic Politianus, neꝗ malus homo eſt. neꝗ plane indoctus. Ti-

manus dare

Cicero

Soluere ora

bi vero ſancte, pater ita ſtudet. vt nõ ſit fortaſſe indignus
quem tu aliquando reſpicias. Hoc ſatis eſt ipſi. cætera mã
do Deo. Antoni autẽ Lolli familiaris tui orationẽ illam
aureolam de Circunciſione legi nuper. Iterum: atꝙ Iterũ
quã magis legi: tam magis placuit. Græcum autẽ eſt ver-
bum. Ter pulchrũ eſſe: quod ter lectum placeat. Commẽ-
darem tibi eum hoiem: niſi abſurdum: præpoſterũꝙ vi-
deretur cõmendari a nobis illum tibi: quem ita habeas ca
rum: vt tibi me ab ipſo vehementer cupiam commedari.
Vale. M.cccclxxxv.

¶ Angelus Politianus Antoniotto Cardinali Sãcte Ana
ſtaſiæ. Salutem Dicit.

PArum quidẽ tuo nomini libellum dedico: Sed (vt
ſpero) nec inanẽ rerũ: nec inopẽ. Multa & remota
lectio: Multa illũ formauit opera. Titulũ Nutricia dixi-
mus: qua figura & Stat[ill]s Soteria. Plenior hic enim mihi
viſus. & argumẽto cohærentior: quã qui olim placuerat.
Nutrix. Tu vero electus potiſſimũ in cuius appareat noĩe
nõ quo rem tantillam tãtæ virtuti: fortunæꝙ conuenire
arbitrer: aut hoc eſſe deniꝙ putem: quod tuis erga me me
ritis debeatur. Verũ cũ prodire nollet in publicũ liber ſi-
ne patrocinio: tuũ p̄cipue ſibi nomen inſcripſit. Ex quo
tutior foret. atꝙ honeſtior. Quare ſuſcipe quæſo quicqd
hoc eſt mei fœtus: qua me quoꝙ ipſum ſoles humanitate.
Deinceps aũt Plura melioraꝙ forſitã accipies: modo hũc
primũ qſi guſtũ nõ aſpneris Nec eni: l' ignoro vel diſſimu
lo: quãtũ tua mihi apud Innocẽtiũ Põtificẽ Maximũ ſuf-
fragata ſit auctoritas. Cui quidẽ & ipſi cottidie a me ſi nõ
par gratia: certe aliqua tamẽ pro virili parte: ſcribẽdo ſal-
tem: beneꝙ & ſentiendo: & loquendo refertur. Vale Flo-
rentiæ. vi. calen. Iunias. M.cccclxxxxi.

¶ Angelus Politianus Franciſco Epiſcopo Cephaleden-
ſi hiſpano. Salutem Dicit.

NOn cauſã dico: neqꝫ abſolui me poſtulo. Quin ipſe
mihi nigrũ appono calculũ: quod me tibi ſcripturũ
aliquando pollicitus: fidem quã ad menſam etiã hoſpita-
lem dederã: nõ præſtiterim. Ipſum tibi igitur memet no-
xæ dedo. Abduc: vinci: quaſqꝫ eſt cõmodum pœnas irro-
ga. Sed quid agas? Non ego .ſ. ex ingenio emigraui meo.
Sum quippe homo oĩm hominũ ad ſcribendas epiſtolas
pigerrimus: Diem ex die ducens: ac procraſtinator mirifi-
cus: præſertim ſi cũ eis res amicis eſt: quorũ mihi ſit: & hu-
manitas cognita: & explorata facilitas. Tute igit̃ accuſan-
dus: qui ita me iſtic humane habueris: vt oĩm quæ factu-
rus eſſem veniã mihi: & impunitatẽ pollicerer Sed nõ erit
profecto cur mihi in poſterũ ſuccenſeas. Nam ita crebras
literas miſſiculabo: vt eas propediem: aut ne lecturus qui-
dem ſis: aut mihi ſilentiũ imperaturus: De græco aũt adu-
leſcente haud ſane ſatis ex ſententia res cecidit. Illis enim
ipſis quibus Romæ eramus diebus: aliũ ſibi patronũ op-
tauerat Nos tamẽ haud quaq̃ deſ[illegible]timus: ꝓpter eos: quo-
rum cõſilio fretus eſt. hoĩem illinc potioris ſæpe cõditio-
nis electare. Sed vercor ne ſi ad nos defecerit: tamẽ dies p̃-
uertatur: qua tibi in Siciliam ad tua procuranda negocia
ſit abeundũ. Laurentius Medices magnopere his diebus
ex inteſtinorũ doloribus laborauit. Qui nũc: vt plane li-
beratus eſt: ita nõ plane recreatus De te vero apud illum
ſtatim vt huc peruenimus: multũ ſumus diligentiſſime lo-
cuti: ſperamuſqꝫ nos illius in te amori: & ſi erat antea quo-
qꝫ meximus: nõnihil tamen addidiſſe cumuli: tuis in nos
officiis exponendis. Vale. Florentiæ. M.cccclxxxv.

Angelus Politianus Epiſcopo Siluenſi. S. D.

ET doctrina quædã nõ vulgaris: cum nihil haud du-
bium ſpecimen: & ſingularis quædã humanitas: cu-
ius õneis impleuiſti aduerſum me numeros: exigere qua-
ſi ſuo iure, aliquid a nobis videntur literarum: quæ noſtri

apud te memoriã foueant: nec tam plane refrigeſcere pa-
tiantur. Noſtra aũt cautio eſſe debet: ne diutius: q̃ par eſt:
hoiem. ſ. occupatiſſimũ teneam⁹. Itaq̃ rem ipſam in pau-
ca conferemus. Ego me p̃ſtantiſſimo dño Cardinali Oli-
ſipponenſi Germano tuo viro excellentis ingenii: doctri-
næ. atq̃ humanitatis tantũ debere intelligo: quantũ nunq̃
ſim perſoluturus: etiam ſi me oppoſuerim pignori: aut ſi
bonorũ omniũ meorũ: atq̃ adeo ipſius capitis fecerim au-
ctionẽ. Quare aut decidã cum ipſo oportet: aut certe ad-
dicar. Atq̃ ego quidem addici malo: vt illius mihi pericu
lo viuendũ ſit: nõ meo: ſed heus tu. agas cũ eo tamen te ro
go: vti de nobis apud Pontificem (vbi occaſio tulerit) ita
aliquã faciat mentionẽ: vt intelligat eius ſanctitas: nos eti
am tanti viri iudicio nõ improbari. Neq̃ tu aũt abſurdũ
ineptũq̃ putaueris: ſi quo magis debemus: magis etiã de-
bere nos poſtulamus. Mos hic videlicet debitoribus: cum
ſunt maxime obruti ære alieno: tũ pecunias maxime mu
tuãtur. Sed hæc hactenus. Nequeo aũt: quin obiter cõmẽ
dem Phædrum noſtrum: hominẽ candidiſſimi animi: ele
gantiſſimiq̃ ingenii: tibiq̃ in primis deditum. Scis eum
minime dubitare: quin aliquãdo hortatu impulſuq̃ tuo
adduci Cardinalis tuus poſſit: vt cum Pontifice de hero-
logio illo aliquid explicetur. Quæ ne ſpes eũ fruſtra ha-
beat (ſi qna modo copia ſit) etiam atq̃ etiam te rogo.
Vale.

¶ Angelus Politianus Ioanni Petro Arriuabeno Vrbina
ti Epiſcopo. Salutem Dicit.

ET ſi nũq̃ dubiũ fuerat: quin tibi omni laude p̃ſtan-
ti viro: nulli nõ honores iampridẽ: dignitateſq̃ de-
beretur: tñ poſtea q̃ auditũ eſt præſulẽ te eſſe Vrbinatẽ fa
ctum: tanta vniuerſi quidẽ: ſed præcipue qui literarum ſa
crã veneramur: affecti lætitia ſumus: vt inexpectatũ pro-
pe: nec ſpe vlla: quaſi dixerim præcontrectatũ contigiſſe
hoc nobis gaudium videatur. Etenim cũ timere iam inci-

peremus: quicūq; tibi vnice ſtudemus. Ne qui dilatus a
fortuna fueras: etiam plane præteritus fuiſſes. Quo gra-
uior ille fuerat: atq; indignior metus: Eo nūc & maior læ-
titia: & iuſtior: poſtq̄ is euanuit: oborta eſt. Ad hanc autē
quaſi publicā tanti gaudii: priuata etiā mihi: & pecularis
accedit cauſa. Quod eum prouehi ad īgētes titulos aſpi-
cio virum: cuius mihi & auctoritas: & humanitas duriſſi-
mis etiā meis tēporibus ita ſuffragata eſt: vt tantū creſce-
re ſpes mea & fiducia: quātū tua vel fortuna: vel dignitas
merito debeat. Quapropter in hac animi mei præcipua
quadā voluptate: præcipuam quoq; gratulādi rationē de-
ſiderarem: niſi tecum mihi hoc eſt cū homine peritiſſimo
res eſſet: Cuius inſignis prudentia (ſicuti credimus) qua-
[Adagiu] ſi lynceis oculis in ipſa quoq; hominū præcordia intro-
[lyncei oculi] ſpiciat. Illud autē neutiq̄ omiſerim: videri mihi Innocen-
tium Pontificē Maximū: ceu via quadam regia: ad imor-
talem glorā contendere: qui Viros augeat honoribus: &
[prouerbiu] * eruditos: & graues: nec delitēſcere ſub modio (Quod di-
citur) præclarū virtutis lumen patiatur. Nam: vt omittā
cæteros: inq; his Hermolaū Barbarum meū quē tanto ſtu-
dio Pontifex ornandū ſibi prius: mox aūt tuendū quoq;
defendēdumq; ſuſcepit. Etiam nuper Hieronymū ipſum
Balbanū audio præſtantē doctrina: & moribus hominē:
tecum pariter Præſulem eſſe factū: quo nobis excellentis
huius lætitiæ ac voluptatis ingens hinc etiam: quaſi cu-
mulus accederet. Cui tu quidē velim (ſi pateris) meo quo-
q; nomine gratuleris. Vale.

¶ Angelus Politianus Leonello Epiſcopo Concordienſi
Salutem Dicit.

FRanciſcus Soderinus Volaterranus Pontifex Epi-
ſtolam nuper mihi ad ipſum tuā ſuper Miſcellane-
is noſtris oſtendit: in qua certare dubia palma inter ſe: do-
ctrina mihi: & humanitas videbātur. Ac doctrinā quidē
nō modo ipſe ſtilus exibebat: elegans: ornatus: & grauis.
Sed illa etiam multo magis: q̄ mihi abs te de auctore ſtro-

ſmateon Clemente obiciebantur. Humanitatis autē certiſ
ſima illa viſa ſunt iudicia Quod vir & auctoritatis maxi
mæ: & ſortis ampliſſimæ. multiſq; & magnis agendis re-
bus occupatus. etiam nō nihil ad te pertinere putaſti: qd
ego in meis aliquādo libris tenui fortuna homūcio retu-
liſſem. Mitto autē q̄ benigne: q̄ blande. q̄ verecūdæ: q̄ amā
ter: q̄ lente etiam: & cūctanter erratum illud ita enim vide
batur: noſtrū protuliſti. Q nam multis me prius laudib⁹:
etiam ſi eloquentius longe: q̄ verius adobruiſti. Mitto: qd
& Soderium delegiſti: qui mihi rem potiſſimū ſignifica-
ret: quo viro nec grauior: nec prudentior: nec item huma
nior. Sed nec mihi amicior quiſq̄ deligi potuit vt ſi me li-
teræ illæ tuæ offendere aliqua ratione potuiſſent: hac vna
tantū potuerint: quod nimiū ſolicitus videbaris: ne alior
ſum fortaſſe acciperem: quod obieceras. Ego mi Leonelle
nō modo in iis: quæ hactenus edidi: ſed & quæ ſcribere de
inceps conor omnibus hoc teſtatū volo: nihil mihi eſſe
prius veri ſtudio: & recti. Si ſponte hoc aſſequor bene ha-
bet. Sin minus: at ab aliis & placide admoueri gaudeo: &
aſpere caſtigari non recuſo. Quin vt illis habeo gratiā: ſic
iſtis nō iraſcor: honeſtius ducens aliquando doceri: q̄ ſem
per neſcire. Non: n. tam turpe refelli: q̄ pulchrum corrigi.
Quod aūt ad Clementē attinet. Artificis librarii vitium
nō auctoris eſt. Is in exēplaribus noſtris quædā male (vt
fit) aut inducta. aut deleta repererat. Eaq; tamē pro rectis
ac legitimis incōſulto excudit. Ita neceſſe habui curare p
tinus: vt errata ipſius omnia: niſi quæ relegentem fefelle-
rant. primis ibidem paginis imprimerentur. In eas tu for
taſſe paginas nondū incideras cū locum notaſti. Quas ta
men ſe ait eueſtigio miſiſſe ad te Volateranus Pōtifex: eti
am anteq̄ tuas mihi literas oſtēderat. Ibi igitur primo ſta
tim capite correctum hoc a nobis erratum reperies. Nec
vero vllis opus eſt ad hanc rem: vel Euſebiis: vel Hierony
mis. Ipſos enim: & legimus græcos: & excerpſimus octo
Alexandrini Clementis libros: qui ςρωματεῖσ appellan
tur. In quis alterius etiam Clementis (Quod vere ais)

Romani Pontificis identidem teſtimonia citantur. Reli
quum eſt vt agam tibi gratias. Ago igitur q̃ poſſum maxi
mas: vt tibi me deditiſſimũ profitear. Profiteor: & quidẽ
ex animo. Sed & rogo te etiã: atq; etiã adhuc: vt ſi quis lo-
cus apud te vacat: numeres me quoq; inter tui ſtudioſos.
Poſtremo quoniã verbis honorificẽtiſſimis in tua epiſto
la Cardinalis Alexandrini feciſti mentionem: cuius ſæpe
mecũ de literis: & vita Ioannes Picus Mirandula meus di-
uine loqui ſolet. Ei me quoq; (Si fas eſt) velim des aliquo
pacto Clientelam. Vale.

Angelus Politianus Paulo Corteſio ſuo. S. D.

REmitto epiſtolas diligentia tua collectas In quibus
legendis (vt libere dicam) pudet bonas horas male
collocaſſe. Nam præter omnino paucas: minime dignæ
ſunt: quæ vel a docto aliquo lectæ: vel a te collectæ dican
tur. Quas probem: quas rurſus improbẽ: nõ explico. No
lo ſibi quiſq;: vel placeat in his auctore me vel diſpliceat.
Eſt in quo tamen a te diſentiã de ſtilo nõ nihil. Non enim
probare ſoles (vt accepi) niſi qui liniamenta Ciceronis ef
fingat. Mihi vero longe honeſtior Tauri facies: aut item
Leonis: q̃ Simiæ videtur: quæ tamen homini ſimilior eſt
Nec iĩ: qui Principatũ tenuiſſe credũtur eloquentiæ: ſimi
les inter ſe: quod Seneca prodidit. Ridentur a Quintilia
no: qui ſe germanos Ciceronis putabãt eſſe: quod his ver
bis periodum clauderent: eſſe videatur. Inclamat Hora-
tius imitatores: ac nihil aliud q̃ imitatores. Mihi certe: qui
cũq; tantum componũt ex imitatione: ſimiles eſſe vel Pſi
taco: vel picæ vidẽtur proferentibus: quæ nec intelligunt
Carent eni quæ ſcribũt iſti viribus: & vita: carent actu: ca
rent affectu: carẽt indole: iacent: dormiũt: ſtertunt: Nihil
ibi verum: nihil ſolidũ: nihil efficax. Nõ exprimis inquit
aliquis Ciceronem. Quid tum? Non eni ſum Cicero. Me
tamẽ (vt opinor) exprimo. Sunt quidã præterea mi Pau
le: qui ſtilum quaſi panem fruſtillatim mendicant: nec ex

die ſolum viuūt: ſed & in diem: tum niſi liber ille præſto
ſit: ex quo quid excerpant. colligere tria verba nō poſſunt
Sed hæc ipſa quoq; vel indocta iunctura: vel barbaria in-
honeſta contaminăt. Horum ſemper igitur oratio tremu
la: vacillans: infirma: videlicet male curata: male paſta.
Quos ferre profecto non poſſum. Iudicare quoq; de do
ctis impudenter audentes: hoc eſt de illis: quorū ſtilum re
condita eruditio: multiplex lectio: longiſſimus vſus diu
quaſi fermentauit: ſed vt ad te redeam Paule: quē penitus
amo: cui multum debeo: cuius ingenio plurimū tribuo:
quæſo ne ſuperſtitiōe iſta te alliges. vt nihil delectet quod
tuū plane ſit. Et vt oculos a Cicerone nūq̄ deiicias. Sed cū
Ciceronem. cū bonos alios multū. diuq; legeris. contriue-
ris. edidiceris concoxeris. & rerum multarū cognitione
pectus impleueris. ac iam cōponere aliquid ipſe parabis:
tum demū velim (quod dicitur) ſine cortice nates. atq; ip
ſe tibi ſis aliquando in conſilio. ſollicitudinēq; illam mo-
roſam nimis. & anxiam deponas effingendi tantūmodo
Ciceronem. tuaſq; deniq; vires vniuerſas periclitaris. Nā
qui tantū ridicula iſta. quæ vocatis liniamenta contēplan
tur attoniti: nec illa ipſa (mihi crede) ſatis repreſentant.
& impetum quodămodo retardant ingenii ſui. currenti
que velut obſtant & (vt vtar Plautino verbo) remoram fa
ciunt. Sed vt bene currere nō poteſt. qui pedem ponere ſtu
det in alienis tantū veſtigiis: ita nec bene ſcribere: qui tāq̄
de præſcripto nō audet egredi. Poſtremo ſcias infelicis eſ
ſe ingenii. nihil a ſe promere. ſemper imitari. Vale.

¶ Angelus Politian⁹ Baptiſtæ Mantuano Theologo Car
melitæ Suo.

NEc dubito quin amer abs te: nec exigo quod ſit incō
modum. ſed nec officio literarum metior amicos:
quippe quod & ab inimicis præſtari ſolet. Gratulatione

tua ꝗ philoſophie. ſim dedit⁹ ipſe mihi medi⁹ fidi⁹ ita gra
tulor daturus vt operã ſim quo poſſis in dies magis meri
to mihi gratulari. Sed adoleſcens hic tuus conſilio noſtro
ſi fuiſſet vſus. magis fortaſſe ſuis rationibus conſuluiſſet
Nũc quoniã cõſilio noluit (vt fruſtra auguriũ) credo nec
opera iam volet vti. Verũtamen ei cupio ſcribas. vt a me
expectet omnia. tui quidẽ cauſa. Nihil enĩ moleſtius. quã
fuiſſe hunc mihi abs te fruſtra commendatũ. Vale.

¶ Angelus Politianus Matthiæ dei gratia iuictiſſimo Pã
noniæ Regi. Salutem Dicit.

CVm ſuperioribus diebus Ego. & Philippus Valor
Florentinus præſtãs vir. tuæꝗ maieſtati deditiſſi-
mus. de noſtri ſæculi principibus caſu loqueremur: ac tu
primus nobis inuictæ. Rex: imo vero ſolus occurriſſes:
quẽ videremur audacter cũ quouis laudatiſſimo veterũ
poſſe conferre: caſtigauit ille me verbis amiciſſimis. Q ꝺ
nunꝗ tibi: aut lucubrationes vllas noiatim dicauerim: aut
epiſtolã ſaltem ſcripſerim: quo tibi: ſi non ingeniũ quod
cũꝗ: doctrinaꝗ mea: certe animus tamẽ: ac volũtas inno-
teſcerẽt. Etenim te Regẽ tẽporibus eſſe noſtris aiebat vnũ
(quod ego illi facillime aſſentiebar) in quo vel maxime ce
lebrando: labores: induſtriã: vigiliaſꝗ ſuas omneis pone-
re literati hoĩes certatim debeant: vt in cuius egregiis: im-
muneriſꝗ laudibus habeat vtriuſꝗ linguæ facultas vbi li
berrime poſſet: & velut in parentibus campis exſpatiati.
Quare ſumpſi animũ (fateor) de ſermone prudentis: &
amici viri: glorioſiſſime Rex: cũꝗ animo ſtati ſumpſi ca-
lamũ: videlicet in hoc: vt tuas eximias virtutes honore ſal
tem quocunꝗ ſtili mei proſequerer. Sed cum ſe mihi illæ
tam multæ: magnæ protinus obtuliſſent: vt facilius mun
dum pugillo poſſe crederem: ꝗ eas epiſtolæ breuitate cõ-
plecti mutato protinus conſilio: dilatis pauliſper tuæ
claritatis præconiis ſtatui dumtaxat in præſentia ſigni-

ficare tibi me quoq; vnũ Rex e multis eſſe: qui magno ani-
mi fauore te venerer: dariq; mihi occaſionẽ celebrandi tui
nominis concupiſcã. Non quia me ſperem naturali facũ-
dia parem tuæ laudi fore: ſed quod eſt a ſapientibus hoĩ-
bus obſeruatũ: nõ minus animi vires aliquãdo: q̃ ingenii
valuiſſe. Quo circa ſi qd erit Inclyte rex: in quo tibi mea
gratificari profeſſio poſſit: rogo: obteſtorq; perinde vta-
ris opera noſtra: quaſi vnus ex eo ſim numero: qui regni
tui finibus cõtinentur: vt autem Dinocrates ille nobilis
Architectus Herculeo ſe ſe habitu ius dicenti obtulit Ale-
xandro: cũq; ſe cogitationes: ac formas afferre dignas illo
Rege. videlicet Atho montẽ ſtatuæ virilis effigie figuran-
dum docuiſſet. ita Regiam cõmendationẽ videlicet ade-
ptus eſt Idem mihi ego quoq; vſu venturum ſperaui Rex
magne: ſi pro Leonis pelle nõ obſcuram indolem: pro cla-
ua nõ abſurdum ingeniũ: pro Corona populea: nõ incele-
brem doctrinæ mediocritatẽ: pro vaſtæ illius molis com-
poſitione multiplices tibi linguæ vtriuſq; figuras obtuliſ-
ſem. Nec enim minor quo vis Architecto putandus. qui
ſtudiis iſtis liberalibus claruerit. niſi forte diuti' Marmo-
ra: & cementa reſtitura vetuſtati: q̃ litterarũ monumenta
confidimus. Nec tu profecto Macedoni Alexãdro (ſit ve-
ro venia) iure ceſſeris Matthia Rex ſeu victorias eius: ſeu
beneficentiã conſideres. Quæ duo prima tanto in Rege
fautrix miratur ãtiquitas: niſi forte credimus Arabas In-
dos. Armenios. Chaldeos: molliſſimas: fugaciſſimaſq; gẽ-
tes laborioſius vinci: q̃ Turcos: & Myſios: & Triballos: &
Illyrios: & Liburnos: & Boemos: & Rhetos: & vindelicos
& alias item bellicoſiſſimas nationes. Quarũ ipſa quoq;
nomina Martiũ ſonãt: niſiq; plus eſſe putamus quod vnũ
aut alterũ donauit ille bene de ſe meritis hominibus oppi-
dum: q̃ quod in omniũ pene ſinus quoſcũq; dos aliqua in-
genii: virtutiſq; nobilitat: e tuis iſtis beneficis manibus
quaſi perenne fluit aurũ ſemper: vt aqua de fontibus: & in
maximã venire iam quæſtionẽ cœpit illud. Vnde nam ti-
bi tanta iſta: tamq; inexhauſta diuitiarum copia: ſic omni

bus vſquequaq; largienti: quãquã facile a prudentibus in
telligitur: quæ pleriq; alii Principes in ſuas cupiditates:
ac libidines profundant: ea te tantũ: vel in ædificiorũ no
biliſſimas ſubſtructiones: vel in vſus publicos: vel in hanc
poſtremo: de qua nũc agimus beneficentiã cõferre. Qua-
propter vehementer cupio labore aliquo meo tuam celſi
tudinem demereri. Cupio ſtudiis: ingenioloq; meo. Si
detur commendare me tibi Rex inuicte. Qui ſin vero.
Quemue ĩter literatos locum teneã: malo equidẽ ex alio
rum tibi: q̃ ex meis indicari verbis. Tantũ dixero me Lau
rentii Medicis magni: ſapientiſq; viri: tuarũ virtutũ ſtu-
dioſiſſimũ: non diligentia minus: q̃ liberalitate: de obſcu
ro tenuiq; loco: qui naſcentem ſuſceperat: in aliquam cer
te lucem: dignitatemq; nullis adeo niſi literarum admini
culis perueniſſe: profiteri iam multos annos latinas Flo-
rentiæ literas magna (quod omnibus notũ eſt) celebrita-
te. Sed & græcas ex pari cũ græcis. quod neſcio an alteri la
tinorum (dicam enim audacter) mille circiter annos ante
contigerit: ſtilum deniq; ſic ipſum per omnia pene mate-
riarum diuerticula duxiſſe feliciter: vt (quod erubeſco)
q̃q̃ pene teſtatum referre cũctos ferme: quicunq; in literis
ætate mea claruerunt habere meruerim laudatores. Atq;
hæc ego de me Rex indulgentiſſime: nouo. ſ. & periculo-
ſo more: multorũq; reprehenſionibus obnoxio: ſimplici
ter tamen: ſed & vere. nec. n. hoc niſi: & illud ad te ſcribo:
quod deliberare ſecum tua ſapiẽtia: velntiq; præſcribere
poſſit (modo nõ hæc aſpernetur) vbi nos potiſſimũ. ſ. in
tuæ ſpem gratiæ noſtri neruos ingenii contendamus. Si
quid igitur ipſe mandaueris obibo libens: ſin minus: eli-
gam tamen pro iudicio: captuq; meo: quod tibi fore arbi
trer quã gratiſſimũ. Bibliothecã video iam pridem cõpa-
ras omniũ (ſicut expectamus) nõ ornatiſſimã ſolum: ſed
etiam copioſiſſimã. Poſſumus igitur multa (ſi res poſtu-
let) e græco vertere in latinũ tibi: multa que rurſum qua-
ſi noua cudere. Quæ nec ab eruditis forſitan reſpuantur
Regiam conſtruis idem longe magnificentiſſimã: forum

que tuũ ſimulachris omne genus vel æneis: vel marmoreis exornas Nec aũt ceſſant vbiq̃ terrarũ nobiliſſimi Pictores tabulas tibi pulcherrimas viuis animare coloribus Et iſta ergo poſſumus: te iubente: nõ erubeſcendis illuſtrare carminibus. Iam bella: & paces mandare victuris vtriuſq̃ linguæ monumẽtis: & hiſtoriæ molli filo contexere pridem didicimus: tum vel vndãti ſolutæ vocis eloquio: vel immortali muſarũ cantu totam poſteritate ſacris implere præconiis. Quin philoſophiæ feria ne defuerint cupienti. milleq̃ iocis tediũ ſubinde: mille ꝑfecto argutiis fefellerimus. Nec aũt vendito iſta tibi: dum ſic indico. Nec mihi referri ob ea gratiã quæro. Sed abũde relatã putabo ſi placuerit ex me tibi: nõ dicam res ipſa: ſed animus: vt autem guſtũ ſumere aliquẽ iam nũc vigiliarũ noſtrarũ: poſſis. En poema tibi multa lima cruciatũ: quod laudes Poeticæ: quod hiſtoriã continet oĩm fere vatum. Sed & mittam cõmentarios paulo poſt in id opus copioſiſſimos. In quibus quicquid de varia: multiplicíq̃ lectione cõdidim⁹ explicabitur. Ac (niſi me dulciſſimus amor ſuſcepti laboris fallit) tantas ex hoc libello velut e Theſauro diuitias proferemus: vt magna ex parte ſtudioſæ iuuentutis quædam veluti inopia releuetur: ac tum deniq̃ puto quiuis intelliget q̃ multis iſta mihi lucubrationibus conſtiterint. Quare ne q̃ſo numeret Angeli Politiani carmina lector: ſed ponderet. Tu vero Mathia Rex Regũ prorſus omnium celeberrime dũ tibi cõmentarios quoq̃ multiplici pagina ſurgentes euigilamus: accipe hũc interim rogo libellum vultu quo regem decet hoc eſt ſereno. & hilari Quẽ tibi videlicet ego ſi nõ eruditiſſimus. at certe tuo nomini deuotiſſimus homo. quaſi Deo donũ religioſa mẽtis. atq̃ animi pietate conſecraui. Vale.

¶ Angeli Politianus Bernardo Riccio ſuo. S. D.

ACcepi verſiculos tuos ingenioſos: elegantis: venuſtos: facilis: ſed ita tamen affectibus plenos: vt eos

nõ fictos quemadmodũ tu tuis: ſed veros eſſe amatorios
existimẽ Delectatus lectione ſum: ſed & admiratus admo-
dum ſuperfuiſſe tibi tempus in hos tam delicatos luſus a
publico munere: quod & diligenter obire diceris & prudẽ-
ter: Quod autẽ me rogas vt eos angulo cuipiam ſecretio-
ri ſolus inſuſurrẽ: mox vero domi ſeptos: & incluſos ha-
beam: q̄q̄ tibi rebus omnibus obſequi ſtudeo: tamẽ in hoc
vno minus obtemperabo: nequid amor ſucceuſeat: ſi reti-
neã tam bellos ipſius miniſtros: & velut in ergaſtulo ſup-
primã. Sed de verſiculis alias. ſcribis aũt per multos iſtic
eſſe: qui Ioannẽ Picum Mirandulã laudari a nobis in co-
gnitione rerum: ſtudioq; ſapientiæ: nõ moleſte ferãt: tidẽ
tamẽ ornamenta dicendi. ſplendorem quæ illi quaſi ora-
toriũ tribui vix patiantur. Itaq; rogas vt ipſius vel epiſto-
lam tibi mittã: vel breue aliquod omnino ſcriptũ: quod
circũferre tecum poſſis: & oſtentare: ne tuis tãtum verbis:
aut illius æſtimatio propugnanda ſit. aut noſtra fides ab-
ſoluenda. Gero equidem morem: deſcriptãq; tibi epiſto-
lam Pici mitto qua barbaros philoſophos aduerſus Her-
molaum barbarũ: ſed nihil minus q̄ barbarũ: defendit ſi-
mul ipſius Hermolai reſponſum luculente ſcriptũ: quo
conferre vtriuſq; ſtilum: genuſq; dicendi poſſis. Aeſtima-
bis igitnr ex hac Epiſtola Picum: ſed vt Leonẽ (quod græ-
ci dicũt) ab vnguibus. Etenim ſolitus ille tractare ampla
quædam ſemper: & ſcribere. quod opera illius indicabũt
magnis de rebus: quæ domi clauſa cottidie matureſcunt:
ad argumenta deinde minora hæc: & leuiora vix exiguã
partem conferre ſuarũ viriũ dignatur. Quapropter hanc
ipſam epiſtolam tam plenã: tam ſpiſſam: tam diuitẽ pau-
cis antemeridianis horis ex tempore ꝑpe dictauit: In qua
tamen (vt videbis) electa verba: caſta latinitas: atticus ni-
tor: iunctura tenuis: numeroſus ambitus: grata concinni-
tas: hilaris color: pura venuſtas: ornatus facilis: agentes fi-
guræ: ſenſus acres: apta exempla: multa fides: argumenta
fortia: graue conſiliũ: ſubtile iudiciũ: vis alta: indoles ra-
ra: mira maieſtas. Sed hoc vſu plerũq; venit: quod & Mar

cus Cicero quodam loco ſcibit: vt in rebus diuerſis eun-
dem præcellere nolint hoies itaq; Picus noſter: quoniã fi-
dem fecit apud oẽs diu: quantũ emineat in ſtudio ſapien-
tiæ: pro quo ſunt illi maxima bella pugnata: nũc impetra
re nõ poteſt: cũ ſit eloquentiſſimus: vt in dicendo ſaltem:
nec incultus oĩno: nec inelegãs habeatur. Sed qui deinceps
ſequentur dies (vt Pindarus inquit) teſtes erũt ſapientiſſi
mi. Tibi tamẽ interim ſtudioſo videlicet vtriuſq; noſtrũ:
qnaſi de lacu muſtũ: quod deguſtes: hanc illius epiſtolam
propino. Quæ diſplicere nõ debet: propterea q̃ eloquen
tiam deſtruit. Deſtruit.n. ſic eloquenter vt adſtruat hoc
ipſo: quod deſtruit. Ita nihil eloquentiã deſtruere præter
eloquentiam poteſt: ideoq; nec ipſa poteſt quoniã. ſ. hoc
quoq; poteſt: quod oĩno nõ poteſt. Vale.

¶ Angelus Politianus Iacobo Antiquario ſuo: S. D.

EPiſtolam qnã tu dederas ad Ricciũ: protinus vt ac
cepi legendam Pico miſi. Quoniã pertinere magis
ad ipſum: quã ad me viſa eſt: vt in qua laudor ego abs te:
nihil ob aliud: niſi quia Picum laudo. Quod qui nõ facit
aut omnino brutus: aut inuidus eſt. Scripſit igitur homo
omniũ gratiſſimus & ipſe ad te hãc epiſtolam ſtatim: quã
tibi nũc mitto: doctam (ſicuti videbis) acutam concordatã:
plenamq; humanitatis. In qua facile perſpicies quanti nõ
modo officiũ tuum: ſed & voluntatẽ fecerit. Interim con
ſules tuis pariter: noſtriſq; rationibus: ſi laudanti putabis
ei credendum: qui mentiri fere ſit neſcius: etiam in ami-
corum laudibus. Ego certe me vere laudatũ ſoleo credere:
quoties a Pico laudor: Multoq; nunc verius: quia tecũ lau
dor: niſi (quod opinor potius) in te laudando veras om-
neis laudes exhauſit: ac iam falſis vtitur. contentus veris
in te: quibus abundat. Vale.

¶ Angelus Politianus. Ioanni dei gratia inuictiſſimo Re
gi Portugalliæ: & Algarbiorũ citra: & vltra mare In Afri

AN. POLITANI:
ca: Dominoq; Guineæ. S. D.

QVanq̄ nec fortuna mea nec eruditio: nec vlla oīno virtus eiuſmodi eſt: vt licitū mihi putem ſcribere ad te Rex inuicte: tāta me tamē dignitatis: ſplēdoris: gloriæq; tuæ: tantaq; laudum tuarū iam per oīm ora volitantium perculit admiratio. vt ſponte ſua calamus ipſe meas exhibere tibi literas: teſtari animū, ſignificare voluntatem gratias agere deniq; totius ætatis noſtræ nomine geſtiat. Quæ nūc virtutū tuarū pene cæleſtium beneficio. iam cū vetuſtis ſæculis. iamq; cū omni fortiter audet antiquitate contendere. Nam profecto ſi breuitas hoc epiſtolaris. aut ſi ratio temporis pateretur. ipſa me faceret audacem veritas. vt oſtendere tentarem. nullius vnq̄ veterū. nec laureas nec auratos currus. cum tuis poſſe. rebus. factiſq; prorſus immortalibus comparari. vt enim quæ pene puer. aduerſus impias Africæ cōtumacis gentes prælia geſſeris. vt fuſos diuerſorū hoſtiū validiſſimos exercitus. vt capta oppida vi prædas abactas: impoſitas nationibus aſperrimis leges vt item domeſticas artes: & decora pacis minime bellicis conceſſura prætertrem. Quanta ſe mihi tandem rerum vix credibiliū facies aperiret: ſi laceſſitos cōfractoſq; remigio tuo rudes: intactoſq; prius oceani tumentis fluctus cōmemorarem: deſpectas Herculis metas: redditum ſibi ipſum: qui fuerat interuulſus: orbem terrarū: barbariamq; illam ne rumoribus quidem nobis antea ſatis cognitam: fatuā: immanē: incultā: ſine more: ſine lege: ſine religione ferino prope ritu degentē: nūc humanitati: nūc vitæ. nūc docilitati: & cultui: nūc etiam pietati reſtitutā: porro mihi tum narrandi locus idoneus hic eſſet. Quantæ noſtris hominibus illinc inuectæ cōmoditates: q̄ larga cōpendia: quā multa importata viuendi ſubſidia. quāta etiam veteribus hiſtoriis acceſſio facta: quanta rebus antiquis: olim ſane vix credibilibus adiecta fides: quantaq; rurſus eiſdem ſit admiratio detracta. Tum mihi etiā Plato ille magnus: & Aegyptiorū compares ſæculo annales:

omnī mendacii ſuſpitione forent abſoluendi: qui de iſti-
us a te perdomiti oceani: magnis quibuſdam exercitibus
nō magno tamen aſſenſu: meminerunt. Ergo & macedo-
nem iure ingenuiſſe Alexandrum faterer: qui mūdos ad
huc alios: ſuis reſtare victoriis ſuſpirabat Etenim quid tu
aliud obſecro. Rex nobis: q̄ terras alias: mare aliud: alios
mundosqꝫ: aliaqꝫ poſtremo ſidera: non magis inueniſti: q̄
ab æternis: & a veteri pene dixerim chao ruiſus in hanc
publicam lucem protuliſti? Sed quorſum hæc ego nunc
tam multa? Nempe vt te rogem: nō ſæculi modo iſtius:
ſed omnis etiam poſteritatis: omniū gētiū verbis: ne peri-
re rerum tantarū ne ve intercidere conſecrandam ſcilicet
æternitati memoriā patiaris: quin ferrea doctorū homi-
num: atqꝫ adamātina potius ſignari iubeas voce: quæ nec
æui quidem tacite ſe voluentis edaci dente conſumitur:
& cur autem qui virtuti faueas: nō & comiti virtutis glo-
riæ faueas? aut cur vnus generoſi maxime ſpiritus animi
qꝫ Rex: nō hanc: inſtabilem vitæ humanæ breuitatē: quæ
ſic exigua ſpe: tenuiqꝫ pendet: quæqꝫ tam anguſtis limiti-
bus concluditur: immortali gloriæ ſemper florentis cur-
riculo promoueas? Cur nō memoria rerum maximarum
vel ad ſucceſſores tuos propagetur: vt præclara iſta faci-
nora: caritura ſemper exemplis: ad inſtitutionem quoqꝫ
ipſorum: regulamqꝫ proficiant: Cur non aliquā rogo for
mulam natis: nepotibuſqꝫ deinceps tuis relinquas: ne q̄s
ab hac vnq̄ perenni: conteſtataqꝫ maiorum virtute dege-
neret: cuius ad inſtar illorum potiſſimū regalis effingatur
indoles? Cur non poſtremo cæteri quoqꝫ ſub omni: qua
latiſſime patet ambitu cæli naſcituri principes habeāt ex
te: ſi nō quod imitentur: at certe quod admirentur? Nihil
autē intereſt vtrum pulcherrimos: quiſpiā filios gignat:
nec cibis tamen enutriat: an ingentia edat facinora: nec li-
teris tamen illuſtret. Abſit hoc: abſit excellentiſſime rex:
vt tuæ iſtæ immortalitate digniſſimæ laudes: in vaſto il-
lo noſtræ fragilitatis aceruo deliteſcant. In quo videlicet
oīm labores obruti iacent: quicūqꝫ doctiſſimorū virorū

ſuffragiis caruerũt. Memineris Alexãdri: Memineris Cæ-
ſaris. quæ duo nobis præcipue noĩa faſtoſa vetuſtas obie-
ctat. Quorũ videlicet alterius nobilis illa ad Achillis tu-
mulum fertur exclamatio: fortunatũ vocantis adoleſcen-
tem: qui ſuarũ laudum præconem Homerum inueniſſet
Alter etiam in procinctu: ac pene in acie quoꝗ ipſa: rerũ
ſuarum cõmentarios: ita diligenter conficiebat: vt nihil a
quoꝙ tam putetur accurate perſcriptũ. quod nõ illorũ pu-
riſſima elegantia ſuperetur. Hi tibi ſunt igitur inſequẽdi
ſaltem rex optime: quos longo interuallo in cæteris ante-
cellis. Atꝗ id quidem tum deniꝗ vere a me. nec adulandi
ſtudio dictum intelliges. cũ tute rex in temetipſum diui-
næ mentis aciem reflexeris. cũ tanti honoris. tantæ maie-
ſtatis. tanti deniꝗ iſtius imperii pulcherrimos titulos. in-
tentis (quod dicitur) oculis perſpexeris. quãtumꝗ tene-
as in rebus humanis faſtigiũ toto penitus obtutu conſide-
raueris. Etenim Luſitaniæ te regem cernes: hoc eſt (vt ſe-
mel dixerim) Romanæ multitudinis: cuius olim tã mul-
tis (ſicut accepimus) coloniis iſta potiſſimũ regio frequẽ-
tabatur. Cernes Africæ te vindicem: que tertia pars orbis
magna ſui parte iam per te catenis exuta barbaricis: etiam
indies magis: magiſꝗ plenæ libertatis expectatione triũ-
phat. Cernes eundẽ te vaſti illius: & indignãtis oceani do-
mitorem: cuius ad primos quoꝗ impetus: etiam dormi-
tor orbis Hercules expauit. Occures tute tibi ſanctæ chri-
ſtianæ fidei: veræꝗ religionis propugnator: ac maximus
aduerſus Maumeticã perfidiã: pacis: armorũꝗ arbiter: ra-
biem illã teterimã ſola Maieſtate ꝓſternens: ſolo nomine:
ſolo virtutis miraculo grauiſſima bella conficiens. Ideꝗ
mundi alterius ſequeſter: & ianitor: tot illos ſinus: tot ꝓ-
mõtoria tot littora. tot iſulas: tot portus: tot oppida: tot
maritimas vrbes: vno veluti pugillo cõcludẽs: & numero-
ſiſſimas nationes pene ſub manu tenens: ad quas antea
tamen: ne ipſius quidem famæ quamlibet præpetes alæ
peruolarunt: quid illa? Quanta ſunt obſecro: quod te
viſere ignotiſſimi reges: tua geſtiunt adorare veſtigia:

quod tuis aduoluere ſe genibus perq; tuam iſtam: tam fi
de: quam armis potentem dexteram rigari ſe certatim
ſalutari fonte feſtinant. Quid quod exciti virtutis amo
re: priſcis inauditæ ſæculis: extremi quoq; hoīm conuo-
lant ad te populatim: totuſq; iam meridies: ſuis pene fun Populatim
ditus ſedibus reuulſus: ad eundē te venerabūdus accurrit
vt vultū proprius iſtū parem celicolis: vtq; regiæ frontis
decus: diuināq; penitus maieſtatē cōtempletur: Conferat
is nūc aliquis captam babylona: quanq̄ lateritio muro ſu
perbam. profligatos orientis etiā ſuapte natura fugaciſſi-
mos barbaros. Conferat Scythas campeſtres: & vagos: ne
ſatis quidē fortiter irritatos: dum ne occiſum quoq; inter
pocula cariſſimū quēq; laudi tribuat: dum ne peregrinos
cultus: & indecoras adulationes turpiter aſcitas. Cōferat:
& gallias etiā toto decennio vix ſubactas: aut minora his
alia rurſum: dū ne ciuilem quoq;: & cognatū toto orbe fu
ſum crudeliter ſanguinē præconio dignetur. Tu tu igit̄
præcipue dignus (rūpatur inuidia licet) tu p̄cipue dign9:
vnice rex honoribus ſempiternis. Tibi aduigilare noſtræ
lucubrationes: ideſt oīm quicūq; muſarum veneramur ſa
cra præ ceteris cōuenit: quapropter (ſi qua mihi eſt apud
te: quis ignoto homini: tui tamē ſtudioſiſſimo fides) dele
getur obſecro magne rex idoneis hoībus officiū mandan
di literis (interim quidem) quocūq; ſtilo: quacūq; lingua
(materiā: ſegetemq; rerū a te: tuiſq; geſtarū): ſed in qua de
inceps operoſius excolenda: tam cæteri: quibus idem eſt
ardor animi: q̄ nos ipſi quoq; neruos: qualeſcūq; noſtros
intendamus: & quidē rogaui ego nuper: hos tuæ ditionis
adoleſcentes: ingenio: moribuſq; præſtantes: Ioānis teixi
ræ cancellarii tui maximi liberos: vt mihi iſtic ipſorū ope
ra rerum a vobis geſtarū (ſi qui modo extent cōmētarii)
deſcriberentur: qui q̄q̄ ſe diligentiſſime curaturos: pro eo
quod præceptori debent: officiū pollicerentur: deeſſe ta-
men ipſemet mihi nolui: ſed has vltro ad te literas: indul-
gentiſſimū: clementiſſimūq; regem: iam meū quoq; dare
decreui: malens vtiq; audacis animi ſubire ſcribendo cri-

men: q̄ tacendo puſilli. Iam quod ad perſonam meam de inde attinet. Homo equidem ſum nō mediocris fortunæ ſed literarū tamen profeſſione: me quoq; nō omnino po- ſtremæ credūt eſſe aliqui celebritatis. Innutritus aūt pene a puero ſum (ſi quid hoc ad rem facit) caſtiſſimis illis pe- netralibus magni viri: & in hac ſua florentiſſima republi- ca Principis Laurentii Medicis Qui cum ſit ipſe quoq; in primis tui cupiditiſſimus: etiam me verbis aliquādo ſuis in iſtius amorem virtutis ita inflāmauit: vt dies: nocteſq; de tuis cogitare præconiis nō deſiſtam: nec omnino quic- q̄ nūc exoptem magis: quam vt ea mihi vis: ea facultas: ea deniq; detur occaſio: qua nomen tuū cæleſti prædicatio- ne digniſſimū: qua pietatis: integritatis: innocentiæ: reli- gionis: continentiæ. prudentiæ: iudicii: qua iuſtitiæ forti tudinis: prouidētiæ. liberalitatis. animiq; magnitudinis qua poſtremo tot operū: tot illuſtriū facinorū tuorum te ſtimonia: ſic etiam per me fidelibus: ſeu græce: ſeu latinæ linguæ: cōſecrentur monumentis: vt nulla humanarū re- rum viciſſitudine: nullo vnq̄ fortunæ variantis incurſu: nullo etiam ſquallentis æui ſenio deleantur. Vale.

¶ Angelus Politianus Ioanni Teixiræ Maximo regio cā cellario. S. D.

COnatus perſæpe ſum ſcribere aliquid ad te vir cla riſſime: quo tibi meus animus ſtudiūq;. & volūtas innoteſcerent. Verū neſcio qui ſemper ingenuus dixeri- an ruſticus obſtitit pudor. vt qui nec me tibi ſatis notum ſciebam. & virtutis fortunæq; tuæ. quodā quaſi fulgore deterrebar. Sed impetrauit a me tandē qualeſcūq; has lite ras. vel mei officii ratio. vel tuæ hūanitatis opinio. Q ꝯ igitur epiſtolæ huius vel mihi accōmodatius. vel tibi ac- ceptius fore argumentū ſperē q̄ ſi de tuis liberis. iiſdemq; meis diſcipulis. ex vero. q̄d ſentiā perſcripſero. Miſiſti tu quidē illos in Italiam vir excellens. vt moribus. vt literis. vt omnibus deniq; ingenuis artibus: ad ſummæ fortunæ cultū: formarētur. Sed eos domo ſecū credo paternos at-

tulere mores: vt exempla nõ magis accipiãt ipſi: q̃ p̄beant
cæteris. Nihil in illis ineptũ: nihil improbũ: nihil immo-
deſtũ: nihil durũ. Non inuerecũda frons. nõ elatũ ſuperci
lium: nõ licentes oculi: nõ proteruior lingua: nõ incõſtãs
vultus: nõ aliquid poſtremo: vel in facie tota: vel in geſtu
vel in ſtatu: vel in inceſſu: quod offendat: quod moleſtũ:
quod puditũ: quod odioſum ſit Aedes cottidie ſacras fre
quentãt. Magiſtris operã dãt: nõ aſſiduã modo: ſed & ala
crem. Doctiores cõdiſcipulos hũanitate ſibi: & obſequio
deuinciũt: quos moribus obfore: vel famæ credant: eorũ
conſuetudine penitus abſtinent. Nullũ inter ipſos niſi de
ſtudiis: ac de iis perpetuũ certamen. Nullibi ſæpius: aut li
bentius: q̃ aut in oculis præceptorũ: aut in cœtu condiſci-
pulorũ verſantur. Horas quoq; tẽpeſtiuas bonæ valetudi
ni dedicant: eamq; ob id proſperrimã tuẽtur. Ingeniis aũt
ſic excellunt: vt facile ſe (ne multa dixerim) tuos eſſe libe-
ros declarent. Percipiũt facile: quæ tradũtur pronũciant
eleganter: retinent fideliter imitantur feliciter. Iam de ſtu
dio: quid dixerim? Nihil equidẽ ego ardentius: nihil vidi
perſeuerãtius. Tãtos ergo iã lingua vtraq; fecere profect⁹
vt ipſe quoq; nõ imperitiſſimus ingeniorũ magiſter ob-
ſtupeſcã. Quẽ vero eis domi cuſtodẽ: moderatorẽq; de-
diſti: ſic eos prudenter: amãter: diligẽter curat: excolit: gu
bernat: inſtituit: vt oĩno deſiderari nihil poſſit. Nõ fallo
equidẽ te: ſed nec ipſe rurſus fallor. Ita eſſe enĩ vel admi
rans inuidia fateretur. Quo circa multũ equidem fortu-
næ iſti tuæ: nõ minus animo tamẽ: propoſitoq; gratulor
Nec enĩ leuis hinc ad te quoq; redundat honos: filios tot:
ac tales imbecilla adhuc ætatula tam procul abeſſe a tuis
oculis: a laribus: a patria. tamq; diu: nõ quidẽ fœnori mul
tiplicando: nec mercibus commutandis: vt noſtri ſolent:
ſed vt optimis inſtitutis. vt optimis artib⁹: ac diſciplinis
imbuti: viaticũ ſibi ad ſenectutẽ parent. In qđ ipſa quoq;
fortuna nullũ ius habeat. Quæ res tibi iam nõ modo ſu-
pra ſpem: ſed opinor etiam ſupra vota ſuccedet: mihi au-
tem crede vir magne: nõ tibi illi apud nos minus acq̃runt

gloriæ.q̃ ſibi literaturæ. Iam eq̄dē. vel tua.vel ipſorũ cau
ſa. ſic eos amo. ſic me redamari ſentio: vt in tuũ pene mi-
hi locũ videar amore: & diligentia ſucceſſiſſe: qua fiducia
videlicet auſim rogare te clariſſime vir: vt epiſtolæ meæ
quæ iudiciũ regis tui.tanq̃ Apollinis ſubitura: iam nunc
tota tremit: atq; horreſcit. tantũ fauoris impertias auctori-
tate.qua polles. vt indulgentiā potius. q̃ cenſuram tantæ
illius maieſtatis experiatur. Vale. Florentiæ. xvi. cal.
Septembres. M.cccclxxxxix.

Angelus Politianus Marquardo Breiſacio. S. D.

CVm ſuperioribus diebus Petrus Medices Florenti
næ decus reipublicæ: quē nos a tenero educatũ lin-
guæ vtriuſq; literis erudiuimus. Romā te proficiſcētem
ſalutauiſſet: ac me ſibi comitē forte in diuerſorium addu
xiſſet: memoria tenes: ortam ibi eſſe mentionē. cōmenta
riorum quorũdam: quos in ius ciuile romanorũ multis
dicebar vigiliis elucubrare: quo quidē loco: cum tu ex no
bis humaniſſime quæſiſſes: q̃ ratio ſuſcepti operis foret:
atq; ego eam breuiter (vt in illis tēporis anguſtiis) expo-
ſuiſſem. Rurſus te cupere adhuc ſignificaſti: vt illud ipſũ
quod ibi tum perſtrinxeram: poſteaq̃ Romā te ſuſpica-
rer perueniſſe. ſcripto repeterem. Sed ego ne tibi confeſtī
tanti regis obeunda legatione multũ forſitan occupato:
moleſtus eſſem: dies cōpluſculos: etiam de induſtria expe
ctaui. Nunc aũt quoniā nō mihi iam remiſſum tui labo-
ris exiſtimo: propterea quod in iſtiuſmodi munere pri-
ma quaſi coitio ſolet eſſe acerrima: viſum mihi tēpus eſt:
quod tibi eram pollicitus dependēdi. Principio igitur ſci
re te illud opinor. Imperatorē Iuſtinianũ poſteaq̃ ius ciui
le perpurgauit: in ordinēq; redegit: cauiſſe illud in primis
vt in omnibus ciuitatibus: q̃ dignitate aliqua ꝑcellerent:
exemplaria legũ q̃ emendatiſſima publice aſſeruarentur.
quaſcũq; ipſe vel nouas condidiſſet: vel etiā antiquas enu
cleaſſet: Sed nullũ ex his clarius tamen: aut celebratius: q̃

quod ad vſqꝫ vrbis eius captiuitatē. Piſis magna religio-
ne ſit cuſtoditũ. Nam & maximus Iuris interpres Accur-
ſius: & alii pleriqꝫ viri doctiſſimi: quoties de ſinceritate le-
ctionis ambigitur literam piſanã (ſic enī ipſi vocant) qua
ſi fideliſſimũ quoddã teſtimoniũ citant: mendũqꝫ eſſe oī-
no putant: quicquid vſq̄ aliter: q̄ in quo diximus volumi-
ne reperiatur. Captis aũt deinde Piſis: liber īdem florenti-
am: cũ præda reliqua videlicet in vrbem victricē tranſla-
tus eſt. Ibi vero in ipſa curia: loco celeberrimo monacho-
rum quorũdã: ſummiqꝫ magiſtratus diligentia: & religio-
ne ſeruatur. Tum quoties profertur (quod ipſum non ſi-
ne graui cauſa fieri ſolet) accēſis funalibus (ita enim mos
traditus) monachi illi: quos dixi: ſummuſqꝫ magiſtratus
capite aperto: venerabũdi circũſiſtunt. Nullæ in eo libro
interpũctiones: nulla ſcribendi cōpendia. Grandes vbiqꝫ
literæ: & compares: græcũ in fronte epigrãma græce præ-
fationes: auctorũ: librorũqꝫ index. Quorũ hæ leges e fon-
tibus emanarũt. Prorſus vbiqꝫ argumenta plurima: quæ
breuitati ſeruiens omitto: quibus eſſe eum librũ Iuſtinia-
ni ætate deſcriptũ: nō dubitemus. In primiſqꝫ voluminis
ipſius veneranda facies. Et q̄ ſanctam illam vetuſtatē pro-
cul oſtentet. Hoc ergo mihi inſpicere per ociũ licuit: rima-
riqꝫ omnia: & olfacere: quæqꝫ vellem excerpere diligēter
vt cũ vulgatis exemplaribus cōparare. Tribuit. n. hoc mi-
hi vni Laurentius ille Medices: vir optimus ac ſapientiſſi-
mus: fore illud aliquando arbitratus: vt opera / labore: in-
duſtriaqꝫ noſtra: magna inde omnino vtilitas eliceretur.
Deprehendi igitur multa nouis in codicibus vitia: multa
in interpretibus: quoniã videlicet inerudito nati ſæculo:
cum latinitatis ipſius imperiti fuerũt. Tum græcam lin-
guam penitus ignorauerũt: multæ vero ſunt ibi leges gre-
cis ædite verbis: quas aut omiſerũt iuniores: aut in latinũ
ſermonem peſſime cōuerterũt. Quapropter opere pre-
tium facturũ credidi: ſi cōmentarios aliquos euigilarem
quibus in integrũ corrupta diu lectio reſtitueretur: & lin-
guæ latinæ vis: quæ toto pene in legibus eſt: explicaret.

Quod vt ex ſententia perficiã: multũ quoq; me adiuuat:
quod eos quoq; ſum libros nactus: quos e latina: in græcã
linguã Iuſtinianus idẽ transferendos curauit. vnũ dumta
xat eſt: quod quidẽ me nõ tam impedit: q̃ remorat̃: quod
publicis lectionibus dum linguã vtrãq;: dum philoſophi
am profiteor: multũ mihi operæ ſubtrahitur: multũq; tẽ-
poris eripitur. Etenim quæ res præcipuũ laborẽ deſidera
bat: in eam videlicet ſtudia tantũ ſubſecundaria cõferim9:
Sed erunt hæ noſtræ vigiliæ tamẽ auctoritate quoq; Ma
ximiliani veſtri. romanorũ inuictiſſimi Regis muniẽdæ
qu' cũ deſignatus iam (ſicuti ſperamus) Imperator ſit. cu
ius eſſe legibus armata maieſtas debet. fauebit opinor illi-
us ſtudio. qui tantopere ſit in armis ipſius. aut expoliẽdis
aut reconcinnandis occupatus. Vale. Florentiæ. iii. No-
febr. M. cccclxxxxiii.

¶ Angelus Politianus Laurentio Medici ſuo. S. D.

NOn quod tuæ conſtantiæ. ſapientiæq; diffiderem:
propterea literas dei ad Mhichelotiũ potius q̃ ad te
de liberũ tuorum valetudine. Sed quoniã ſum veritus. ne
forte incõſultior viderer. Si grauior tibi a me nuncius alie
no tẽpore obiiceretur. Tabellarius enim ſæpe literas. non
apte. nõ loco reddit. Scriba vero temporũ captat omneis
articulos. Reueritus igitur iure ſum Laurentiũ medicem
Cui male ſi palpere. recalcalcitrat vndiq; tutus. Nec vero
iſta repugnãt: quod hic te reuereor: ibi laudo. Non enim
ob aliud reuereor: q̃ quod omni laude puto digniſſimum
Molles vero illæ tuæ morſiunculæ: tantũ abeſt vt me læ-
dãt: vt ipſas quoq; neſcio quo pacto: pene mihi magis blã
ditias cõmendent. Iulianus tuus vere frater: hoc eſt vt do-
cti putant: fere alter: ipſe ſibi in ſtudiis eſt: non modo iam
mirificus hortator. Sed & præceptor. Nihilq; nobis ad ſũ
mam voluptatẽ deeſt: niſi quod abes. Vale.

¶ Angelus Politian9 Laurẽtio Medici patrono ſuo. S. D.

BAptiſta Leo Florentinus: e clariſſima Albertorum
familia: vir ingenii elegãtis: acerrimi iudicii: exqui
ſitiſſimæqꝫ doctrinæ: cũ cõplura alia egregia monimẽta
poſteris reliquiſſet: tum libros elucubrauit de architectu-
ra decẽ: quos prope modũ emendatos: perpolitoſqꝫ editu
rus iamiã in lucẽ: ac tuo dedicaturus nomini: fato eſt fun-
ctus. Huius frater Bernard9: homo prudẽs: tuiqꝫ inter pri
mos ſtudioſus: vt vna opera tanti viri memoriæ: volunta
tiqꝫ conſuleret: & tuis in ſe meritis gratiã referret: deſcri-
ptos eos ex archetypis: atqꝫ in volumen redactos: tibi rep̃-
ſentat Laurenti Medices. Et cupiebat ille quidẽ. vt ipſum
apud te munus: auctorẽqꝫ muneris Baptiſtã ornarem ver
bis. Quod ego mihi nulla ratione ſtatui faciendũ: ne tam
abſoluti operis: tamqꝫ excellentis viri laudes culpa detere
rem ingenii. nãqꝫ operi quidẽ ipſi maius multo ex lectio-
ne præconiũ accedet: q̃ quantũ ego vllis verbis conſequi
poſſim: auctoris autem laudes: nõ ſolũ epiſtolæ anguſti-
as: ſed noſtræ oĩno paupertatẽ oratonis reformidant. nul
læ quippe hominẽ latuerũt: q̃libet remotæ litteræ: q̃libet
reconditæ diſciplinæ Dubitare poſſis vtrum ad oratoriã
magis: an ad poeticẽ factus: vtrum grauior illi ſermo fue-
rit: an vrbanior. Ita perſcrutatus antiquitatis veſtigia eſt:
vt omnẽ veterum architectandi rationẽ: & depræhende-
rit: & in exemplũ reuocauerit. Sic vt nõ ſolum machinas:
pægmata: automataqꝫ permulta Sed formas quoqꝫ ædifi
ciorum admirabilis excogitauerit. optimus præterea &
pictor: & ſtatuarius eſt habitus. Cum tamẽ interim: ita ex
amuſſim teneret omnia: vt vix pauci ſingula. Quare ego
de illo: vt de Carthagine Saluſti9: tacere ſatius puto: q̃ pau
ca dicere. Huic autem libro Laurenti: cũ vel præcipuũ lo-
cum in tua bibliotheca: velim attribuas: tum & ipſe legas
diligenter: & legendũ vulgo: publicãdũqꝫ cures. nam & ip
ſe dignus eſt: q uoliter docta per ora virũ: & in te iam vno
propemodũ recũbit: deſertum ab aliis patrociniũ litera-
rum. Vale.

¶ Angelus Politianus Rãberto Maleteſtæ Principi. S. D

Fato fungi

NOn poſſum facile conſequi verbis: quãtũ mihi epi
ſtola tua pariter: & admirationis attulerit: & volu-
tatis: admiratus enim te ſum loco: fortunaq; iſta Iuuenẽ:
cũ popularibus regendis: tum vero militaribus ſtudiis oc
cupatum: ſic iam profeciſſe in literis: vt conferendus pro
pemodũ cũ profeſſoribus ipſis: & hoc vnũ ſemper agenti
bus videare voluptati aũt fuit amor erga me quidã tuus:
nõ vulgaris: cuius in epiſtola eadẽ non ſignificatione mo
do aliquã mihi: ſed expreſſam prope imaginẽ oſtendiſti.
quare habeo gratiam meis libellis: q̃uis & paucis adhuc: &
rudibus: quod animũ mihi tuũ: tam facile cõciliauerint.
Qui tamen vtinam digni forent laudibus: quas in eos ni
mis homo humanus cõtuliſti: magis illud cogitans: quo-
modo indulgeres amori tuo q̃ quomodo pudori meo par
ceres. Quod vero ad cauſam tuã attinet: nõ concedo tibi
prorſus vt eã rem vehemẽtius optes: q̃ ego. Quapropter:
enitar: faciã: experiar: deniq; nullum remittã ſtudiũ: quo
tuæ iſti volũtati: atq; honeſtiſſimo deſiderio ſatiſfaciam.
Cæterũ illud moleſtum eſt: quod certi adhuc: quod qui-
dem ad te ſcribã. nihil habeo Non enim cõueniendi Petri
Medices copia mihi fuit hos dies. Quoniã. ſ. adhuc ani-
mi cauſa ruſticatur. Cũ primũ ſe in vrbem receperit: præ-
ſto erimus: operãq; dabimus: vt illius erga te volũtas. aut
eliciatur. aut ſi opus etiam fuerit: impellatur. Rumor cer
te vanus apud vos de belli apparatu: deq; militũ delectib⁹
increbuit. Nam cõtra: res ad pacem magis: quod bene ver
tat. & concordiã ſpectat. Librariam prouinciã Marcellus
ipſe ſuſcepit: nos ei operam polliciti omnẽ ſumus. Picus
Mirandula noſter. ex tuis literis vel ad me. vel ad Marſili-
um mirifice te diligit: cuius etiã nomine Salutẽ tibi a ſcri-
bo. Vale Florentiæ. ix. calen. Auguſti. M. cccclxxxxii.

Angelus Politianus Laurentio Medici Petri Franciſci.
ſuo. Salutem Dicit.

ROgis tu quidem me Laurenti carmẽ edere incon-
ditum: inemendatũ: & quod in publico ſemel pro-

Adonidis horti, de rebus leviculis dicebantur, parumque frugiferis, et ad breve tempus tantummodo voluptate idoneis. vide Gellium lib. 5 ca. xviii.

nuntiatũ nimis fuiſſe impudens viſum ſit. Satis profecto fuerat: vixiſſe vnũ diem: quod tam foret imperfectũ animal: ac poſſe etiam inter inſecta illa: quæ vocentur Ephemera cõnumerari. Namq; ego id ad præſentẽ dũtaxat celebritatẽ: quaſi Adonidos hortũ cõcinnauerã. Prorogare tu noſtræ Mantus (ita enim inſcribimus) nõ tam vitam cupis: q̃ dedecus. ferreus ſim: ſi tibi quid denegẽ: tam nobili aduleſcenti: tam probo: tam mei amanti: tanto deniq; eam rem ſtudio efflagitãti. Quare habe tibi quicqd hoc libelli: ac tu quoq; deſiderio noſtro aliquando ſubueni. & quæ tibi muſæ amatoria carmina vernaculæ ſuggerũt: ne patere quæſo a nobis expectari diutius. Vale. Florentiæ quarto. Non. Nouem. M.cccclxxxii.

Ephemeri vita de iis qui statim moriuntur, aut pereunt, ab animalibus, quae sic appellantur, quod ultra diem non vivant. Erasmus Rote.

¶ Angelus Politianus Iacobo Saluiato ſuo. S. D.

EN ruſticũ tibi. Id ſcilicet ab argumento inditũ nomen. Tuo coactu prodit in vulgũ: tibi eſt vni: quicquid acciderit imputaturus. Iam ne ſentis q̃ tibi tuendus ſit: vel tuo ipſius nomine: vel meo? Tua. n. fides in eo: meus honos agitur: cuius quidẽ: & ſi ſemper cura apud te: iã inde a pueritia excubuit: tamen eũ tueri nũc: vel ob id ipſum impenſius debes: quod es nuper Laurentio Medici: Principi viro: cuius ego cliens: alũnuſq; ſum: vnus ex omni Florentina iuuẽtute gener aſcitus. Profert igitur in tali patrocinio auctoritatem omnẽ: atq; gratiã: quã videlicet tibi: & viri excellentis affinitas: & tua egregia indoles: moruq; ſuauitas conciliant. Vale. Et me. vt facis ama.

¶ Angelus Politianus Laurentio Tornabono ſuo. Salutem Dicit.

DEbetur hæc ſilua tibi. vel argumẽto. vel titulo. Nã & Homeri ſtudioſus es. qualiq; noſter cõſectaneus & propinquus Laurẽtii medicis ſummi. præcellentiſq; viri. qui ſcilicet Ambrã ipſam Caianam. prædiũ (vt ita di-

xerim) omniferũ: quaſi pro laxamento ſibi deligit ciuiliũ
laborũ. Tibi ergo poematiõ. hoc: qualecũq; eſt. nũcupam⁹
vt ſit amoris nři monimẽtũ ſit ĩcitamẽtũ tibi ad ſtudia li
terarũ. pſertim græcarũ. in quibus tamẽ ita tantũ proceſ-
ſiſti. vt videare ad ſummũ breui. ſi modo perexeris euaſu
rus. Vale: Florentiæ Pridie Non. Nouem. M.cccclxxxv.

Ꞓ Aelius Politianus Petro Medici ſuo. S. D.

Facere nõ poſſum: quin tibi agam gratias mi Petre
quod auctoritate: operaq; tua curaueris: vt in col-
legium noſtrũ Matheus francus homo (vt ſcis) mihi ami
ciſſimus cooptaretur. Eſt aũt non modo iſto (licet inuidi
quidam rumpãtur) Sed quouis honore digniſſimus. Pri
ma illi cõmendatio contigit apud patrem tuũ: ſapientiſſi
mum virum: iocorum: & vrbanitatis: cum faceta illa ſcri
beret carmina: patrio ſermone: quæ nunc italia tota cele
brãtur. Quin idem parens tuus pene infantem adhuc te:
quædam ex his facetiora: ridiculi gratia docebat: quæ tu
deinde inter adductos amicos balbutiebas: & elegãti quo
dam geſtu: qui quidem illam deceret ætatulam cõmenda
bas. Nec tamẽ inſuauior Frãcus in ſermonibus vſuq; do
meſtico ſiue tu dicteria: ſiue fabulamẽta: ſiue id genus ob
lectamẽta alia requiras: in quis nõ eius ingenium magis
eminet: q̃ prudentia. Nihil enim vnq̃ ſcurriliter. nihil im
modeſte: nihil nõ ſuo loco: nihil extra rem: nihil incaute
nihil ſine delectu. Quare ſiue ruſticaretur animi cauſa: ſi-
ue balneis operam daret Laurẽtius parens tuus (quod te
meminiſſe nõ dubito) Francum ſibi adducebat comitẽ:
cuius lepore quaſi recrearetur. Adhibuit eũ deinde con-
ſiliarium Magdalenæ ſorori tuæ Romã proficiſcenti ad
virum: videlicet vt rudis adhuc puella: quæ nunq̃ de ma-
terno ſinu ſe prompſerat: paternum aliquẽ circa ſe habe-
ret amicum: adquẽ de re dubia referret. Hic ſe Frãcus (vt
homo eſt eximia patiẽtia: ſed & dexteritate) ſic ſe neſcio

quo pacto diuerſis ignotiſq; moribus accõmodauit: vt &
vniuerſorum beneuolentiã collegerit: & ſorori ipſi tuæ:
facile vnus omnia paternæ domus ſolatia repræſentet.
Gratus eſſe Innocentio quoq; pontifici mire dicitur: gra
tus aliquot e purpuratis patribus: tui certe illũ ciues: qui
Romæ negociantur in oculis geſtant. Quid quod breui
cauſarum foriq; Romani ſic peritus euaſit: vt iam non in
ter poſtremos habeatur Eſt aũt omnino ingenio verſatili
francus noſter: & qnod rebus ac perſonis omnibus cõgru
at. Cæterũ diſpenſatione domeſtica nemini ceſſerit: quip
pe gnarus omniũ quæ poſtulat vſus: nõ tam præſcribere
familiæ poteſt: ac ſolet quid quiſq; agat. q̃ quomodo &
quatenus agat. Addam vnum adhuc illius inſigne: nemo
diligentius amicos parat: nemo fidelius retinet. Meus cer
te in ipſum. cõtraq; ipſius in me ſic amor innotuit: vt qđ
gratiſſimũ eſt: & nos inter rara admodum paria numere
mur. Itaq; bis me eſſe canonicũ puto abs te factum. quan-
do illum quoq; nunc. ideſt alterum me. noſtro cœtui ag-
gregaſti. Nõ enĩ minus in eo mihi. q̃ in meipſo videor ho
neſtatus. Vale.

¶Angelus Politianus Franciotto Vrſino ſuo. Salu-
tem Dicit.

EXigebas a me ſuperioribus diebus. vt ponderum
noĩa. & menſurarũ breuiſſime tibi colligerem. ſed
quorũ potiſſimũ ſit apud Vegetiũ Renatũ mentio libro
quem nũc in manũ ſumpſeris. quo medicinam veterina-
riam pertractat Geram tibi morẽ. ſed & libenter mi Fran
ciotte. Nam cũ tu Petri Medicis alumni Patroniq; mei ſis
amitinus. iiſdem cũ ipſo laribus educatus. excellentis. &
indolis. & virtutis. & ingenii iuuenis. idemq; ſingularis er
ga me ſemper humanitatis. nihil eſt vtiq;. quod magis ex
animo faciam. q̃ quod eſſe tibi q̃ gratiſſimũ ſentiã. Prius
igitur de ponderibus accipe mox vero & de mẽſuris. Mi-
nimũ pondus eſt. qui latine ſcripulus. & idẽ græce dictus

obolus. pendere is putatur ſiliquas oĩno ſex. quæ ceratia
græce noĩantur. hoc eſt quãtũ lentis octo ſemina. Tres ve
ro ſcripuli drachmã faciunt. quod eſt argentei põdus. Du
plex drachma ſicilicũ facit: drachmæ additus ſcripulus ſe
xtulã creat. Sextulas vncia ſenas habet. Sextulæ duæ du-
ella vocãtur. Octo drachmæ reddũt vnciam: quæ ſcripu-
los oĩno cõtinet quatuor ac viginti: ſed & vnciis duodecĩ
Romana libra cõſtat: nãq; attica minor eſt: vt quæ drach-
mis cõficiatur ſeptẽ & ſeptuaginta: cũ Romana ſex & no
naginta. Sic drachmæ centum Minã conſtituũt maiorem
drachmis quatuor Romana libra. Talentũ vero atticum
maius eſt: ac minus: quod minus his minas habet ſexagin
ta: quæ ſex milia drachmarũ ſũt: quod maius tres & octa
ginta minas ſed & vncias inſuper quatuor: nec maius vllũ
põdus attico talẽto Dixi de põderibus: dicã vero & de mẽ
ſuris: illis inq̃ nõ qbus agros: ſe qbus aut fruges: aut liquo
res demetimur. Incipiendũ vero ab amphora conſecrata.
Romanis in capitolio ne cui violaretur. Capit hæc omni
no quantũ teſſera quoquo verſus in area pedum quatuor
Pes aũt ſedecim conſtat digitis. Duplex amphora modi⁹
eſt: aut ſi mauis græce Medimus: eadẽq; triplex efficit ſe-
xtarium: ſextarii dimidiũ cotula vocatur. & hemina: qua
tuor vero ſextarii chœmica cõplent: ita ſex congiũ: qui la
tine chus dicitur: inde forſitan ſextarii nomen: quod eum
ſexies congius capit. Scribit tamen Pollux cotulam chœ-
nicis eſſe tertiam partem: chœnicas octo & quadraginta.
Medimno contineri: ſed & hemina ſex impletur cyathis
cyathi vero pondus fere drachmæ decem: ſicut ozy-
baphi quindecim cyathi pars quarta myſtros: huius ter-
tia cyame: quæ duo cochlearia capit. Sunt & artabe: q̃ ter-
næ denos capiũt modios: & oĩm maximus culleus quem
viginti amphoræ cõplent. Addam notas etiam quaſdã: q̃
legentẽ perturbent. Sextarii nota hæc eſt Scripuli. Vnciæ
Semis. Libræ. Abſolui iam quod mihi penſum dediſti.
Si quid eſt quod in eo genere adhuc deſideres etiam atq;
etiam potes audacter vti opera noſtra. Reſtat vt te laudẽ

Franciotte: quod ſtudiũ tantũ adhibeas cõparãdis ſequis
bellatoribus: & alendis: ſic vt libros etiã diligenter: quibꝰ
ipſorum cura continetur: & exquiras: & euoluas: ac peri-
tos idẽ veterinarios conſulas. quorũ. ſ. ope vocabula quæ
dam deſita: ne doctiſſimis quidẽ viris intellecta cõſequa-
ris. Decet hoc te bellicis laudibus inhiantẽ: veſtigiiſq; ma
iorũ gentiliũq; tuorũ fortiter inſiſtentẽ: qui ſemp in ar-
mis incredibili gloria floruerũt: & nũc cũ maxime florẽt.
Sic vt familia Vrſina nihil eſſe aliud videri poſſit: q̃ mili
tum fortiſſimorũ: Ducũq; magnimorũ quoddã quaſi ſe
minarium. Vale.

¶ Angelus Politianus Marſilio Ficino ſuo. S. D. P.

QVanta me voluptate: quãtoq; putas affici gaudio
Marſili ficine: cũ te Picũq; meũ: ſic eſſe concordes
video: nonmodo vt idem velitis in vita: ſed & idem ſen-
tias in ſtudiis. quanta rurſus: vbi me vobis non minus eſ-
ſe earũ perſpicio: quam vos eſtis vterq; vtriq;: quid quod
omnes in hoc incumbimus vt recta ſtudia pro virili iuue
mus: ac nõ vllo præmio: Sed operis amore ſolicitati: ſem
per hoc agimus: tamẽ: ita diſpenſatis inter nos officiis: vt
nulla ferme ſtudiorũ parte ceſſetur. Etenim Picus ipſe Mi
rãdula: ſacras omneis literas enarrat: aduerſus ecclesiæ ſe
ptem hoſtes directa fronte decertat: inter Ariſtotelẽ iam
meũ: Platonẽq; ſemper tuũ: caduceator incedit. Tu Plato
nem (quãq̃ & alios veteres) ſed Platonẽ tamẽ ipſum ma-
xime. Platonicoſq; omnis: & latinæ loqui doces: & vber-
rimis cõmentariis locupletas. Mihi vero (quãdiu catechu
menos in philoſophia veſtra ſum) varietas iſta certe lite-
rarũ ceſſit: quæ nõ minus habent iucũditatis: etiam ſi mi
nus auctoritatis. Nam quod ad aſtrologos attinet: de qui
bus epiſtolã mihi pulcherrimã ſcripſiſti: lætor ſummope
re: qđ a Pico noſtro: tu quoq; vel nũc primũ ſtes: vel olim
iam ſteteris. Nec.n. referre arbitror: vtrũ tibi aliud alias
viſum ſit. an ex aliorũ potius opinione aliquãdo ſcripſe-



Catechumenos

ris. Nam nec mutare ſententię turpe philoſopho. qui cot
tidie plus videt. & ad opinionē vulgi ſæpe ſe nō inutiliter
accōmodat: quod & Ariſtoteles in Exotericis libris & in
Dialogis Plato fecit: qui quidē dogmatici non habentur.
Q ui ipſæ quoqꝫ Iuſtiniani Principis leges: in ꝗbus aliꝗd
repugnare contra leges eſt: aliud in inſtitutionibus: aliud
in pandectis decernūt: hoc eſt (vt mihi videtur) aliter ru-
dibus: aliter eruditis præcipiūt. Ago vero tibi gratias in-
gentes: quod me dignatus honore tāto fueris: vt mihi po
tiſſimū tuam ſententiā participaueris. Illud vero neſcio
ſatis ne probem: quod Herculem vocare me pergis. Tu ꝗ-
dem opinor iocaris: Sed tamen anſam timeo ne præbeas
cauillandi: ridēdiqꝫ maleuolis: & inuidis: ꝗbus nemo vnq̄
vir bonus: ac doctus caruit. quod .n. tu ſi nō amore dece-
ptus (q̄q̄ id potiꝰ) at leui certe ſimilitudine: qua parua ſæ-
pe magnis cōparamus adductus: mihi tribuis hæc iſti ma
ligni interpretes adulatiōi credo potius aſſignabūt ac me
quoqꝫ ridebunt: ceu ſi de eo mihi cognomine multū pla-
ceam. Mihi tamē omnino longe pluris eſt argumentū hoc
amoris erga me tui. q̄ quid oēs iſti vel ſentiant: vel loquā
tur. Contēno .n. falſa: & leuia: vel conſcientia mea fretus:
vel auctoritate tua munitus. Sed hæc tamē corā cōmodi-
us. Tu velim quādo Caregianū tuū ſextili menſæ nimis
æſtuat Ruſculū hoc noſtrū fæſulanū ne faſtidias. Multū
.n. hic aquarū habemus: vt in cōualle minimū ſolis: vēto
certe nūq̄ deſtituimur: tum villula ipſa deuia: cū pene me
dia ſilua deliteſcat: totam tn̄ æſtimare florentiā poteſt. Et
cū ſit in proximo celebritas maxima: ſemper apud me ta
men ſolitudo eſt mera: qualē profecto ſeceſſus amat. vti
poteris aūt duplici ſpe. Nam ſæpius e Querceto ſuo me
Picus inuiſit: improuiſus obrepens: extractūqꝫ de latebra
ſecū ducit ad cænulā: qualē noſtri: frugi quidē: ſed & ſcitā
plenāqꝫ ſemper iucūdi ſermonis: & ioci: Tu tamen ad me
potius. Non .n. prius hic cænabis: bibes fortaſſe vel meli-
us. Nam de vini quidē palma: cum Pico quoqꝫ ipſo valde
contenderim. Vale.

¶Angelus Politian' Ludouico Sfortiæ Vicecomiti prin
cipi clariſſimo. S. D.

ET ſi minora fortaſſe videri poſſunt: optime prin-
ceps: de quibus ego nũc ad te ſcribam: q̃ vt animad
uerſione: curaq; tua digna ſint: tamen quæ tua eſſe huma
nitas dicitur: æquo animo laturũ confido. ſi dum proba-
ri tibi q̃ maxime ſtudeo. deuocare pauliſper ad hæc infe-
riora velut ab excelſiore quodã faſtigio te coner. Nam cũ
tu princeps habearis ingenii perſpicaſiſſimi. prudentiæq;
ſingularis. Idẽq; bonas arteis. & hæc ingenua ſtudia. quæ
profitemur præcæteris foueas. omni ope contendere de-
bemus. vt tu q̃ honeſtiſſime de nobis. & loquaris. & ſenti-
as. Eſt enim bonorũ principũ cũ viris eruditis tacita quæ
dam naturaliſq; ſocietas. vt alteri ab alteris illuſtrẽtur. ac
dum ſibi mutuo ſuffragantur. & gloria principibus. & do
ctis auctoritas concilietur. Sed vt ad id veniã aliquando:
quãobrem ſcribere hanc epiſtolã inſtitui. Georgiũ habes
Merulã. prouidentiſſime princeps. hominẽ doctiſſimũ:
qui nõ ſolum docendo politiores cottidie tuos ciues red
dit. verum ſcribendo quoq; res tuas geſtas. maiorũq; tuo
rum. non poſteritati modo. ſed etiam (vt credimus) æter
nitati cõmendat. Hunc ego virum. cum antea ſemper di-
lexi. & colui. tum poſteaq̃ ſub tuum quaſi vexillum ſe cõ
tulit. quibuſcunq; officiis potui. ſum proſequutus. nam
& quotiens incidit mentio. laudaui ſic. vt neminẽ magis
& obtrectatoribus. eius quibus profecto non caret auda-
ciſſime reſtiti. & eiuſdem poſtremo nomen. quã honori-
ficentiſſime potui. ſcriptis meis intexui. Sperauiq; fore:
ne minor eſſe inter nos animorũ: q̃ ſtudiorum coniũctio
diceretur: quæ me tamen ſpes valde fefellit. Nam triẽnio
iam: & literis ſuorũ familiariũ: & multorũ ſermonibus &
fama deniq; ipſa cottidie certior fio: nõ modo eum de no
bis aſpe: & acerbe q̃cũq; occaſione: ſed etiã cõtumelioſiſſi
me ſolere loq̃ Poſtremo librũ quoq; aduerſus miſcellanea

noſtra cōpoſuiſſe dicitur. plenū fortaſſe (quod ipſe ait) erratis noſtris: certe plenū conuiciis. quo equidē libro tantum abeſt: vt offendar: vt etiā gratias agam: modo aliquā do edatur. Sed hoc moleſtū: quod cū diu vulgo recitet: adhuc tamen domi retinet: multa iactans: multa minitans. Itaq͡ꝫ viſum mihi eſt dare ad hominē literas honoris mei cauſa: nō quidē vt in his iniurias vllas expoſtulē: Sed vt eū tamē rogem verbis amiciſſimis: vt mihi etiā aliqñ poteſtatem faciat audiendæ accuſationis: ne. ſ. in dicta cauſa cōdēner: ac ſi nō excuſandi: quæ ſcripſi: certe caſtigādi copia quādoq͡ꝫ fiat. Hoc eſt deniq͡ꝫ: quod ab ipſo nō ſolū multis pcibus: ſed loco etiā maximi cuiuſdā beneficii peto. Verū ne quis fortaſſe ad te mearū literarū ſententiā ſecus deferret. Ex quo tuus aīus offenderetur: mitto exemplū ipſius epiſtolæ: qua videlicet æquitatē poſtulationis meæ cognoſcas. quod etiā: vt impetrē: rogo me adiuues: nutu: auctoritateq͡ꝫ tua. Nam ſi mihi reſpondendi facultas dabitur: neminē equidē aliū: niſi te ipſum iudicē nūcupabo. Tum vt alia multa poſthac: ita nunc reſponſum meū tuo clariſſimo nomini dedicabo Quāq̄ enim adhuc nō contigit: vt te vllis officiis demererer: curabo tamē ſapientiſſime princeps. vt intelligant aliquādo hoīes. fuiſſe etiam Politianū gloriæ: ſplēdoriſq͡ꝫ tui ſtudioſiſſimum. Vale. Florentiæ pridie cal. februarias. M.cccclxxxxiii.

¶ Angelus Politianus Georgio Merulæ ſuo: S. D.

EX literis: & ſermone multorū cognoui: iam diu te parum amice de nobis: & ſentire: & loqui: ſcripſiſſe etiam contra Miſcellanea noſtra librum criminoſiſſimū: quē ſoleas quoq͡ꝫ libenter: vt in quemq͡ꝫ incideris recitare. Deniq͡ꝫ me ipſum abs te (quod vix equidem credo) tertio quoq͡ꝫ verbo contumelioſiſſime appellari. Quæ quoniā res magis rumorib' increbuit: q̄ vt diſſimulari iam poſſit: viſum mihi eſt dare ad te has literas: quibus volunta

voluntatẽ: ſenſumq́ oẽm tibi meum declararẽ. ego te ad
hanc diem mi Merula ſemper & dilexi: & colui. cottidia-
niſq́ ſermonibus: atq́ hoc ipſo miſcellaneorũ opere: qđ
reprehendis: collaudaui: nullaq́ deniq́ eſt a nobis in te vn
ꝗ (cuius quidem mihi ſim cõſcius) orta iniuria: quapro-
pter nõ video: quæ cauſa ſit: cur tu ſuſpitionẽ dare male-
uolis alienati a nobis animi concupiueris: aut cur nõ poti
us ipſe ad me libere ſcripſeris: copiamq́ feceris amiciſſi-
mo tibi homini: vel agnoſcendi errores ſuos. vel refellen
di. Non. n. mihi fieri iniuriã puto: ſi qs aliter: atq́ ego ſen
tiat. aut ſcribat. quoniã ſententiaꝶ diuerſitate præſertim
in literis amicitiã diſtrahi nõ eſt neceſſe: quin potius debe
re me illis magnopere intelligo. qui me ab inueteratis er-
roribus aliquãdo reuocent. Quare tu quoq́ ſi quid in me
tale: vel peperiſti iam: vel adhuc parturis. vnde ego bonã
frugem ſim laturus adeo nõ offendar. vt etiam perpetuo
me tibi debiturũ profitear. Rogoq́ te per amicitiã noſtrã
per cõmunia ſtudia: perq́ tuas vigilias obteſtor: vt iſtud
quicquid eſt: edas aliquãdo in lucẽ: neue mihi occaſionẽ:
vel emendandi mei eripias: ſi vero: vel defendendi ſi falſo
accuſer. Illud me fateor valde mirari ſcripſiſſe ad me fami
liares quoſdam tuos quibus adhuc ego tui honoris cauſa
ne reſpondi quidẽ: ſolere te in oẽs inuehi noſtræ ætatis ꝓ
feſſores. ac ſuſtuliſſe aĩos de libellis quibuſdã modo rep-
tis. vnde etiã lactis gallinacei (quod dicitur) hauſtũ ſum-
pſiſſe te iactes. quos ego tamen ſermones ab obtrectatori
bus tuis confictos. ꝗ abs te vſurpatos libentius crediderĩ.
nõ eni decent canos iſtos. nam qd habes in hoc ſæculo Me
rula. quod contẽnas? Aut cur tantũ libris iis cenſeri te po-
ſtulas. quos auſpicio Ludouici Sfortiæ ſapiẽtiſſimi Prin
cipis inueneris? cuius tu beneficiũ ſi ſupprimes. quod pa-
tere ꝗ latiſſime debet. magnã profecto in te calumniã cõci
tabis. Cæterũ de eo tu videris. Multo enim tu melius per
ſpicere. ꝗ nos. quod tuũ officiũ ſit. & potes. & debes. ego
illud a te breuiter peto. notas vt iſtas ſcriptorũ meorum
(quas aiunt) aliquãdo publices. Locũq́ mihi des. vel pur-

gandi me ipſum. vel corrigendi. quod ſi feceris: polliceor me quoqꝫ par pari relaturum. Vale.

par pari reffer/ re

¶ Angelus Politianus Georgio Merulæ ſuo. S. D.

GRate mihi omnino literæ tuæ fuerũt: gratiores futuræ tamen: ſi quod ego in primis optabam: petebamqꝫ a te: ſecum quoqꝫ Miſcellaneorũ noſtrorũ notas attuliſſent. Nam iſta quidem ratio reſcribẽdi tua: nec diluẽdi criminis mihi poteſtatem: nnc agnoſcẽdi fecit: ſed quoniam in manu mea nõ fuit. quo tu tandem pacto reſcriberes: breuiter ad hæc ipſa quoqꝫ epiſtolæ tuæ capita reſpõdebo. Cõmemoras officia: quæ adhuc ignoto præſtiteris Miſiſſe enim græcos ais libros ad me Florẽtiã: plenos eruditionis reconditæ: nihil veritũ: quod æmulus: & imitator ſtudiorũ forem Non ſoleo Merula nec facile obliuiſci nec libenter diſſimulare: ſi quod aliquãdo in me quiſq̄ beneficiũ contulerit. Cæterũ tu quidẽ ad me libros miſiſti nullos: ac ſi qui Florentiã Venetiis allari ſunt: eorũ copiã Senatus Venetus Laurentio noſtro Medici ſemper fecit. Sed nec ego æmulus: aut imitator ſtudiorũ tuorũ. Quãq̄ enim tu vir oĩno in literis magnus: nõ tamẽ plane tantus: vt te mihi unq̄ ad imitandũ propoſuerĩ. Nam qꝫ te ſemp̱ de nobis honorifice ais locutũ: malo equidem tibi: q̄ tuis familiaribus credere. Solent enĩ minuti quidã: & puſilli: famã quoqꝫ libenter magiſtrorũ ſuorũ detrectare. Cuiuſmodi hominũ malignitates: ingratũqꝫ animũ: nos quoqꝫ interdũ: magis etiam q̄ volumus experimur. Videlicet cõmittere me tecum ſtuduerũt. falſiſqꝫ ob id ſuſpitionibus impleuerunt. Sed vitioſas deprehendi ſyllabas inqs in noſtris verſibus. Rogo: quas? an eas forte dices: quas in fronte ipſa ſtatim: ſicuti alia errata librariorũ collegimus? At hoc periniquũ eſt: nõ. n. præſtare alienã culpam debeo: q̄ præſertim correxerim. Neſcis q̄ ſæpe ſemidocti illi: qui librorũ excuſoribus operã nauant: ita explicare ſe ſoleant vt in quoqꝫ hæſitauerint: vt aut inducta pro receptis ſup-

ponãt: aut ipſi ex tẽpore ad ſuũ cõmodũ falſa quæpiã cõ
miniſcãtur: præſertim ſi cõfuſe ac perturbate ſcripta ſint
exemplaria: ſicuti plerũq; ſolent: quæ prima procudim⁹.
Nam & illud vſu quandoq; venit: vt ne ipſi quidẽ ſcripta
noſtra facile relegamus Quod ſi calũniæ iſti ſit locus quo
modo quæſo illa tua defendes? nõ ſtratũ nõ vlla valent ve
lamina pati. Et item. Cui dat latratos obuia turba panes.
nõ.n. ſaltem codices proferre antiquos potes: qui corrup-
tæ lectioni adſtipulẽtur: ſicuti nos in Catulliano illo ver-
ſiculo. Quem quidã fruſtra inuadũt Iſta tamen lingua ſi
vſus veniat tibi poſſis. fit aũt interdum profecto: vt ne no
ſtra quidẽ relegentes: mendũ: ſi quod ibi eſt librariorũ: de
prehendamus. Ecce.n. q̃ multa me p̃terierũt. Quæ nemo
bonus: & æquus obiecerit. Eulabiã.ſ. artifices iſti pro abla
bia. Sabadiũ pro Sabazio. Theodoritũ pro Theodoreto.
ſubdiderũt: idem capite duodeuigeſimo: Pedianum pro
Põpeio: pro Iuuenale vmbriciũ. Capite rurſũ duodequĩ-
quageſimo. quĩtũ ac vigeſimũ Plinii volumẽ: pro quinto
& trigeſimo: ſexto aũt octogeſimoq;. Martialis ſeptimũ
pro vndecimo citauerũt. Muſtelariã quoq; alibi q̃ moſte-
lariam: & Cæcilianos annales: q̃ celianos maluerũt. Solœ
ciſmos porro adhuc nemo mihi ex doctiorib⁹ obiecit. nã
quæ viliſſimi quidã nugatores in ãgulis garriebãt: ea nos
pro palam citatis auctoribus cõfutauimus. verũ hæc: & ta
lia iuquis in Politiano: nec exigi nec culpari debere duxi.
Recte tu quidẽ. quãdo hæc errata noſtra nõ ſunt. Nam ſi
nr̃a ibi culpa vlla foret: magis aliquãto in nobis: & exigen
da fuiſſent: & rep̃hendẽda: q̃ in quibus nulla iactura fieret
quocũq; mõ tandẽ: vel loquerent̃: vel ſcriberẽt. Venio ad
miſcellanea. In q̃bus offenſũ te ſribis: qđ tua q̃dam ſubri-
puerĩ. Quædã aũt ſubdole (ſic enĩ inq̃s) deſignauerĩ. Ita
nobis & plagiũ merula obicis. & dolũ malũ: graue vtrũq;
crimen: ſed vtrũq; falſum. Nihil enĩ eſt apud me: qđ tibi
ſubreptũ dicas. Quoniã quæ ſcripſi: partim nihil ad tu-
os Cõmentarios attinent. Partim ab iiſdem magnopere
diſſentiũt. Tãtũ de baptis nõ nihil apud te: ſed rude tamẽ

adhuc:& inchoatũ:de quo mihi tacendum putaui:ne ſta-
rim ibidem reprehendere in cotytto nominatim te coge-
rer. Nã quod Ouidianũ tu quoq; verſiculũ citaſti de nau-
liis in cõmentariolis quibuſdam: quos ad huc equidẽ nõ
videram:tam puſillum.minutũ: tamq; nihil eſt: vt illius
etiã fortaſſe te pudeat. vbi aũt ſubdole tua notauerim: nõ
dum profecto intelligo. Bis equidẽ toto opere te laudaui
prius a doctrina:poſterius & a moribus. Sed tu fortaſſe in
iuriam tibi factam credis:quod de rebus iiſdem : nõ eadẽ
tecũ prodiderim. Quaſi vero maior tui mihi : q̃ mei ipſi⁹
habenda ratio fuerit:ſatis opinor amicitiæ dedimus: qd'
vt quæq; fuit occaſio te laudauimus. Nunq̃ reprehẽdim⁹.
Iam noſtra illa errata:quæ te aliis indicaſſe prædicas: ro-
go nobis quoq; ipſis aliquando indices. Efficiam Merula
protinus vt ſententia decedas. Nec tamen ſi quid vſq̃ pec-
caſſe oſtenderis:defendam:ſed agnoſcam protinus : agãq;
tibi merito gratias. Nam & ipſe poſterioribus ſcriptis nõ
dubitem quædã interdũ ex prioribus exemplo doctiſſi-
morũ virorũ retractare. Sicuti pityliſma illud apud Iuue
nalem quoniã pityſma quoq; pulchre videor poſſe tueri:
quo poeta illos innuat:qui conceptos ore aquarũ hanſtus
per laconicũ ſpargant. verbũ.n.ipſum Διαπυτίζειν etiã
apud Alexandrinũ Clementẽ:qui ſtromateus dictus inue
nitur. Cuius ſimplex & grãmaticus declarat quiſpiã: ſicu
ti nos ante meminimus:& vulgaris etiãnun . græcorũ lin
gua vſurpat. A quo Terentianũ quoq; illud pityſſare for-
matũ crediderim. Quod ſi tibi idem ſenſus : atq; aius eſt:
vt indicari a nobis viciſſim tua tibi : vel optes : vel ſaltem
nõ moleſte feras profiteor hoc me quoq; laute munus ad-
miniſtraturũ. nam quod & tu centurias facis : ac ne titulis
quidem noſtris abſtines:facile patior. Sed quid eſt: quod
ais fore: vt terga dent ꝓtinus: ac diffugiant? An ex Partho
rum gente tuæ iſtæ centuriæ ſunt : vt videlicet fugientes
prælientur:ſed hoc iocatus. neq;.n. me fugit : aliud plane
ſenſiſſe te:q̃ q; in tuis omnino verbis expreſſeris. Libros
aũt recens inuẽtos:ſi publicaueris:optimi viri officio fue

ris functus. Ita nos quidē græcos e tenebris ꝑmultos erui mus: quorū cottidie noſtris quoq; nō modo æmulis: ſed etiam obtrectatoribus copiā facimus. Illud miror: quod obici tibi canos pro vitio putas: vtinam.n.mihi quoq; ſic aliquādo obiciātur.nō.n.turpis canities homini docto ꝑ ſertim: ſicuti tu es: verſantiq; ſemper (quod ipſe facis) in ſtudiis literarū. Vale.

Angelus Politianus Iacobo Antiquario ſuo. S.D.

Hin vero Merulam noſtrū fato functū? O incertam ſpem: fragileq; hoim vitam o nimiā profecto ſtu diorum iacturā. ſed quo me vertam Antiquarie? Quod ve cōſiliū capiam? tacebo ne penitus: & ipſe me prodam? an potius iniquiſſima cōditione certabo cū mortuo? cui ſcilicet in inuidiæ locū.miſericordia ſucceſſit? At inquies teſtamēto cauit: ne nominati taxareris: quaſi vero quicq̄ intersit: nomine: an ſignis noſciter. Sed quicquid futurū: rogo: obteſtor: cures ne diutius animi pēdeā: notæq; illæ ſcriptorū meorū quales omnino ſunt: vt q̄ ocyſſime pub licentur. Dederam in hoc ad eū iam literas: qbus hoiem leuiter pungens ad edenda quæ ſupprimeret: euocabam. Sed retraxi ſtatim: poſteaq̄ tu me certionē de illius interi tu feciſti. Fuit aūt impetus etiam cōcerpere: quæ ſcripſerā. Nec abfuiſſet quin facerē: niſi tu eum deceſſiſſe: dimiſſo prius in nos aculeo ſignificaſſes. Libuit ergo mittere eas ad te literas: q̄q̄ ſcio intēpeſtiuas. Imo vero etiam inuidio ſas: illo iam mortuo. Sed tamen perire vigiliolas meas pa ti nō quiui. De cætero: quod mihi conſiliū dederis: id exe quar. Nam cū viuente illo: retaxatio quoq; foret honeſta nūc mihi neſcio quo pacto: parum etiā ſpecioſa videtur defenſio. Quod vero tu tam officioſus rebus omnibus er ga me ſis: ago equidē gratias: ſed ita tamē vt fatear gratiā: quæ tibi a nobis maxima debetur: nulla ex parte agendis tantū gratiis poſſe referri. Vale.

Angelus Politianus Georgio Merulæ ſuo. S. D.

D Ederam cõmodiũ literas ad te: quibus ad eas reſpõ
debam: quas proxime acceperam: cũ redditũ mihi
eſt eius ipſius epiſtolæ exemplũ: quã tu pauloante ad Lu-
douicũ Sfortiã ſapientiſſimũ Principem ſcripſiſſes. Mira
tus in ea epiſtola ſum: nõ quidẽ quod in ordinẽ me coege
ris: aut quod viros in literis ꝓcellentis: quibus ego ſim ca-
rus: obliq; perſtrinxeris: neq; .n. hæc in te iam quiſq̃ mira-
tur: ſed quod apud eũ Principẽ tam multa: nõ dico mẽtia
ris: ſed certe fingas. Cuius & auctoritatẽ vereri debueras:
& ingeniũ Cæterũ ego ad conuicia illa tua: ſiue quæ pro-
palam aduerſus me: ſiue quæ aduerſus hoĩes: me mihi ip-
ſo cariores obſcure fudiſti: nihil in præſentia reſpondebo
Non quia. nõ & facultas nobis: & materia ſupſit. Sed quo
niam certare maledictis tecũ: hoc eſt cũ homine exercitatiſ
ſimo: nõ libet. Illud adhuc vt taceam: perſuaderi mihi nõ
poteſt: nullũ me vnq̃ abs te beneficiũ accepiſſe: præter hoc
vnũ forte. quod arrogantẽ me vocas apud principẽ: lice-
bit enim tandẽ correcto mihi (quando ætas mea diſcendi
nondũ præteriit) doceri abs te modeſtiã & humanitatẽ:
qui cũ ſis homo oĩm (ſicuti vis) eruditiſſimus: adeo teip-
ſum deicis: adeoq; ſummiſſe geris: vt cõferri te cũ profeſ-
ſoribus cæteris nõ patiaris. Hermolaũ iure laudas hoĩem
doctum: & probũ: quẽ tamen ſi viueret: vt morem tuũ te
neres nõ laudaſſes. Is tamẽ ſemper a nobis neſcio quo pa-
cto contra te ſtetit: ne tibi ex illius iudicio nimiũ placeas.
Illud oĩno vanũ: quod ſemel atq; iterũ me dicis a te libros
iſtos efflagitaſſe: quod ego profecto: nec feci: nec ſi facerẽ
(quæ tua liberalitas eſt) impetraturũ cõfiderẽ. Porro aũt:
quod ais nõ poſſe me pati: ſi contra q̃ ſentiam aut ſcripſe-
rim: quippiã proferatur: adeon quæſo oblitus nuntiorũ
literarũq; mearũ. q̃bus ad edenda: quæ aduerſum me ſcri
pſeras cohortabar debiturũ tibi me magnopere profeſſus
ſi mihi vel quod defenderẽ obiiceres: vel quod emendarẽ
Quod quoniã vt faceres: nec meis vllis adduci ꝓcibus: nec
auctoritate ꝓclariſſimi pricipis potuiſti fateriſq; tñ apud
eum ſcripſiſſe iam triennio cõtra nos: quod in tuis ad me

literis fere negaueras: alia iam via te Merula adoriar: elici
amq; tandē ſi potero ex ūbraculis in ſolē. Nec vero te imi
tabor: vt in vniuerſitatē inuehar ſcriptotū tuorū: qđ bel-
liſſime poterā: ſed ad partis accedā potius: in quibus inge-
niū doctrinā q; ꝑterea memoriā illā amplā tuā: quā prædi
cas deſideramus. Cæterū qm̄ epiſtolā ſcribo nō librū: lu-
do q; tecū blāde potius: q̃ adhuc certo paucula tātū de mul
tis: ea q; breuiter attingā. De ſatyra nō bene ſentis Cōfun-
dis ſpecies: cōfundis auctores: quod ſi nō ſtatim fateris: ꝓ
fiteor argumētis euicturū. Peccas idē quod ais cauſas pri-
mū reddere poetā: cur relicta frequēti poetarū materiā ſa
tyras adgreſſus. Non enī hoc ille primū: ſed cur oīno car-
mē cōponat: deinde aūt cur & ſatyras potiſſimū quo loco
ita ſubdit. Cur aūt hoc libeat potius decurrere cāpo. Nam
de Rhinthone bis peccas: & qđ ruſticos auctores hic quo-
q; cōtaminas: & quod viliſſimū fuiſſe nugatorē falſo cre-
dis cuius etiā græco Epigrāmate poemata celebrātur Ne-
go vero vſq̃ legi quod aſſeris excogitatū fuiſſe tum primū
vt rubigo vulneribus adhiberetur: cum Telephū curauit
Achilles: in quo te Plinius quoq; tuus nihil adiuuat. Sed a
Spadonibus vxores duci ſolitas notari credis Epigrāma
te Martialis: in quo nō magis vxor: q̃ meretrix: nō magis.
Spadonis eſſe videt̃ Egle: q̃ ſenis. Lacernā credis vbiq; mi Lacerna
litarē veſtē: parū memor exemplorū: quæ paſſim refragā
tur: quale nūc illud ſubit O q̃tos riſus pariter ſpectata mo
uebit: cū palatina noſtra lacerna toga. De latino: & Thy-
mele vaniſſima oīa: nam nec illa vſq̃ latini vxor: nec eius
celebre adulteriū: nec a mœchis latinū cæſū ſignificāt ala-
pæ: nec ipſius vnq̃ noua pſona inducta ē a mimographis.
quæ ſi mentior: refelle. Sequitur velut extra ordinē corru
ptus a te Naſonis verſiculus: vbi pro Theutrantia turba:
de qua nos in Miſcellaneis: tu Theſtitiā ſuppoſuiſti: vt igi
tur & erratū tuū pariter agnoſcas: & beneficiū meum: qui
de hoc etiā tanta illa occaſione cum iactura aliqua debitæ
mihi gloriæ tacuerim: dico te quater in vna voce peccaſſe
quod antiquam pariter: & vulgatam dictionem ſuſtule-
ris: ac pro Teuthrantia contra omnium fidem exempla-

riũ Theſtitia ſubdideris: quod Theſtiũ credideris fuiſſe:
qui ſit apud Euſtathiũ Theſpius. quod a theſtio theſtitiã
cõtra analogiã deduxeris: quod antepenultimã feceris lõ-
gam quæ breuis eſſe in theſtlo debuerat. Hinc ſi te Meru-
la extricabis virum putabo. Nolo nũc tibi quæſtionẽ ſu-
per Ichthyocolla mouere: ſatis enim te (ſi modo ſentis)
Hermolaus ipſe Barbarus cõfutauit. Illud quæro præſe-
pia pro meretricibus: aut quod mox adiicis pro ipiarũ lo-
cis vbinã legeris: aut cur neceſſe habueris ad lupanar cõfu-
gere: cum ſtatim illud ſequatur: dum peruolat axe citato.
Quid aũt pugnãtius: q̃ per amicã lacernatam: puerũ ſig-
nificari Sporũ: quod virilis habitus lacerna ſit. eundemq;
tamen dicere muliebriter fuiſſe veſtitũ? Quid porro tam
ridiculũ: q̃ ſupinũ accipere pro ſuperbo & erecto: tum au-
ctores ibidẽ aduocare: qui delicatũ: & mollem tueantur.
Quod & vſus doctorũ cõprobat: & hiſtoriæ fides Quid
poſtremo tam rude: q̃ putare traductã gyaris turbã ſigni-
ficare in gyaras relegatam. Quid quod: & tabulam doces
inq̃ teſſeræ mitterentur etiã dici latrũcularia? Quare ad
auctores te voco. De lithoſtrato nihil dixerim: quoniam
q̃uis exceptione iſta nõ vteris: cõferre tamen in librarios
culpã facile poſſes. Criſpinũ certe ſignificari per hominẽ:
qui ſit ad Euphratẽ natus mihi Merula nõ perſuadebis: cũ
fuerit Criſpinus (vt aperte Iuuenalis oſtendit) ægyptius
nõ armenius. volo de Hemiſtichio quoq; illo taceamus:
quid confert purpura magis: vbi te nõ ſentis Hexametrũ
Rancidula versum. Pyrrhichio clauſiſſe. Nam rancidulæ illi tuæ Ci-
coniæ: qua repræſentari concordiã putas: nullus opinor
idoneus auctor: ſicuti noſtræ cornici ſuffragat̃. Docebo
alias: q̃ multa prætereã. ſed & hæ ipſa vides q̃ preſſe. q̃ aſtri-
cte. q̃ breuiter. nec dum ſatyrã vnam exhauſi. nimis tamẽ
epiſtola extenditur Itaq; ne mihi in libellũ ſurgat carptim
paucula tantũ ſequentibus delibabo videlicet vt quæq; in
oculos incurrerint. Ergo ſecũda ſatyra vuluã dici vis in re-
liquis animalibus. in muliere vterũ. nos e diuerſo vuluã
quidẽ mulieris ibidem legimus. vterũ vero cerui. & equi
apud Vergiliũ. Defende igitur hoc quoq; ſi potes. defen-

de illud etiã creticũ deriuari a græco iudice reclamãtibus
opinor: & ortographia: & ſyllaba. Tũ doce nos magiſter
vbi ſit is locus. a quo p̃clara iſta Cocytos repugnãte ſpatio
ſyllabæ cognominet̃ Etenim de lyde ſatis dictũ opiuor in
Miſcellaneis. Illa vero tua ratiocinatio in Satyra tertia:
eiuſmodi eſt: vt plane palmariũ reppereris: colligis enĩ (ſi
cuti video) peracute aliũ eſſe hunc apud Iuuenalẽ vmbri-
ciũ: alium de quo Plinius vt Haruſpice meminerit. Quo
niam hic inquis Haruſpicinæ imperitũ ſe dicit. Sed often
das velĩ quo loco dicat hoc vmbricius: nam ranarũ viſcera
tu quoqꝫ ad veneficiũ trãſfers & recte q̃dẽ nõ enĩ ꝑ victimis
credo ranæ quoqꝫ cædebãtur Iam palliolũ: qđ eſſe linteũ
putas crederem fortaſſe: niſi tu temet aduerſus te Martia-
lis hũc verſiculũ aduocaſſes. Succida palliolo vellera qui-
qꝫ petit. At opicos pro frendẽtibus accipis: & barbaris: ſed
opicos eſſe auctores idonei perſuadent illos qui græce ne
ſciãt: etiã ſi latine nõ ĩdocti ſint. Itaqꝫ feſtiue mures: opici
vocãt̃: q græca rodebãt carmina: q̃ nec ĩtelligebãt: & male
græciſſant (amicæ vitia velut opice mulier illa mera cecro
pis caſtigabat. Verũ deos etiã Phæcaſios apud Appianũ
legiſti nos calceos ibi phæcaſios legimꝰ nõ deos. Sed & ſtri
giles corrupte ꝑfers. Perſiũqꝫ aduocas in ſyllabæ quãtita
te reluctantẽ. Iam ſi placet ad quartã deſcendamus. niſi ni
mium fatigatus: verũ quieſcas paululũ: mo[illegible] tamen opus
reperemus. Nego aricinos axes ad bouillas pertinere. Ne-
go te verũ ſcripſiſſe in pegmatis Aetimo. Nam chirono-
monta: tam corrupte legis in quinta: q̃ indocte explicas: q̃
enim de tribus noĩbus aliena prodidiſti: ſatis vt arbitror
in Miſcellaneis arguũtur. Nec illud in ſexta defendere a ri
ſu poſſis: & agello cedo paterno: vbi pariter: & latinitatis
obliuiſceris: & intellectũ cõfundis. Glaphyrã vero: qui ta
men eſt apud te glaphyrus: nunq̃ profecto Comœdũ Ci-
tharœdumue crediſiſſes: ſi græca teneres. Antipatri. Epi
grãmata: & philippi. Nec inter veneris figuras: græcus vſ
piam cõcubitus reperitur: vt ad has cõfugere ineptias ne-
ceſſe habueris: cũ taxentur ibi fœmine etiã inter coeundũ

græco ſermone bladientes. Certe capitolina quercus: quo
modo cõſulatũ triũphũue ſignificet. haud intelligo. Nec
tu quercũ doces fuiſſe in capitolio: ſed (quod nihil ad rẽ
facit) in palatio. numeroſum hic agmen: quaſi trãſmitto
breuitati ſeruiẽs: ad colũnas tamẽ delphinorũ te voco: ro
goq; videas aliquãdo ſi potes: quæ Diõ hiſtoriæ ſcriptor
libro vndequinquageſimo de Agrippa ꝑdidit. Intelliges
profecto: ꝗ male iſtud intellexeris. vis & ſeptimã percurra-
mus? An tibi Cacethos defendes pro quo nos Cacœthes.
quod ſiue vlcus vt multi: ſiue etiã febris ẽ. vt Galenus tra-
dit: malã certe conſuetudinẽ ſignificat. Etenim de parna-
ſi iugis: Helicone illo Citheroneq; tuis leuauit onere nos
Beroald9: a quo ſimul cũ Seruio refelleris. Beroaldus inꝗ
ille doctus homo: & celeber: qui tuis & ipſe cõuitiis irrita-
tus dentes acuit timendos: vt in te morſibus incurrat. Hic
tibi credo nõ cõcedet: vt Hydros a criminibus caſuros ad
Turni galeã referas: ſicuti nec eſt Hermolaus noſter paſ-
ſus: a quo te laudari falſo credidiſti: ſatum lacertã ditiſſi-
mum videri cauſidicorũ: qui noſtram quoq; cũ laudauit.
Crambẽ: non ſine magno tuo (credo) de decore laudauit
Chryſogonũ quoq; & pollionẽ rhetoras credis: oblitus ꝗ
ſupra legeras: quæ citaueras. Octaua iã nos appellat. vbi
Numantinos ortus: nobileq; tuã de luciferi ortu non ſatis
aſtronomiã ꝑcipimus: ꝗꝗ illud oĩno teneamus. quoni-
am rotũda terra ſit: aliis ſidera tardius: atq; alii gẽtibus ex
oriri. Me quidẽ interprete pernox alea luditur. ante Nu-
mãtinos. hoc eſt in atrio pleno imaginibus maiorũ. quos
poeta per Numãtinos potiſſimũ triũphales hoĩes: ac fa-
ma celebres: indicauit. Tum ortu luciferi legerim: nõ or-
tus. vt ſit oriente lucifero. Nolo quicꝗ de laureato mimo
Tantũ polliceor indicaturũ me vbi voles: nõ modo vana
re: ſed & pugnantia ſcripſiſſe. Teſtem præterea idoneum
nõ habes. qui coronari pinu doceat eos. ꝗ nemea vicerint.
Nam Lucianus Apio teſtatur. Nec tamen illa me prætere-
unt. ꝗ de pinu & Apio ſcribit Plutarchus in quarto. Sym-
poſiacon. vbi victores iſthmiis vtroq; coronat. Græcum

quoq; neſcio quid in Satyra nona reperitur. quod ſi quis
legat vt adhuc ipſe legis. nō eum equidē dicā nullas. ſed ni
mis potius longas. habere aures. Librariū vero partiendis
penſis præficis. ipſo quē aduocas Vlpiano ſtomachante.
Sed ſtrumā tergo. gibbū pectori aſtruis in decima. quibus
obſecro auctoribus? Non. n. hoc vſpiā Celſus. & in vnde-
cima laniſta ille coquū ſe negat eſſe & lanius. nam pytiſma
ti noſtro puto iam credis. ſaltationēq; tuā lacedæmoniā
derides. Sicuti artificē parthenīū duodecima. Tum ſicuti
ſanum fuerit ſinciput. nō ſemper eſſe. quod tu te in tertia-
decima coctū ſinciput æſtimabit. Remitto ſpitamen tibi
& pleureſin. quoniā quartadecima nos vrget. quæ vitem
libello poſci. nō poſt libellos ais. Sed quo libello principi
ſupplicatur. nam de Attegiis: & Cerialibus. nihil tibi com
pertū credo. nec de petauro. nō enim ſcimus vnde expiſca
tus ludum eſſe in quo hoīes per aera rotarū pulſibus iacta
rentur. Duæ reſtant Satyræ quarū prior minime illos in-
nuit: qui currentes facē tenerent poſterior de Bardaico nō
conſentit: Martialiſq; verſiculū tribus abs te plagis defor
matum grauiter fremit. Hæc atq; alia multa in tuis iſtis
famoſis cōmentariis nos hoīes indoctiſſimi deprehendi-
mus. Sed erit operepretiū credo aliquādo etiam in emen
dationes Plautinas: in qbus Herculem te facis: inquirere.
Qualē enī reſpondes in cæteris: qui Emuſitata legas in
milite pro eo quod eſt: a muſitata: quod nemo ignorare
poterat: qui modo vulgatiſſimū ſcriptorē Nonium Mar
cellū ſumpſiſſet in manus Verum de hoc: & item de ruſti
cis auctoribus alias prolixius. Nunc autē rogo te Merula
concedas hæc: aut defendas: quoniā in altero ingenuus: in
altero etiā doctus haberi poteris. Des etiam veniā noſtræ
inſitiæ: ſi tibi Paulo aſperior videtur craſſa hæc & ruſtica
veritas indocti hominis: cui delinimenta illa verborū no
ta nō ſunt: quibus epiſtolæ videlicet eruditiſſimorū viro
rum: tuiq; ſimiliū condiuntur. Vale.

¶ Angelus Politianus Ludouico Sforciæ principi clariſſ-
ſimo. Salutem Dicit.

ITa mihi contingat in ocio:& literis molliter cõſene-
ſcere clariſſime princeps. vt hoc tam ſubito:tamq; in
expectato Merulæ noſtri obitu nõ leuius cõmotus ſum:q̃
ſi ei diſcipulus:aut aliq familiariſſimus fuiſſem. Quod
fortaſſe parum credent ij qui certamẽ hoc inter nos de cõ
munibus ſtudiis exortũ parum benigne interpretabantur
At enim:quod ego ſæpiſſime ſum teſtatus:nõ video quid
impediat:quo minus diſſidere inter nos de literis:ſaluo ta
men amicitiæ iure potuerimus. Cæterũ cõtracta hæc opi
nio eſt quorũdam immodeſtia: qui lædi ſe capitaliter ab
iis exiſtimant: qui dictũ ſcriptũq; ipſorum de leuiſſimis
etiam rebus confutauerint. Ego certe ſemper & ſum pro-
feſſus:& præ me tuli maximi loco beneficii poſiturũ ſi no
tas aliquando meorũ ſcriptorũ mihi Merula noſter indi-
cauiſſet. Dediſſem vero protinus manus:& gratias ingen
tes egiſſem:quod admonitu illius eſſem conſecutus: vt ite
rum(quod dicitur) ad eũdem lapidem nõ offenderẽ. De
niq; certamẽ hoc inter nos eiuſmodi futurũ videbatur: vt
ego nec vinci turpiter ab hoĩe tam docto: nec eũ cõtra vin
cere:niſi magna mea cũ gloria potuerim. Dolendũ profe
cto ſtudioſis omnibus illius deſiderio eſt:in quo publice
res latina iacturam fecit. Sed quoniã ſic ille vitã:quaſi bo-
nus poeta fabulã magna laude:magnaq; oĩm approbatio
ne peregit:nõ lachrimis eius interitus: verum dulci grata
q; potius mentione proſequẽdus eſt. Quod ego profecto
quantũ ratio ſtudiorũ meorũ patietur:polliceor quacũq;
occaſione libenter cumulateq; facturũ. Hunc aũt:quando
ille hiſtoriã familiæ veſtræ luculente ſcriptã libroſq; item
quoſdã vetuſtiſſimos auſpicio tuo reptos: quoniã mors
præuertit:publicare nõ potuit: rogamus te princeps qui-
cũq; in ſtudiis literarũ verſamur: vt iſta latere diutius nõ
patiaris. Quod ſi tibi ad vtrãq; editionem: q̃uis doctiſſi-
mis hoĩbus abundes:conferre aliquid tamẽ noſtra quoq;
mediocritas valet: vtere quæſo audacter nõ dicã ingenio:
& doctrina:ſed labore induſtriaq; noſtra. Nam cũ defun-
gi hoc vltro tam honeſto munere cupio: tũ vero tibi quẽ

merito plurimi ſatio gratificari: profiteorq́ ſi velis me vel hiſtoriæ: vel antiquis publicandis codicibus. præfatiões additurũ cum tua (quod primũ eſt) illuſtri gloria: ſic tamen vt ne Merulã quidẽ noſtrũ: debito ipſius doctrinæ: diligentiæq́ teſtimonio fraudemus.

¶ Angelus Politianus Bartholomeo Chalco ſuo. S.D.

OBſecro vos Chalce. ne tolli patiamini ſcriptorum meorũ notas de Merulæ cõmentariis. Multo enim nos mihi grauioris notas inuretis. occupabũt hanc inuidi anſam credituri ſemper immo futuri ſimiles credẽtibus. hoc me a vobis imbecillitatis meæ conſcium multis precibus impetraſſe. Si iure me carpit: cur ipſius ĩuidetis laudi? Si iniuria cur meæ? Reſpondeas forſitan ad biceps argumentum. Si iniuria te carpit: illi parcimus. Si iure: tibi. Nempe igitur a veſtra iſta indulgẽtia veritas rurſus in Democriti puteũ demergitur. Sed teſtamento cauit: vt tollerentur Eſto: ſcio quale iſtud teſtamentũ: graui malo expugnatus: ac præſenti iam morte ſollicitus: rogãti hoc antiquario: multũq́ inſtanti negare nõ potuit. Quod vtinã vt faceret: antiquario noſtro nunq̃ veniſſet in mentẽ. Hoc enim illius officiũ: q̃q̃ ſcio ſedulo: ac pie ſuſceptũ: metuo mihi ne valde offecerit. Sed pauca ſunt & leuicula (ſic enĩ audio) q̃ mihi obiecerit Merula: cur ergo ea deletis: tanq̃ ſi multa: tanq̃ ſi grauia? Iubet inquis princeps Ludouicus Ille vero iubet: quoniã ſe mihi beneficiũ facere nõ iniuriã putat. Notũ eni quãtopere mihi faueat: q̃ de me bene ſentiat: honorifice loquatur. Rogate meis amabo eũ verbis: meis dico: ſtudioſorũ immo oĩm: ne fœdari doctiſſimi viri lucubrationes turpiſſima litura patiatur. Imitetur Auguſtum Cæſarem: qui Vergilii Aeneida contra ipſius teſtamenti verecundiã vindicauit a flãmis. o ſi liceat iſtuc excurrere: q̃ me ſuppliciter aduoluã principis genibus: quibus eum verbis: quibus (ita me deus amet) etiã lachrimis obſecrẽ: ne tantũ fieri flagitiũ: ne rurſus extingui Merulã

permittat: ne illius fructu vigiliarũ ſæculũ noſtrũ poſteritatẽq defraudet: ne mihi Lydiũ lapidem: quaſi de manibus excutiat. Non quo aurum purum ſubæratũq diſcernam: ſed quo verũ falſumq diiudicẽ in meis ſcriptis. Per fortunas Chalce circũfuſi oẽs exorate principem: ne quid mutari: ne ve quid interlini ſinat. Edantur autẽ q̃ primũ: nec vero interpolentur: non modo quæ ille abſoluta reliquit: ſed & quæ rudia: quoniã magni artificis opera ſperamus illa optima: quæ poſtrema: fruſtraq ſumma deſiderata manus eſt in Apellea Venere: ſiquidem tantopere inchoata protinus oculos tenuit. Vale.

Aurum subaratum

¶ Angelus Politianus Iacobo Antiquario ſuo. Sal.

Utar igitur cõſilio tuo: tuo prudentis hoĩs: & amici: qm̃q nõ poteſt fieri quod volo: id volam quod poſſit. Sed quid tu ais? Adeon pauca Merula noſter: Adeõ incondita reliq̃t: vt iuſſu principis etiam ſupprimãtur? Vbi ergo Centuriæ illæ tam paratæ: tam inſtructæ: tã formidabiles? Vbi tam diu nobis expectatæ totiens promiſſæ Plautinæ q̃ſtiones? An eas ſecũ forſitã tulit ad manis. nec dignos putauit nos: quicũq ſuperſtites eramus: indoctos prorſus hoĩes rerum tantarũ lectione. Sed extra iocũ Parcam ege Merulæ ſemper: quãdo nos euaſit: cui tamen iratus nũq̃ fui: ne me ſimultatẽ credas exercere aduerſus vmbram Defero hũc honorem libenter ſapientiſſimo quoq principi Ludouico Sfortiæ: cuius auctoritas non minus tueri nũc extinctum: quã olim viuentẽ debet. Vale.

¶ Angelus Politianus Bartholomæo Chalco ſuo Salutem Dicit.

Ago tibi gratias ingentis quod de Merulæ ſcriptis edendis rem cõfeceris ex animi noſtri ſentẽtia Ludouico aũt ſapientiſſimo pariter: humaniſſimoq princi

pi: q̃topere debere me vel hoc ipſo noīe ſentiā: nō explico
tantum .n. mihi ille tribuit: quantū ego vix optare vnq̃
auſus. Nam & antea ſupprimens: & nūc emittens: honori
ꝑcipue meo conſultū voluit. Sed quid ais animaduertiſ-
ſe eū de meis literis moleſte me laturum ſi publicarentur
An ego vnq̃ aliud præcatus: q̃ vt copia fieret audiēdæ ac-
cuſationis. Deniqꝫ quos ego iſtic habeo vicarios? Aut qd
vnq̃ cuiq̃ mādaui: niſi vt oīs machinas adhiberet: quo no
tæ iſtæ de latebris eruerentur? An forte amicus iſtic aliqs
plus in mea re uidere ſe: q̃ ego videbam: credens meumqꝫ
animū ſpectans ex animo ſuo quicq̃ vel egit inſcio me:
vel dixit: quo ego nollem? Expoſtulabo iniuriā: ſi reſcie-
ro: quāuis ille ſedulo: quāuis amice: quāuis officioſe fece
rit. Sed cui magis credendū: quā tot epiſtolis meis vulga
tis: conteſtatis: latine (vt arbitror) ſcriptis: & perſpicuæ?
Quare apage quæſo a me iſtam calūniam: quo nemo vn
q̃ fuit: & confeſſioni paratior: & defenſioni. Quo maiorē
tibi nūc habeo gratiā: qui mihi: vt vtriuſqꝫ fieret poteſtas
opera: & auctoritate curaueris. Vale.

¶ Angelus Politian Bernardo Riccio ſuo. Sal.

Significas deſperandā plane mihi eſſe publicatio-
nem georgii Merulæ ſcriptorū quod friuola: qđ
paucula: quod imperfecta: quod perturbata ſint: & inter-
lita. Sed a Coryceo tamē quodam tuis ais eſſe auribus in-
ſurrarū: reprehendi ab illo me quodā loco: quod albæ li-
neæ ꝓuerbiū ſecus acceperim: quā debui: videlicet in bo-
nam partē. Reſpondebo leuiter & quod aiūt ſuſpēſa ma
nu. Non .n. defenſio grauis vbi leuis oppugnatio: Græcū
prouerbiū celebratur λευκη ςαθμη quod A. gellius albā
lineam tranſtulit. Poſſis tu tamen & amuſſim dicere filū.
ſcilicet illud fabrorū: quod oblinitur rubrica: valet ergo
in eos prouerbium: qui ſine diſcrimine dicunt aliquid:
aut faciunt: vt autem dixerimus haberi odio malos om-

Alba linea

los omnis ſine diſcrimine: ſic rurſus & amari bonos. Cer
te Socrates in Charmide Platonis: is qui nullius rei ſcien
tiam ſibi præter amoris vindicat: albã ſe tamen eſſe lineã
dicit erga formoſos Propterea quod oẽs amaret ex æquo
Quod idem trãſtuli ego prorſus ad hoĩem nõ doctũ quĩ
dem: ſed amatorẽ tamẽ vtcũq; doctorũ: cuius amori pu-
denter (vt mihi quidẽ videor) iudiciũ delectũ diſcrimẽq;
detraxi: ne mihi. ſ. ob eũ: quaſi iam plane docto nimiũ di
cerer tribuere. Nec amico tamen iniuriã faci Nam vulgo
quoq; laudatoribus noſtris dicimus: falli quod amẽt. Eſt
vero integrũ ſicuti quidam referunt: hoc adagiũ λευκω
λιθω λευκη ςαθμη quod ita cõmode vertas. In albo lapi-
de alba linea: videlicet quæ nullũ faciat diſcrimen. Id eſſe
aũt ſic integrũ Cidalione Sophoclis tam græci quidã Pla
tonis interpretes: q̃ Suidas ipſe (ſi qui modo hic vnq̃ Sui
das) nõ oĩno malus auctor teſtati ſunt.

¶ Angelus Politian⁹ Ludouico Sfortiæ principi ſuo. Sa.

NOn tam gloriæ meæ conſulis quã tuæ: quod & ve-
ritati ſuffragaris: & literarũ profeſſorem vindicas
ab iniuria. Sic itur ad aſtra mi princeps. Non enĩ tam ſoli
dam. tam veram laudẽ vanæ prædicatiões: quã ſua cuiq;
rect facta conciliant. Sed tamen & recte factorũ memoria
ipſa parum per ſe fida: niſi literarũ teſtimonio roboretur
Equidẽ quantũ tibi debeã: nec ipſe ignoro: nec tu pateris
ab aliis ignorari. Si tamẽ æſtimas: quãtũ præſtare tibi uo
lo: ſoluendo ſum: ſi quantũ valeo. nõ ſum. Vale.

¶ Angelus Politianus Ludo. Bolognino equiti ac iurecõ
ſulto Bononienſi. S. P. D.

VEllem Ludouice vir clariſſime cæteris quoq; iurecõ
ſultis: quæ tibi eſt corrigendis reſtituendiſq; legib⁹
in verã: atq; eam ipſam lectionẽ: qua ab Imp. Iuſtiniano
publicatæ ſunt: & olim fuiſſet & nũc eſſe diligentia. Non

enim nos puderet multorũ: q̃ tum ridicule: tum perperã legũtur in legibus: ſed emaculata oĩa: & vera haberentur: ſcripſiſti tu ſuperioribus diebus ad Laurẽtiũ Medicẽ ætatis noſtræ Mecœnatẽ alterũ: nam vt Romanus ille Mecœnas cõſilio: diuitiis: opera fauebat ſui ſæculi literatis viris ita & hic noſter facit quandoquidẽ doctos oĩs doctus ipſe iuuat ſemper: ſuſtẽtat: alit: dat munera prodeſt omnibus ſtudioſis. ſcripſiſti inq̃ vt legẽ quartam titulo de verborũ obligationibus de Pandectis: quæ olim Piſanæ fuerunt: nũc Florentinæ adunguẽ exſcriptam ad te mitteret. propter cõtextũ eius. paragrapho Cato in vulgatis exemplaribus incuria temporũ deprauatum. En igitur ea tibi ex ipſo Archetypo eius ipſius Laurentii Medicis iuſſu excerpta a nobis ſumma fide. Eſt aũt liber characteribus maiuſculis: ſine vllis cõpendiariis notis: ſine vllis diſtinctionibus: nec græcus: ſed latinus videlicet ille ipſe: quẽ inter cæteros publicauit Iuſtinianus: quod & hoc pulcherrimũ in fronte libri græcũ epigrãma oſtendit.

Βιβλονιουςιγιανοσ ἄναξ τεχνησατο τηνδε
Τηνρατριβωνιανοσ μεγαλω καμετα μβασίλῃ.
Οιατισηρακλη ιωανδιολογασωι Δα τευξα
Ηεωιμαιρουσιν αγαλματα ωαντα θεμισων
Ανθρωωοι Δασινσ τε: Δορυκτητουτε λιβυσσησ.
Ευρωωησ τεωιθονται ολου σημαντορικοσμου.

¶ Angelus Politianus Ioanni Pico Mirandulæ ſuo. Salutem Dicit.

QVantopere me ſemper dũ vixit Hermolaus Barbarus dilexerit: quãtumq́ ego illi viciſſim tribuerim: notum tibi mi Pice. qui ita vtrumq́ amabas: ita rurſus ab vtroq́ amabaris: vt ſicut vterq́ ſe eſſe apud te primum: ſic tu primũ te eſſe apud vtrũq́ exiſtimares. Adeoq́ ſingularis hic inter nos amor alios delectabat: alios rurſus perſtringebat: vt qui. vnũ vel laudabat e trib⁹: vel vituperabat: idem ſibi cæteros: vel laudandos eſſe: vel vitupe-

randos arbitraretur. Edidit ille pauloante: quã dieẽ obitis
opus: (vt ſcis) elegãs: & eruditũ Plinianarũ caſtigationũ:
quo in opere: quãtũ equidẽ æſtimare poſſum iuuit appri
me rem latinã: ſiquidẽ multũ ingenio niſus: & ſtudio: ve-
tuſta diligenter exemplaria contulit: & auctores vtriuſq;
linguæ pene omnes aduocauit. Libertate aũt vſus eſt om-
nino aliqua: ſed modeſta nec tam in alios: quã in ſe quoq;
ipſum: multa enim poſterioribus confutauit: quæ priori
bus cõmentariis defendiſſet. Ita (quod ego in primis lau-
do) nihil ſibi prius eſſe fide putauit agenti negotiũ poſte-
riorũ: qui ſententiã de nobis: ſine gratia: ſine inuidia latu
ri ſunt. Sed in me vnũ tamen paulo fuit indulgentior: vbi
enim occaſio laudandi: noĩatim me citat: vbi rurſus diſſi
det: rem refellit ipſam: nomini parcit. Et cupiebã defenſio
nem omittere: quoniã quæ ſunt vtriuſq; noſtrũ ſcripta in
manibus: doctiorũ iudicio relinquere. Sed occurrũt inter
dum ſcioli quidã male in augurati literis: qui pro dãnato
acceptũt: quicquid nõ protinus defendatur. Quo circa tu
mihi nũc adeundus mi Pice doctorũ oĩm doctiſſime: nõ
quidem vt iudex: ſed vt arbiter honorarius: qui videlicet
inter amicos diſceptantis litem dirimas. Defenſus a nobis
Endelechia
Entelechia
Cicero eſt: quod Endelechian ſic exponat: motionẽ quan
dam continuã & perẽnem. Placet hoc Hermolao: vetereq;
ſuã reuocat ſententiã. Cenſet aũt nihilominus Entelechi-
an ſcribi. t. litera oportere: quod in hanc vertere. d. ſoleãt
attici. Tum id auctoritate Luciani tuetur: & grãmaticorũ
quorũdam ignobiliũ: qui de dialectis conſcripſerũt. Cæ-
terum ſi Luciani verba ipſa græca perpendas: nihil ibi ali-
ud inuenias: niſi furtũ obici. t. literæ: quod ea quæ ſit En
delechia vocare malit Enthelechian. Quare cum conſtet
apud omnis vocabulũ id ab Ariſtotile primitus fuiſſe cõ
fictum: nõ dubiũ eſt quid Endelechian: quod prius fuerit
nõ Entelechian: quod poſterius & auctor ipſe protulerit:
& auctorem Cicero ſecutus. Apparet autem naſutiſſimũ
hominẽ Lucianum carpere indoctos iam tum linguæ phi
loſophos: qui dum vocem contaminant: etiam intellectũ

nõ aſſequerentur: quẽ tamen Luciani ſalem parum degu
ſtãtes: quicũq; iſti inſipidi literatores ad Attici ſermonis
diſcrimina detorſerunt. Quod & ipſum tamen Hermo-
lao quoq; nõ fauet: quando vtrũq; inconfeſſo eſt. & aucto
rem fuiſſe vocis eius Ariſtotelem: & in. d. locum. t. literã
ſucceſſiſſe: Nec ego tamẽ: quod ille (vt video) putauit: oc-
caſione abutor deprauati exẽplaris. Nemo igitur me ma-
gis defendit: q̃ qui ſic accuſauit. In Tetraonibus vero me-
cum plane ſentit aduerſus. Erythaonas. g. tamen inſertat: Erythaonas, hymno
& ſcriptos calamo Plinianos aduocat codices. Ego vero
contra tam Suetonianos profero: q̃ etiam Plinianos ſed
vetuſtos vtroſq; quales in Medicæ quoq; gentis Bibliothe
ca patent. Nam tetrax apud Athenæum libro nono: nihil
ad Tetraonas. Illi enim a Plinio dicuntur abſoluta eſſe ni Tetraonas poti
gricia. & quaſi coccinis ſuperciliis: quidamq; tamen vul- mauult
turum colore. Tetracẽ vero Porphyrioni ſimilem tradit.
Athenæus: eiuſq; volucris admiratur. το ευχροεσ quaſi
picturatũ ſignificans: & floridum. quod Hermolaus for
ma conſpicua conuertit. Tum pendere vtrinq; ab auribus
paleam ſicut gallinaceis oſtendit. Paleam enim interpreta
ri τάκαλλαια malo: q̃ quod Hermolaus criſtas. Melos
quoq; defendi apud Perſium poſſe putat auctore in hym
nis Homero: quaſi vero non conſtet hymnos iſtos: quos
etiam vatis eſſe Homeri quidam dubitant: plurimis eſſe
locis mendoſiſſimos: quod & Demetrius Chalcocandy-
les in præfatione quadam ſua conqueritur. Scio autẽ ver-
ſiculum citari quẽdam male cõpaginatũ de hymno ipſo
puto in Mercuriũ quẽ ob id opinor Hermolaus ipſe nõ ci
tat: quoniã videlicet in eo fides vacillabat. An igitur cum
vniuerſis græcorũ latifundiis vnus iſte infamis angulus
cõferetur. nec quicq̃ profuerit: quod etiã tum cũ locũ ip-
ſum tractabamus friuolis iſtis auctoritatibus occurrimus
Iam qđ Aſcoperã nos inueniſſe putat in codicibus antiq̃s Aſcopa pera
nõ meminit ad liquidũ: ſicut eni Scopa eſt peruulgatis ex
emplaribus: ita in vetuſtis Aſcopa: quod ipſe tamẽ ob id
rectũ putat: quo eo ſit vſus. Hieronymus: nec autẽ aiad-

uertit idem eſſe vtrobiꝗ lubicrũ mendum: nec græcũ ta⸗
men probari Aſcopa: nec latinum. Cæterũ ſecunda editio
ne quaſi priorem ſententiã pertęſus græcos quoꝗ allegat
auctores: apud quos Aſcoperam repperiſſet. Illud etiam
quidã pertinere ad nos contendunt: quod Dionyſiũ non
a Priſciano ſicuti ego prodiderã: ſed a Rhemnio Fannio
conuerſum dicit. Verum quoniã nec argumentis hoc ille:
nec auctoritatibus obtinet. & æquo iure vtimur omnes in
literis. ad noua pariter: & vetuſta: quæ indicari poſſunt
exemplaria prouocamus. Illud equidem miror: quod vt
Theodorũ Gazam defenderet: a nobis in ſuada reprehen
ſum: cui tamen: nec ipſe pepercit: mella neſcio quæ poeti⸗
ca miſcuit: quæ nihil omnino (vt videtur) ad rem. Deni⸗
ꝗ iſta ſunt fere: in ꝗbus aliter quã nos Hermolaus noſter
prodidit. Cũ tamen idem pleraꝗ inuenta noſtra: nũc edi
to: nũc ſuppreſſo nomine tuetur. Declarãt hoc illa: quæ
de Boeotia: de Grambe: de Oaxi: de Cicuta: de Salutis au
gurio: de Hecale: de Prœtidibus: de Cauſarius: Harpocra⸗
te de Ocno: de Priapeis: de Philyra: de Poppyſmo: de Ca
tulliano paſſere diſputat quin idem quæ fabulatus ego cũ
eo Florentiæ inter cœnam de Solſtitiali herba: de Elutria
to vellere: ſed & de Diſcoride domi tuæ ſũ retulit in hoc
ipſo ſtatim libro mei honoris cauſa. Quanq̃ ego inibi ta⸗
men etiam Dorcada nõ recipio. Sed cũ mihi pleraꝗ om⸗
nia placeant in Hermolai ſcriptis. tum illud in primis: ꝙd
vtiꝗ ſentit: quanta in perplexitate verſemur librorũ enar
ratores: quos & barbaria confudit: & veritas obſcurauit:
vt vituperandi nõ ſint: quorum etiam ſedulitas retrahere
illa nõ poteſt: quæ maioribus noſtris (vt Varro inquit)
ademit obliuio fugitiua: digni magis æternis honoribus:
qui hæc aſſequi tam remota: tamꝗ obliuia quoquomo⸗
do potuerunt: quo minus ferendi: qui vel ſe vel alios refel
li talibus in rebus ægre ferunt. Contra ego profiteor: tam
magis reprehenſoribus debiturũ: quam magis erraſſe me
docuerunt. Etenim vt idem teſtatur Marcus Varro. non
ſi nõ potuero indagare eo ero tardior: ſed velocior ideo ſi

qui ero. Non mediocres enim tenebræ in ſilua vbi hæc ca
ptanda: Tantum illos nec ferre interdum: nec diſſimulare
poſſum: qui de me tacent: & mea ſuppilant. Vale mi Pice
in ruſculo Feſulano ſexto nonas. Maias. M.cccclxxxxiiii.

¶ Angelus Politianus Pico Mirandulæ ſuo. Sal.

QVam vellem te quoqꝫ hodie nobiſcũ Paulus Vrſi
nus inuitaſſet ad epulas vir vt in omni militari glo
ria celeber: ita nec abhorrens a literis: nec a literatis Filio-
lus eſt illi Fabius vndecim natus annos: inſigni cum pul-
chritudine tum virtute. Flaui puero crines interga molli-
ter fluentes: alacres oculi: facies liberalis: vultus ingenuus
ſtatus elegãs: decorus: habitus: atqꝫ is militaris: vt ergo di-
ſcubuimus canere quædã iuſſus notata muſicis accentiun
culis carmina: ſimul cum peritis aliis. ſtatim ſuauiſſima
quadã voce ſic in aures noſtras illapſus: imo vero in præ-
cordia eſt: vt me quidem (cæteros neſcio) pene extra me
rapuerit: certe ſenſu tacito diuinæ prorſus cuiuſdam vo-
luptatis affecerit. Pronuntiauit heroicum deinde carmen
quod ipſemet nuper in Petri Medicis noſtri laudem com
poſuerat: id ab ipſo reuera nõ quod ego tamen ſuſpicabar
ab alio factum ſignis euidentiſſimis argumentiſqꝫ poſtea
cognoui. Roges quale carmen: quale fere: nec meũ dici ſa
nus recuſem Vox ipſa nec quaſi legentis: nec quaſi canen-
tis: ſed in qua tamen vtrũqꝫ ſentires: neutrum diſcerneres:
varie tamen prout locus poſceret. aut æqualis. aut inflexa
nunc lenta. nunc incitata. ſemper emendata ſemper clara
ſemper dulcis. Geſtus non ocioſus. nõ ſomniculoſus. ſed
nec vultuoſus tamen ac moleſtus. Roſciolum prorſus ali
quem diceres in ſcæna verſari. Poſtularunt ſubito quidã
carmen. vt illud in proſam retexeret. & oratione ſoluta to
tum rurſus vt argumentũ colligeret. Cunctatus paululũ
quaſi deliberabundus. cœpit mox dicere. verecunde qui-

dem ſed tamen admirabiliter Et fluebāt ex ore tenello ver
ba lectiſſima. tanto curſu. quantū facile. nec ſtilus ipſe ſup
peditat. Miraris hæc Picæ. dabo aliud maius. maiuſq; q̄d
mireris. Impleuerat hoc iam munus. & eum pater iuſſerat
ibidem cibum capere ſtantem. non enim ſolet aliter. Iam
ſecundæ menſæ. cum proponere iubeor. quot & quæ ar-
gumenta epiſtolarum velim. quas ille ſimul pluribus di-
ctaret ex tempore. Propoſui quinq; dūtaxat (nō enim plu
ra libuit. ne forte puerum fatigarem. plura ille tamē blan
de adhuc depoſcebat) ſed quæ propoſui nata ibidem ſta-
tim ſunt varia noua. quædamq; ridicula: ſic vt ad ea com
parare ſe prius nō potuerit. collocati quinq; igitur per or-
dinem liberarii cum ſtilis & pugillaribus. excepturi quod
ille dictaſſet. Conſiſtit in ſummo puer terram intuēs mo-
deſte. cogitat aliquantulū. mox tamen oculos attollit. im
perat ei. qui ſummus conſederat. vt iam ſcribat. vbi pau-
ca dictauit innuit & ſecundo. dictat & huic alteram argu-
mentū. pergit ad cæteros deinceps. donec ad infimū rur-
ſus quoq; ad primū reuertitur ſarciens quod omiſerat. ful
ciens quod pependerat. diſſidebat ibi nihil. claudicabat ni
hil. Ita ſæpius in orbem remeans. epiſtolas vno tempore
(quis credat) quinq; abſoluit. His actis equos conſcendi-
mus. vt concurrentes haſtatos. inq; iis Petrū Medicem no
ſtrum ſpectaremus. Ibi res accidit. quæ ſicuti me ſtatim
maxime turbauit. ita diuinitatem pene quamdam poſtea
pueri huius oſtendit: vehebatur equo Fabius. quo pluri-
mū delectatur: pulcherrimo illo quidem ſed qui nimium
freno repugnet. Hoc perſultare campū ſolet: hoc decurre-
re. Citat: flectit: vt ſcienter: ita ferociter. Ibat ergo mecum
ſermonibus captēs: ac fabulis inhiās literatis: aureſq; mihi
penitꝰ: aīmq; dediderat: cū repēte collapſus equꝰ in limite
quodā ſup eqtem ruit ipſū reſupinus Clamat puer: quiri
tat vt in extremo piculo: accurrūt vndiq; famuli: p ſe qſq;
ſubleuatū: quorū vnus etiam dum ſalit incautius ſibi mi-
ſer crus defregit. Plena omnia tumultu: me terror: horror

obſtupefecerant. Pater adeſt: hortatur animo bono ſit. Ille vbi patrem videt (vt generoſi ſpiritus facile indolē cerneres) nullum vltra clamorem: nullos gemitus edere: tantum hortari: pedetentim cautimq; agerent ne forte ipſum grauius: dum conſurgere conatur equus affligeret. Abſciſa igitur cingula iacenti equo: ſubtractuſq; ita Fabius nobis multum pauefactis incolumis reſtitutus: quāq̄ tamen vexatus nō nihil: atq; ob id in ædibus deinde relictus Ego vix mei cōpos omiſſo ſpectaculo: nec mihi ipſi adhuc de ſalute pueri ſatis credens: domūſum reuerſus pene attonitus: ac periculi tanti metu quaſi præſentis exanimatus Habes diei vnius hiſtoriā de vrſino fabio: qui ſi ſuperſtes fuerit: ætatiſq; numeros (quod ille ſinat deus) impleuerit ſi iam quo gradu cœpit: ad excellentem gloriā perrexerit auguror euaſurum talem: qualis tu ſolus mi Pice noſtro ſæculo eſſe videris: hoc eſt vt eum quoq; propter admirabilem virtutem mortales omnes: tanq̄ ſi cælitus demiſſus venerentur. Vale.

¶ Angelus Politianus Pico Mirandulæ ſuo. Salutem. Dicit.

QVod honoris mei cauſa: tu quoq; ſederis inter auditores meos: nō habeo gratiam. Nam ſi placui: iā rettuli: ſi nō placui: nec debeo. Vale.

¶ Angelus Politianus Pico Mirandulæ ſuo. Salutem Dicit.

HR ſi pene ſemper (nimis improbe forſitan) Sed ar ſi tamen ſemper ſtudio famæ perpetuæ: ſic vt pro nihilo diuitias: dignitatem: potētiam: voluptates habuerim: ſi cum ſuperſtite gloria cōferentur. Sed quoniā: quæ ſcribebam: vix etiam vetuſtatem nominis pollicebantur exſtitiſti tu Pice: qui quod ego mihi non poteram præ

ſtiteris. dedicato cõmentario de Vno & Ente(ſic enim ti-
tulum facis)in quo riuos per Lyceum decurrentes:& Aca
demiam reuocas ad verum caput:& cum philoſophia ma
gis vna q̃ gemina noſtram quoq; Theologiam copulas.
Quod igitur iam glauci gramen requiram victurus æter
num per te:ſed & tecum! Narrabit autem quandoq; poſte
ritas fuiſſe olim Politianũ quẽdam. quem tanti fecerit ip
ſe quoq; Picus omniũ doctrinarum Lux. vt ne librũ qui-
dem nuncupare illi pulcherrimũ de rebus altiſſimis dubi
tauerit. Ago itaq; tibi gratias pro immortalitate. ſed im-
mortales. Vale.

Angelus Politianus Pico Mirandulæ ſuo Salutẽ
Dicit.

VIncebar abs te prius doctrina: vincebar ingenio: ſed
vinci tamen lætabar: atq; adeo lætor: quoniã te di-
ligo: quin ob hoc ipſum diligo. quod iis vincor. At nunc
& humanitate me vincis: hoc equidem ferre nequeo. quo-
niam turpe: ſed iam fero. nihil enim turpe mihi quod ho-
neſtum tibi. Vale.

Angelus Politianus Pico Mirandulæ ſuo. Salutem
Dicit.

CElebrauit hodie noſtra iuuentus equitũ certamen
haſtis concurrentiũ: quo mihi ſpectaculo carere pe
ne non licebat: certe nõ libuit. Etenim pleriq; certatorũ
de ſchola noſtra prodierant. Tu tamẽ a me ſolos fieri poe
tas: aut oratores putas: at ego non minus facio bellatores
Et vicerunt omnino quos optabam Petrus Medices: ac
Laurentius Tornabonus noſter vterq; non diſcipulus mo
do: ſed & alumnus. Duplex tibi palma. prioremq; Petrus:
alteram Laurentius abſtulit: ſed inſigni tamen populi to-

totius acclamatione plauſuq; multiplici: videlicet admi-
ratio quædā ſuffragabatur: quod primæ nobilitatis iuue
nes alias in toga: & foro cōſpicui cū militibus exercitatiſ-
ſimis concurrerant: & eos in ipſorum (quod dicitur) ha-
rena ſuperauerant. Scis aūt q̄ gratus multitudini ſit: & ci-
uibus Petrus noſter: nō minus iam ſua: q̄ familiæ gloria:
ſcilicet in quo patris ingeniū: patrui virtus: patrui magni
humanitas: aui probitas: proaui prudentia: pietas abaui
reuiuiſcit. Omniū vero maiorū ſuorū liberalitas: oīmq;
animus. Sed & ipſi Laurētio mire fauetur: nō ob opes mo
do: & nobilitatem: quāq̄ ob has etiam verū multo magis:
quoniā cū Petro aſſiduus eſt: vt pote cōſanguineus: vtpo
te ſimul educatus: vtpote fidiſſimus. Itaq; ſicuti rem nu-
merariā curat eius vniuerſam diligenter: caute: fideliter:
ita diligit ipſum vehementer: ſic tamē: vt & colat: & imi-
tetur. Eſt enim Laurentius quoq; doctus admodū lingua
vtraq;: poetarūq;: vel ex tempore. Dat & muſicis operam
vires etiā corporis exercet: oīaq; fœliciter: vni Petro lōge
concedens: id quoq; fœliciter: vt qui plus ei fauet etiā q̄ ſi
bi. Deniq; cum receſſeris a Petro: nihil apud nos inuenies
Laurentio placidius: manſuetius: dulcius: nihil etiā blan
dius: humanius: benignius. poſtremo nihil modeſtius. cā
didius: amabilius His igitur artibus celeberrimi iuuenes
fauorē colligunt: plauſus excitant: acclamationes eliciūt.
Optarem profecto tu quoq; adfuiſſes nobiſcū. quāq̄ po-
pularia iſta vos philoſophi magni cōtēnitis. mihi tn̄ phi-
loſophaſtro adhuc venia dabitur credo. ſi pluris id ſpecta
culum feci: quā tuū quoq; conuiuiū. Tu certe cuius hodie
vocatores fefelli: ſcio dabis facile Nam (ſi te noui) nō mi
nus libenter hanc a me accipis epiſtolā: quā me accepiſſes
conuiuio. Vale.

¶ Angelus Politianus Io. Pico Mirandulæ ſuo. Sal.

CVm ſuperioribus diebus enarrarem Florētinæ iu
uentuti ruſticū noſtrā: cui tn̄ quoq; poemati nō ni-

hiſ tribuis: & ad eũ iã locũ deueniſſe: quo lunares dies He
ſiodũ ſecut⁹ alios aliis: aut in ſpectatiõib⁹: aut opibus tri-
buebã: dubitare mecũ cœpi doctiſſime Pice: nũqd iſtiuſ
modi tam veteres obſeruationes a naturæ cauſis: an a vul
gi magis credulitate profectæ ſint. Quare quoniã tu nũc
librum cũ maxime componis aduerſus aſtrologos multi
plici doctrina: magniſq; argumentis inſtructũ: qbus hæc
eſſe vel propria. vel certe finitima videri poſſunt: adeun-
dus præcipue mihi es: qui præſcribas quatenus his anti-
quiuatis legibus: quas iã noſtras imitatione fecimus obtẽ
perandũ ſit. Ac ne tibi grauioribus & quaſi ſanctioribus
literis ocupato requirendi. relegẽdiq; ruſtici poetæ onus
imponã: breuiter hac epiſtola complectar: & quid ille p-
diderit: & quas ego vel rationes: vel cauſas: partim de Pro-
cli: cæterorumq; lectione: partim vero de mea coniectura
poſſe videar afferre: ſumma igitur eſt. Heſiodi partitio.
dies vt alios admittat: vel ad inſpiciendũ: vel ad efficien-
dum: rurſus vt alios velut emortuos prætereat. Tres ta-
men Iouis appellat: vt primũ diem menſis quartũq;: & ſe
ptimũ. Primũ puto: quoniã princeps vnitas: numerorũ:
principiũq; omne diuinũ (ſicuti Plato docet) ex quo mẽ
ſis apud Orpheũ μονοκερος μοσχος dicitur quartum
vero: quoniam in eo rationes omnes muſicæ continẽtur.
quæ de numerorũ proportionibus euocantur: quarũ pri
us in vnitate ſemina latitabant: ex quo veteres eum Pana
vocabant. Septimum deniq;: quoniam ſola hunc numerũ
producit vnitas: qui tamen: & quaternario congruit pro
pter quad quadruplam proportionem: quæ videlicet in
vnitate binario: quaternarioq; reperitur: & omnino inter
hos numeros Arithmetica eſt proportio. Sed quaternari
um nuptiis accõmodat quoniã de binario naſcitur: ſiue
cõponas eũ: ſiue ducas in ſe. Porro binarius fœcũdus ap-
pellatur. Eſtq; dũtaxat inter duos matrimonii copula qd
illa tamen quam diximus harmonia præcæteris indiget.
Sed & denariũ cõſtituit quaternarius: modo partes ipſas
inter ſe iunxeris: qui primũ limitem cludit: ac perfectiſſi-

Menſium dies que nomina ſortiatur quibus [illegible] [illegible] [illegible] Iouis [illegible] [illegible] dedit

4tus nuptiis accomodatur

[illegible] fecundus

mus habetur. Iubet item vates quarto die naues ædifica-
ri fortaſſe quoniã ſolidi natura quaternario debetur: ſub
quo videlicet tria: ſuperficies: linea punctũ cõprehenunt
Idemꝗ primus eſt numerus pariter par: nec a nauibus cõ
ſtruendis adhorret harmonia: ſic vt Homerus Harmoni
dem quẽdã putetur ob id appellaſſe. Septenariũ tamẽ eti
am ſacrũ vocat Heſiodus: vt in quo natus Apollo ſit: vt
ipſe ait: atꝗ ob id arbitror conſtare ſeptenis fidibus Apol
linis Lyrã Sextũ puellis inutilẽ. maribus generandis vti-
lem phibet. Credo quod a binario ternarioꝗ naſcit̃. hoc
eſt a fœmina maſculoꝗ. in eo maſculus tamẽ pollet. vt ex
cuius partibꝰ ipſe reſultat. itaꝗ tũ maxime caſtrare agnos
iubet. vt plane videlicet emaſculẽtur. ſed & includere ſe-
ptis pecora: quo. ſ. perfectus numerus (talis enĩ ſenarius
etiã vt ſuis æqualis ptibus) ipſum quaſi recenſeat nume
rum. Cauillus etiã mendaciis. blandimẽtis. & clannilariis
oĩno ſuſurris hunc diem dedicat. quoniã lunæ facies ipſa
quoꝗ tunc mẽtitur. vtpote quæ diuinua videtur. cum ta
men ex æquo lumẽ. vmbrãꝗ nõ habeat. Octauũ laudat.
vt operibus: efficacẽ: ſuibuſꝗ tñ: & bubꝰ caſtrãdis accõmo
dat Eſt. enĩ primꝰ hic cubꝰ: cuius interualla tria ſũt. Ideoꝗ
Neptũno ſacer. cuiꝰ inſigne tridẽs. cui maxime verres. ac
tauri cedũtur. qm̃ ſiſtere impetũ credit̃: Itaꝗ cõtra terræ
motus etiã colitur. atꝗ ob id ασφαλειοσ appellatur. No
num vocat innoxiũ pangendis arboribus aptum. gignen
diſꝗ libris. Hic enim primus ab impari quadratus. in cu-
ius etiam radice principiũ. mediũ. finiſꝗ ſit. Sed & cõpo-
nitur e cubis duobus hoc eſt ex vnitate. & octonario. quo
rum alter re vera cubus: in altera cubi ſemẽ. Tum ſibi rur
ſus adiiciens vnitatem numerum creat pleniſſimũ: quo
limes ipſe tandem numerorũ primus excurrat: vt merito
tot eum priuilegia genituris: incrementiſꝗ præfecerint.
Vndecimũ meſſi: tondendiſꝗ lanis: ſane quoniam ſecun
di limitis initium: quo lunæ maxime lumẽ augetur. idꝗ
lumen ipſius eſſe vel pabulum: vel indumentũ nõ abſur-
de dixeris. Huic tamen duodecimus præfertur: vt quod
initiũ præſe agat incremẽti maioris: ſed & nũerus ipſe no

uenariũ cum latere continet: repetitũq; ſenariũ perfectũ
ſicuti diximus: Eſt vero deorũ quoq; numerus. Tot enim
colligit Ennius geminis verſibus. Hoc igitur tæle cõgruit
vt cuius cauſa tõſura peragitur. Igitur in hoc Araneus (vt
ipſe ait) fila ſua net: in hoc & ex aceruo Formica predat.
Caſtrari quoq; multos eodẽ præcipit. Mulis enim lunam
fabulãtur in vehi. Bos quippe ſoli ſacer. Aſinus Typho-
ni. q terreſtris deus. Inter hos media luna eſt vtriuſq; par-
ticipis: hoc eſt obſcuritatis: & luminis: ſed & numerus eſt
hic prim' impariter par. Itaq; pgreſſum quaſi ſiſtit: quod
& domitor facit: & vt mixtus numerus. ita mixtũ eſt ani-
mal. Tertius decimus conſerendis arboribus idoneus: qđ
(vt ait Plutarchus) inſita vis radicibus pleniore iam lumi
ne diffunditur. Idem ſeminibus iaciendis incõmodus: q
iactum ſemen pluuiis magis adiuuatur: vt cõputreſcat &
germinet. Quartus decimus & ipſe ſacer dictus: fœminis
gignendis: bubuſq;: & ouibus. prætereaq; mulis: canibuſ-
q; manſuefaciendis laudatur. In quo ſit & doliũ deguſtan
dum. Diues hic luminis videlicet: vt in quo luna ſub occa
ſum ſolis oriatur. Tenet & dimidiã partem numeri: quo
ſuum luna peragit orbem. Perfectior vero circuli totius
in ſemicirculo. Præſertim tamẽ in luna: cui' a medio ſint
incrementa vtrinq;: & decrementa: & humidius lumẽ eſt
ideo fœminis conuenit. Ita ſextus decimus quoq; mari-
bus magis q̃ fœminis cõgruit: quod eſt eius tepidius tunc
& minus humidũ lumen: vnde nec habilis plãtationi: qđ
germina nõ euocet. Nec idem nuptias amat: vt in quo ſol
a luna procul abeſt: vt ob id Atheniẽſes lunæ ſilẽtio: theo
gamina celebrarent: quaſi naturales hæ ſint nuptiæ: cum
ſol: ac luna coeant. Decimoſeptimo cedi arbores tempeſti
uum: quod decreſcere luna incipit: & humor: qui cariem
faciat imminuitur Comportari quoq; iubentur in aream
fruges: quoniã venti poſt pleniluniũ ſurgãt: quibus a gra
no palea ipſa: & gluma diſcernãtur. Vndeuigeſimi pome
ridianũ tempus dumtaxat in tranſcurſu laudantur: quod
tunc Athenienſium more ciuitas luſtrabatur. Vigeſimus

ideo magnus opinor vocatus: quod e tribus portionibus
ipſe duas occupauerit. In quo gigni prudentes: ait & gna-
ros: fortaſſe quoniã ſatis ille doctus haberi poteſt (vt ſunt
humana) cui plura ſint perſpecta: q̃ ignorata. Vigeſimus
quartus mane: q̃ veſperi laudatur: fortaſſe quoniã veſpe-
ri iam vigeſimæ quintæ coniũgitur: vt.n. quartas oẽs lau
dat Heſiodus: ita quintas vituperat. In quibus errare furi
as: & vindicare periuria teſtatur. Hunc.n. Pythagorei nu-
merũ iuſtitiæ tribuebant. Vetat aũt vigeſimo quarto die
conficere aĩm curis. Non quod idem cæteris quoq; dieb'
facere nõ ſit vtile: ſed quod ſacris potiſſimũ diebus retinẽ
da ſit animi tranquillitas. Trigeſimus quoq; laudatur: in
quo ſit lunæ coitus. qui veritatis imago creditur: vt cuius
propria ſit vnitas: ſicuti mendacii multiplicitas. Præcipit
igitur: vt opera inſpiciamus: & cibaria familiæ diuidam'
hoc eſt (vt arbitror) quod latine demẽſum vocabãt. Tũc
enim ceſſatur ab opere: quod & formicã facere dicunt Eſt
vero vulgatũ præceptũ: quæ ſunt vſui faciendo operi p̃-
paranda eſſe: cũ vacamus. Sed proceſſit epiſtola longius:
& vides quã multa cõprehenderim quã paucis: quæ mihi
tamen ipſi vix interdũ probãtur. quãobrẽ te rogo: dicas
ad hæc aliquid abſtruſum. remotũ: & (vt Horatii verbis
vtar) inſigne: recens: adhuc indictũ ore alio: quod potes:
vel in epiſtolam (quod cõmodo tuo fiat) colligere vel (ſi
hoc ratio ſtudiorũ tuorum nõ patitur) in aliqua noſtram
(ſicuti ſoles) longiuſculam deambulationẽ cõferre. Mit-
to etiam ad te græcũ hoc epigrãma: quod effutiui nuper:
aſtrologis iſtis tuis iratus: qui cũ profeſſione ipſorũ rixan
te: diutius etiam quã velim: ruri te remorantur: Vale.

¶ Angelus Politian Bartholomeo Scalæ ſuo Sal.

OFfendit (vt video) te nimis: quod in tuis verſiculis
de Culice quædam parũ probauerim: quo etiã no-
mine me nimis acrem vocas accuſatorẽ ſcriptorũ alieno-
rum: nec grauẽ ſatis virum putas: quod feſtinantius car-

pſerim: quæ nec dũ fuerant edita. Tu negas iſta tua ſcribi mihi nimis videlicet emũctæ naris: & cui ſit fatuꝰ vel Accipenſer. Vteris idem vulgata & publica iudiciũ reiectione: quæ ſit apud Luciliũ: ſed & tentas quædã tueri contra meã ſententiã: cum de cæteris taceas: arceſq́ deniq́ a tuis etiam ſcriptis ipſam poſteritatem: nec vel eis oĩno parcis: quicũq́ ſuas vigilias formis iſtis nouiciis excudunt. Poſt hæc tandẽ ludis in epigrãma noſtrũ: quod a te græce ſcripſimus. Pudet igitur (vt verum fatear) me reſcribere ad hæc tam leuia. Sed vt tibi ſatiſfaciã reſpondebo tamẽ. Offendi Scala te nõ oportuit amici magis officio: quã vt tu parum benigne interpretatus es accuſatione ſcilicet: qui ſe cum nõ ita dixerit (vt eſt apud Horatiũ) cur ego amicum offendã in nugis: quoniã videlicet ſequit̃: hæ nugæ ſeria ducũt. Nam quod ita ſupſcripſiſti literis tuis Angelo Politiano monitori meo: & patrono. quãq̃ ſubeſſe ſtomachꝰ & ironia quædam videri poteſt inſueto titulo: tamen ego libenter homo ſimplex agnoſco: propterea quod & monui te ſedulo: & contra male ſenſuros exhibui patrociniũ. Quod vero edita negas quæ iam publicaſti: quodq́ ab iis me reicis: quæ ſcripta mihi tua manu miſiſti: mox etiam epiſtola dicaſti: nõ queo ſatis mirari. Sed nec feſtinantius carpſi: q̨ pene a ſero te vt emẽdares admonui: q̃ iam pericu loſe vulgaueras. Iam quod in me grauitatẽ deſideras: non eſt moleſtũ: videlicet homo grauior etiam: quã velles: vt cui ſit res (& enim liberius iocabor) diu iam cum podagra. Sed & grauitatem prorſus aſpernatur culex iſte tuus: qui nobis materiã ſcribendi præbuit. Nec inſipidus mihi tamen fuit Accipenſer (vt ais) immo rana: & gobio: quos te mihi nõ accipenſerem poſuiſſe: vel illud indicat: quod & tu quædam ex iis ipſis etiam cõuiuator exſpuiſti. De illo autem citare fruſtra laboras: quoniã ne ſi mouere quidem ſomnũ pro illo fugare dixeris probabitur: ſicuti nec auctores ipſi fugantur: qui quidẽ citantur Nec rurſus qui fugatur exercitus: is ideo citatur Vt aũt bona crura bonam formã puellæ dixerim: ſic bonã cutem facile nõ dixerim:

ſed nitidã potius. tenerã beneq́ curatam. quãq̃ hæc dũta-
xat impropria. Minus illud ferendum. paſce meas carnes.
quod tamen ſine auctoribus defendis. ego certe ne triuia-
libus quidẽ literatoribus. vt ita loquãtur permiſerim: ſicu
ti nec vt hendecaſyllabos duodecim tredecimq́ ſillabarũ
faciant: quales in tuis nõ nullos reperies. Certe ſtridaculũ
tibi: & clangacem: quæ nũq̃ lecta ſunt apud idoneos: ideo
concedimus: quoniã Perſio te nõ ſcribere teſtaris: & poſte
ritatis negociũ nõ curare. Sed heus tu: quæ tandẽ inuidia
eſt: ideo quoniã tuas ipſe prædamnaueris: nos vigiliis no
ſtris fidere nõ nihil: ac dare formis propagandas: quæ ſic
flagitentur: celebrentur: laudentur a doctis eædẽq́ rurſus
quod fortaſſe nõ minus optandũ: ab indoctis vituperen-
tur. Non enim (quod tu putas) operã nos librariorũ ſed
illi noſtram potius implorant: dum ſuũ cõpendiũ ſectan
tur. Venio nũc ad Epigrãma: cuius elegantiã perſpicere te
negas (vt homo es modeſtus) ob inopiam græcæ linguæ
ſed putare tamen ais eſſe meũ: quod in vtrã partem mihi
ſit accipiendũ non video? Nec enim adhuc ſcio de noſtro
ingenio: quid oĩno ſentias. Cauillaris tamẽ: & quaſi totũ
mox vellicas argumentũ: vererisq́ ne Venerem læſerim:
ne Cupidinẽ: quod cũ iis culicem contulerim. Læſerit er-
go Troianos pariter. Vergilius: quod formicis. læſerit
& græcos Homerus: quod eos muſcis cõparauerit Nec ve
ro putas ex humore natum culicem: quẽ Vergilius idem
vocat humoris alũnũ: cuiuſq́ gratia conopæũ illud ægy-
ptiis militibus vtpote paludoſis exprobrat: nec rurſum
quod æſtate magis cõparent: ideo nõ ex aqua naſcũtur: ni
ſi ſi ſtagna tum penitus ebibi credas. Illa certe nimis friuo
la ſed & nihil ad rem: quæ tu de piſcibus: aq̄la: noctuis: hy
rudine cõgeris. Non enĩ ideo nõ ex aqua culex: quia ſit &
piſcis ex aqua: nec ideo nõ volat ille: quia volet altius aqui
la: nec αεροϊπο τητοσ aquila. ſed araneus vocatur ab He-
ſiodo. nec itẽ abeſt a ſuctu ſanguinis culex: qđ hoc ſit ma-
gis hirudinis. Nã certe hirudini cõpat Amorẽ Theocrit⁹:
nec Amorẽ credit offendere. Deniq́ eodẽ ptinent: q̃ tu de

noctua: quæ de Como ſubiecisti. nos autem nõ piſcem: nõ
aquilam: nõ hyrundinẽ: nõ etiam veſpertiliones: & noctu
as: nõ illum poſtremo comeſſationis deũ: ſed omnino ip-
ſum tuũ culicem tractabamus. nec item ſi paſtor quidam
apud eundem Theocritũ cæcum dixit eſſe Amorẽ: pro-
pterea nos eum quoq; exoculabimus: cuius etiam ſũt (vt
ait Moſchus) ομματα δριμυλα και φλογοεντα. Iam
ne illud quidem abſurdum eſt. vt homini culicem præfe-
ramus. quando hoc ſemel argumentum ſuſceperamus in
Amoribus vtpote qui columbis quoq; cedant lepuſculis:
gallinaceis: cuniculis: paſſerculis. Nec ſi ſit argumẽtũ poe
tæ contra quã natura ferat ſuſceptũ. ideo minus artis ha-
bebũt: quæ ſuſcepto ſemel argumento reſpondeant. qđ
& culex Vergilianus. & ipſa Homeri Bathrachomyoma
chya declarant. Ac de iis hactenus. Non ſatis mihi digna
videntur: in qnibus opera diutius noſtra ponatur. videli-
cet ne fiat Elephantus e culice Tantũ illud addidero: nihil
me habere obſcurum: nihil fictum: nihil clanculariũ: nec
eorum blandimentis præſentem capi: qui facile obtrectẽt
abſenti. Placet enim mihi illud Homeri.
Εχθρος γαρ μοι κεινος ομως αιδαο πυλησιν
Ος χ' ετερον μεν κευθη ενι φρεσιν: αλλο δε ειπη. Vale.

¶Angelus Politianus Bartholomæo Scalæ ſuo Sal.

SI tibi reddita eſt illa ipſa epiſtola: quã dedi: nõ eſt
quod dubites: quin mea ſit: quæ ſi te tamen nimis
læſit: in cauſa tuæ ſunt aures: quas habes profecto nimis
teneras. Soletis enim quidam blandiri ſemper inter vos:
& quod dicitur mutuum ſcabere. nos e diuerſo ſicuti ve
rum libenter audimus: ita facile dicimus. Sed & clamas
pene dixerim rabioſius in epiſtolam meã: quo tamẽ ego
nõ modo nõ offendor: ſed & propemodũ delector: vt qui
videam tui iudicii rem nõ eſſe. Nam de Epigrãmate: ſi q̃-
ris qđ ſentiã: ſimillimũ cæteris tuis eſt: & oĩno (quod di-
ci vulgo ſolet) eiuſdem farinæ. Vale.

¶Angelus Politianus Bartholomæo Scalæ ſuo. Sal.

LIteras accepi tuas multo blandiſſimas: in quibus receptui canis: ac multa repetens reconciliare te mihi ſtudes: quo nihil accidere mihi quidem potuit optatius. Nam quis nõ tecum malit officiis: humanitate: gratia: q̃ iniuriis: altercationibus. odioq́ꝫ contendere? Nec ego profecto tam fuiſſem tuis reſpondendo literis inciuilis: niſi te viderem nimis agi iam præcipitẽ nõ dico aduerſus nos (nam de nobis facile eſt) Sed oĩno aduerſus eruditos omnis. Itaqꝫ putaui beneficiũ tibi me facturum: ſi te tibi ipſi tanq̃ in ſpeculo oſtenderẽ: perſuaſionẽq́ꝫ iſtam ſciẽtiæ ſalſiſſimã de pulmone reuellerem: quæ facit: vt ſuper ætatis noſtræ doctos homines etiã veteres illos contẽnas: quos tamen extra aleam: tot ſæculorũ conſenſus diu poſuerit. Non enim credo reputaſti fortuna dulci nimis ebrius tandem te deſcendiſſe in literis: quantũ aſcenderis in honoribus: vt cõpenſatione quadam paria tecũ literati fecerint. Quod ad nos attinet: nec aſpernamur amicitiã tuam: nec inimicitias deprecamur. Tantum illud breuiter teſtamur vt tu fortunam: ſic nos te Scala feremus. Vale.

¶Angelus Politianus Bartholomæo Scalæ ſuo. Sal.

ACcepi literas tuas: neſcio magis ne viruletas: an ineptas: oĩno tamen ridiculas. Itaqꝫ me magnopere delectarunt. Quibus tamẽ adhuc nõ reſpondeo: quia nõdum conſtitui (quando ego tibi Hercules ſum facticius) quomõ tu mihi ſis tractandus: mõſtrũ furfuraceũ cogito etiã pauliſper mecũ: vocandus ne tu ſolus ad partes: an cũ tuis oĩbus. Quicq̄d decreuero ſtati ſcies. Vale vt meritus

¶Angelus Politianus: Bartholomæo Scalæ ſuo. Sal.

HErculem facticiũ me vocas in epiſtola tua: propterea quod (vt inquis) mõſtra mihimet fingam quæ

ſuperem. Tum negas iniuriam te mihi vnq̄ feciſſe. Negas antiquitati derogaſſe. Pigere tamen ac pudere tuorū temporum p̄fers: multa quoq; de tuis honoribus falſo iactas: falſius nōnulla de noſtris meritis. Poſtremo quaſi iubes: vt exprimi formis: & interſeri epiſtolis: epiſtolā tuā curē. Quare tibi ad ſingula reſcribam: ſed breuiter: ne nimiū tēporis in nugis tuis ponam: vocari me igitur Herculem Scala nō epiſtolis modo: ſed & libris editis Marſili ficini tanti philoſophi: profecto (vt enim fatear) nō moleſte fero. Nam ſi cognomē hoc mihi (quod equidem nō puto) cōgruit: illius iudicio: ſi minus: illius amore delector. Auges aūt voluptatē: quod tu nec hoc iam ferre. nec diſſimulare potes. Factitiū vero cur appelles Herculem: nō intelligo. Nam nec tale ſignificas: quale natiuo repugnat: nec item quale fit a ſono vocis: vt ſunt murmur: & ſibilus. Ita q; tute videris: q̄d hic aut ſenſeris: aut expreſſeris. At ego monſtrū vocaui te furfuraceū. Monſtrum quidē: quod ex colluuione monſtrorū compoſitus es: furfuraceum vero: quod in piſtini ſordibus natus. & quidē piſtino digniſſimus. Audes autem negare factam mihi abs te iniuriam quā neq; clam tuleris: neq; diſſimulaueris: vt qui dux & ſignifer vſq; quaq; cōtra me fueris Poſſum tibi (ſi ſit opus) impingere. atq; inculcare longam illam: quam ſcis: amici quondā tui: nūc vero mei epiſtolam: quæ frontis integumētū detrahet: neq; tergiuerſari te diutius patietur. Eam tamen adhuc nō oſtendo: ne ſimul domeſticæ (quod nollem) tuæ maculæ proferantur. Non enī tam quid te: quā quid me dignū ſit reſpicere debeo: Sed & antiquitati fauere te dicis: in quā pene ſolēniter: ſic vbiq; declamitas: vt ſit hæc iam notiſſima fabula: nihil Ariſtotelē ſcire: nihil Ciceronem ſapere iudicio Scalæ. Nam ſæculū tibi tuum diſplicere nō miror: cū tu viciſſim quoq; tuo ſæculo diſpliceas. Diſplices autem meritiſſimo: quoniā nihil ei ferme deerat ad ſummā laudem: ſi te vel nō tuliſſet. vel certe nō extuliſſet Etenim tibi maximū ſemper ſtudium fuit extirpandi radicitus bonas (vt vtar Liuiano verbo) ſuboleſcē-

tes: ſic vt nec ei quidem viro peperceris: q̄ vel ſolus illuſtra
re quodlibet ſæculum poſſet: nec inſtauratori Platonicæ
familiæ: cuius famam publice. per te: perq̄ tuos: ire oppu
gnatum nō dubitaſti. Quorū q̄uis hoc loco neuter noīe-
tur: vterq̄ tn̄ ſuo ſibi titulo agnoſcitur. Reliquos taceo
doctos viros: qui mecū maxime nūc celebrant: aſſectātur
adorant: quod vnus extiterim: qui fumos inanis tuos cō
tēnam: qui publicā ſæculi cauſam ſuſtineā: qui nimiā iſtā
inſolentiā retundā. Nam de de honoribus quidē nihil eſt
quod tibi nimiū placeas: vetus enim ludus hic: vt indigni
tollantur in altum: videlicet vt hoc quoq̄ ſe poſſe fortuna
declaret: cuius tu ſolius opus es: quæq̄ iam tn̄ (ſicuti cre-
do) longe alio vultu te reſpiciet: exactura ſortē cū fœnore
ac puluiſculo. De Coſmo q̄ iactas: deq̄ Laurentio Medice
falſa oīa. Certe Laurentius (hūc enim familiariter colui)
quotiens de te mecū loquebatur. ſatis indicabat: alienū ſe
iudiciū fouere: nō ſuū. Scis aūt tu quoq̄ literas illū ſæpe
tuas publice ſcriptas retecaſſe: nobiſq̄ dediſſe formādas: q̄
prima odii: liuoriſq̄ in me tui cauſa extitit. Nec me paſſus
iambicū carmē: quod in te ſcripſerā cōcerpere: qppe q̄ di-
ceret: eſſe indignū nimis: vt ita bonū carmen interiret. Illa
duo apud te veriſſima: quod & de tua fide locuturꝰ vanū
te eſſe velle profiteris: es aūt ꝑfecto vaniſſimus: ideſt mē-
daciſſimus. Et oīm bonarū rerū egenū veniſſe te ais ad rē
pub. Debueras hoc tn̄ adicere. rerū oīm malarū veniſſe te
diuitem. Stultiſſimū vero eſt: quod excellētiſſimū poetā
vocas neſcio quē iſtū: qui de Culice ſcripſit. & q̄ mihi fra-
terculus eſſe tui Culicis potius hoc eſt. ipſe quoq̄ terræ fi-
lius videtur. Quid quod epiſtolam cupis tuam: quippe
bellam: propagari formis opera noſtra. Sed fruſtra mi
Scala cupis: non enim tam mihi es odioſus: vt tuam pro-
dere inſulſitatem velim: pueriſq̄ te deridendum propina
re lecturis vel hoc ita ſcriptum in ea epiſtola: monſtrum
quem deuincas: ſic enim tu monſtrum virili genere nunc
dixiſti: quemadmodum prius muliebri Culicem: quæ
ne in ludo quidem triuiali dicerētur impune. Mitto enim
dehoneſtamenta illa Romanæ linguæ Vexilliferatum.

Prioratū. mille alia prorſus hauſta de vulgi fece: q̄ pub-
licari nolim. Florentinorū cauſa: ne tam præclara ciuitas
habere ſcribam dicatur: qui literas omnino neſciat. I nūc
igitur: & nega Politianū tibi eſſe amiciſſimū. Vale.

Angelus Politianus Bartholomæo Scalæ ſuo Sal.

VTrum pugnātia ſcribam poſt videro. Tu certe rep̄-
hendis apud nos: vt mōſtra: quæ bonorū defendit
anctoritas. Inelegans enim tibi videtur illud: reſpondeo
ad literas. At elegans Quintiliano: qui dixit ad propoſi-
ta reſpondeat. Monſtrū puta: quod reſpondere me tuis
literis nego: cū tamen aliquid ad te ſcribā. Sed Auguſtino
monſtrū hoc nō videtur: qui cum ſe reſpondiſſe dixiſſet
epiſtolæ cuidā Paulini. ſic adicit: ſi tamen reſpondi: tanq̄
nō reſpondiſſe videatur. qui paria nō retulerit. Itaq; mō-
ſtrum erit (vt tu vis) cum quis. Taceo dicit: nō enim tace-
bit is: qui ſic loquetur. Monſtrū quoq; illud Terenti. quæ
re qui tibi reſpondeat. Negat enim ſe reſpondere: quæ re-
ſpondet. Tectius etiā tibi videtur furfuracei nomē: quod
tamen ego ſi vis in tuam gratiā retegam. Sed ſi latine di-
ctum negaueris: & ego latine dictum probauero. Sapere
monſtrū videtur: & illud mecum cogito: ſapiet ergo tibi
monſtrū. Terentianū quoq; hoc: cœpi egomet mecū inter
vias ita vt fit: vbi quid in animo eſt moleſtiæ. aliam rem
ex alia cogitare. Verū exactiora inquis a philoſopho ex-
pectantur. At nos a philoſopho didicimus: loquendū eſſe
vt multi: ſentiendū vt pauci. Nec tamen pro philoſopho
me gero: quāuis Ariſtotelis publice libros enarrem. Nam
quod per obſcurū dicis illud: vocandus ad partes: nō no-
ſtra: ſed Iuuenalis eſt culpa: cuius verba retulimus. Illud
ſtultū: quod in tuis: mūdanos omnes accipis hoc vſus ar-
gumento: qđ & tu mūdanus es: tanq̄ ſi quoniā lactuca hor-
tenſis eſt: diceres: quæcunq; in horto ſunt: eſſe lactucas.
Quis acumen hoc tuū nō admiretur? Plus ipſe nimirum
vidiſti: q̄ Cicero: qui ſic in prima ſtatim ad Lentulū epi-

ſtola ſcribit. Amorem tui abſentis: pſentes tui cognoſcēt. Et ad Apium velim ita fortuna tuliſſet: vt quanti oīs ego tuos facio: tāti tu meos facere poſſes. Sed & inſulſius multo: quod fieri nō poſſe credis: vt quod ego nūc neſciā: ſcire alius a me quandoq; poſſit. Ergo ſi cras didicero Vergilianos puta verſus: quos hodie neſcio: docere ipſos perēdie nō potero? Vides q̄ te demonſtrent iſta: nō ſolum literas vllas nō habere: ſed ne ſenſum quidē cōmunē? Quare teſtor me poſthac ad hæc ita frigida & inania nō reſponſurum. nō enim reſpondendū eſt (id quod Ariſtoteles p̄cipit) iis qui ſine ratione loquātur. Vale.

¶ Angeli Politiani ad magnanimū Laurentiū Medicem Petri. F. in Platonis Charmiden e græco a ſe in latinū cōuerſum præfatio.

CVm ſæpe mecū animo reputarē magnanime Lau. Medices: & tanq̄ ex alta quadam ſpecula humanæ huius vitæ conditione intuerer: illud in primis cū admirabile mihi: tum miſeratione digniſſimū viſum eſt: q cū omnes hoīes pari quidem ſtudio ad fœlicitatē ipſam tanq̄ ad portum aliquem tutiſſimū viam affectent. adeo tn̄ pauci tanta pſertim. tam multorū inueſtigatione exiſterent q ad eam adipiſcendam recto virtutis itinere ingrederētur. Sed cū & natura quidem ipſa ad fœlicitatis indagationē quoſdam quaſi igniculos noſtris mentibus inſeruerit: & (quod in Protagora Plato ait) neminē oīm nō inuitum peccare ſapientes arbitrentur: illud mihi profecto maxime extare viſum eſt: oēm malorū omniū cauſam: quæ q̄dem humano generi plurima ſane: atq; acerbiſſima incubuerint: quibuſq; vniuerſa vita noſtra velut turbulentiſſimis tēpeſtatibus hinc atq; illinc perpetuo iactetur: nō tam noſtra nobis voluntate: q̄ illius inueniendæ difficultate emanaſſe. Hinc itaq; effectum eſt: vt quæ homines ſinguli per ſe ipſi nacti ſint: ea quidē mordicus teneant: alienis vero: atq; ad ſe minime ptinentibus: dies noctesq; pro ſe qſq;

anxie inhient: multoq; q̃ quorū ipſi potiti ſint priora eā:
ac potiora eſſe arbitrentur. Atq; illi quidē nauibus (vt eſt
apud flaccum) atq; quadrigis bene viuere petētes: & tanq̃
inter omnis generis margaritas: p̄cioſam vnam de qua di⸗
uina ſapiētia locuta eſt: in tenebris peruestigātes: cū neq;
pondere: neq; tactu: neq; item magnitudine eam a cæteris
diſcernere valeant: concurſant temere: & rixantur inter ſe
atq; infidis quibuſdā imaginibus allecti: dum id quod in
dagatur habere ſe ambigūt: neq; omittere quas legerint:
neq; a quærendi labore: obſtinatis iam aīs deſiſtere audēt.
Nempe vero hoc illud eſt: quod Homerus ille noſter diui
næ ſapientiæ quaſi quidam Oceanus herbam quā μωλυ
vocat: quaq; Vlyſſes a Ioue Mercuriū accepta: quaſi quo
dam Antidoto contra Circes veneficia vſus ſit: nigra qui
dem radice ipſam: flore aūt lacti q̃ ſimillimo: viriſq; mor
talibus inuentu difficillimā eſſe dicit. Quapropter cum
tantis ſimus ignoratiæ tenebris præpediti: tantiſq; idcir⸗
co laboribus: ac periculis exerceamur: nō minus profecto
nobis: q̃ Homerico illi Diomedi: & vulnere: & ſudore in
cōferta hoſtium acie laboranti ſapiētiſſimæ Palladis: hoc
eſt ſanctiſſimæ philoſophiæ auxiliū implorandum eſt: q̃
& ipſe nobis oēm illam: quæ noſtris nunc oculis obducta
mortales hebetat viſus: atq; humida circum caligat: nubē⸗
eripiat: vt (quod diuinæ idem Homerus cecinit) ſit nobis
lumine promptū. Purgata iam in luce hoīem ſpectare: de⸗
umq; Niſi enim philoſophiā ipſam totius vitæ ducem: &
virtutis: vt ille inquit: indagatricem atq; expultricē vitio⸗
rum aſſequamur: quæ immortalis dei munere e cælo in
terras ad regendū: gubernandūq; hominē demiſſa eſt: nūq̃
profecto nobis vel pura in luce refulgere: vel pretioſam il
lam Margaritā noſtro (vt aiunt) marte eruere: vel ab hu⸗
manæ huius vitæ illecebris: quæ nos circæi poculi inſtar
in feras: beſtiaſq; conuertūt: vllo pacto euadere licebit. Ve
rum enī vero vt nō ex omni ligno: veteri prouerbio. Mer
curius fingitur ita profecto nō cuiuſuis naturæ eſt intima
philoſophiæ adyta penetrare. Qui. n. animo anguſto:
ſordidoq; eſſent: rerumq; humiliū cupiditatibus mācipa

Home

Nō ex omni lig[no]
nō mercurius fingi
tur

toeos Plato in eo quē de repub. inſcripſit libro a ſacroſan
ctæ philoſophiæ limine. ceu profanos quoſdā. atq̧ ad eā
capeſſandā minime idoneos. nō iniuria ablegauit. Haud
enim quaq̄ fieri poſſe arbitratus eſt. vt quē animū ſordida
illa rerum ignobiliū cura occupauerit. eo ipſo humanarū
diuinarūq̧ rerū ſcientia cōprehenderetur. Eſt etiā Plato-
nis eiuſdem in Phædone vera illa & tibi Laurenti certe nō
inaudita vox: par oīno eſſe: vt qui ad ſapientiæ ſtudium
ſe conferant: prius quidē emoriantur: animūq̧ ipſum ab
omni corporis ſenſu: cōtagioneq̧ auertant: & quaſi in ſuū
ius: ſuamq̧ libertatem vindicent. Quod cū ita habeat: ni-
hil profecto minus ſapientiæ ſtudioſo cōſentaneū eſſe po
teſt: quā cibi: potioniſq̧: ac fœdioris etiam corporis volu
ptatis: veſtis præterea & calceorū: aliorūq̧ huiuſmodi ni-
mia appetitio: & cura: quæ ipſius tantū corporis cultui:
vſuiq̧ nulla animi participatione ſubminiſtrent. Quāob
rem cū ad philoſophiā ingredientibus primā nobis cēſo-
rio quaſi ſupcilio tēperantia occurrat: eadēq̧ diligenti ex
amine multū ac diu penſitatos ad recondita vſq̧ ſapiētiæ
arcana comitetur: nemini ꝓfecto obſcurū videri poteſt: in
gens oīno quiddā: atq̧ eximiū: maiuſq̧ multo: q̄ quantū
facile præſtare hoīes poſſint: ſuſcipere: ac profiteri eos: q̄
ſe philoſophi noīe: maximeq̧ Platonici cenſere nō erube
ſcant. Itaq̧ cū cōplures id tēporis garrulos: nugaces: puti-
dulos ineptos: eoſdem leues: puſillos: inuidos: glorioſos:
auaritiæ: luxuriæq̧ iuxta addictos: aīaduerterē: qui hoc
ſanctiſſimū philoſophi nomē illotis (vt ita dicam) mani-
bus, Harpyarū more attrectare & cōtaminare nefas nō pu
tent: atq̧ in ipſum academiæ ſacrariū refractis iam pudo
ris: ac reuerentiæ clauſtris: quaſi canes in templū temere:
impudenterq̧ irrūpant: operepretiū facturū me exiſtima
ui: ſe quē ego vel ab ipſis inferis tantæ temeritatis vindicē
excitarē: q̄ aut interdicto cū leuiculis hiſce abiectiſſimiſq̧
homunculis cōtenderet: aut ex iure manu conſertū voca-
ret: q̧ in alienas (vt inquit Cicero) poſſeſſiones tam teme
re irruiſſent. Atq̧ ego quidē cū ad eū q̄ hoc ꝓuinciæ ſuſci-
peret per quirēdū toto aīo: & cogitatione: conuerterer: in
ipſū ꝑoportune incidi Platonē philoſophorū oīm ſine cō

trouerſia parentẽ: ac deũ: totiuſq; ſapiẽtiæ quaſi quoddã
(vt aiunt) terreſtre oraculum. Qui cũ perdiu ſane (vt vi⸗
debatur) latine ſciendi auidiſſimus fuiſſet: libenter equi⸗
dem ego hanc ab eo gratiã: q̃ videbam velle iniui: eũq; pau
culis admodũ diebus: quos apud me ſit diuerſatus: latinũ
ſermonẽ edocui. Quẽ quidem ille (quæ ſua eſt docilitas)
ita ſane auide: celeriterq; arripuit: vt ad litem iam ipſam
philoſophorũ ſimiis intendendã omni ſtudio accingi vi⸗
deretur. Quapropter cũ te vnum magnanime Laurenti
Medices: id quod videre aliquando ille: perq̃ impenſe cu⸗
piebat: ex vniuerſa hoĩm multitudine exiſtere intelligat:
qui & rempu. ſapienter geras: & philoſophiã ipſam oĩm
bonarũ artium parentẽ lõgo iam tempore exulantẽ: qua⸗
ſi poſt liminio in patriã reuoces: nihil profecto antiquius
habuit: q̃ vt e ueſtigio incredibili quodã animi ardore: ma
ximaq; alacritate viſum te: ſalutatũq;: tuæq; virtuti: quo
ad eius fieri poſſet gratulatũ accurreret. Te vnũ ſibi tam
iuſta in cauſa iudicẽ: p̃cipue nuncupare. Tecũ vt cum opti
mo academiæ patrono. acceptas idẽtidem a Simiolis ſitis
iniurias cõtumeliaſq; liberius expoſtularet. Tecum de hac
ipſa: q̃ ſæpe dicimus temperãtia: acutiſſime diſputaret: &
quid de ea ipſe ſentiret: ſubtiliter proſequeretur. Quã q̃⸗
dem ille ab ipſo ſtatim diſputationis exordio: quaſi quã⸗
dam in delubri veſtibulo æditimã collocat. Haud enim
oĩno queq̃ penitiſſimis illis philoſophiæ myſteriis initiã
dum cenſet: qui nõ ipſam prius temperantiã ſit conſecu⸗
tus. Neq; vero id iniuria. Vt. n. agricola: cũ iam ſtirpibus
ſentibuſq; agrũ bene omnẽ purgarit: tum demũ ſementẽ
ipſam aggreditur: ita profecto hoĩes debent: cũ iam oẽm
rerum ſordidarũ cupiditatẽ: atq; intẽperãtiam ex animis
porro eiecerint: cæteroſq; huiuſmodi affectus ferro: atq;
igni: variaq; diſciplinarũ machinatione perſecuti fuerint:
tunc demũ purgatis iã animis veræ ſapientiæ ſemina ex⸗
cipere oportet: vt nulla pululantiũ cupiditatũ quaſi ſpina
rum cõmixtione ſuffocata ad ipſam beatitudinis frugem
mature perueniant. Atq; hoc eſt. ſ. cur priſci illi theologi.

Homerus: Orphæus: Heſiodus: Pythagoras item: & hic
ipſe de quo agimus Plato: aliiq; q̃ plurimi muſaꝝ: veræq;
ſapientiæ antiſtites: multiplicem illã totius philoſophiæ
cognitionẽ per quædã fabularũ: atq; ænigmatum inuolu
cra. integmentaq; tradiderint: & quaſi ſepibus quibuſdã
cancellisq; obſtrnxerint: ne reliogioſa quodãmodo Eleu-
ſinarum dearum myſteria profanarentur: & quaſi ſui-
bus (quod dici ſolet) margaritæ obiicerentur. Veriſſimũ
enĩ eſt quod Pythagoricus Lyſis in epiſtola ad Hipparcũ
ſcribit. Qui corruptis: obſcœniſq; moribus: ſpeculatio-
nes. ſermoneſq; diuinos imiſceat: nihil oĩo ſecus agere:
q̃ ſi cœnoſo puteo: puriſſimã infundat aquã: q & cœnũ cõ
turbet: & ſuã ipſius cõtaminet puritatẽ. Quod cũ ita ſit
magnanime Laurenti: dignũ profecto te: tuaq; virtute: ac
ſapientia feceris: ſi diuinum hũc philoſophũ aĩ. virtutiſq;
magiſtrũ: tecũ. i. cũ hoĩe tẽperatiſſimo de tẽperãtia diſpu
taturũ: p̃ſtanti illa tui vultus hilaritate: atq; eximia quadã
qua tu inſigniter excellis humanitate comiter. benigneq;
excipies. Et quicquid tibi vel familiæ cura: vel amicorum
negocia: vel reſp. tribuet ocii: id oẽ ad illius p̃cepta celebrã
da: tecũq; recolenda potiſſimũ cõferes Si. n. cœleſtis huius
muſæ cãtibus: aures mentẽq; adhibueris. nũq̃ profecto in
ſidioſe illæ noſtri Homeri Sirenulæ (quas tñ ipſe abineũ
te iam ætate a tua non modo familiaritate: ſed etiam: con
greſſu in hũc vſq; diem cana iam tũ prodentia adultaq; vir
tute prohibuiſti) nũq̃ illæ te blandiſſimis noxiorũ carmi
num irritamẽtis: illecebriſq; ſeducent. Sed vt platonẽ tan-
dem ipſum latine tecũ de tẽperãtia diſputãtẽ: atq; hunc fa
bularum leuiſſimũ gregẽ. qui ſacroſanctũ Platonici philo
ſophi nomẽ tam profane ſibi: tamq; impudenter arrogãt
pollute religionis reum agentẽ eoſq; tua quidẽ potiſſimũ
ſentẽtia: oĩbus vero deinceps ſuffragiis dãnatos pronũciã
tem audias. Age iã patrone mi dulciſſime vacuas philoſo
pho aures intẽtumq; aĩm quãtũ in te eſt pauliſper accõmo
da. Cuins tamen ſingula verba Angelũ Politianũ tuũ ſe-
mel tibi: iterũq; cõmendat. Ευτυχει μου ονη γετα.

¶ Angeli Politiani in epicteti ſtoici enchiridion e græco a ſe interpretatũ ad Laurentiũ Medicem epiſtola.

Aenea lapithan: eum qui cũ centauris pugnauerit. Laurenti Medices adeo vulneribus in violabilẽ: teliſqꝫ imperuiũ fuiſſe ſcribit Pindarus: vt cũ in eũ centauri ingentem quandã ſyluarũ molem facto vnanimiter impetu congeſſiſſent: recto (vt idem inquit) pede terram ſciderit. At vero epictetus hic noſter: ea nõ a vulcano vt Achilles: atqꝫ Aenea: ſed a natura ipſa: ac ratione arma accepit. Quæ nõ modo ſe a telis: & ferro: ſed a metu quoqꝫ & dolore. cæteriſqꝫ animi perturbationibus tutum inuiolabilemqꝫ præſtiterint. Bellum quidẽ hic vir. nõ cũ centauris. vt ille. ſed cũ fortuna. cumqꝫ opinione acerrimum geſſit. Quas ita ambas fudit. atqꝫ fugauit. vt eas exvniuerſa quoqꝫ hominũ vita exterminauerit. Qui cũ & ſeruus eſſet. & claudus homerico Iro pauperior. haud tamen dubitauit. diis ſeſe amicũ notiſſimo apud græcos diſticho aſſeuerare. Legerat enim apud Platonem in eo dialogo. qui Alcibiades primus. aut de natura hominis inſcribitur. Eũ proprie. veroqꝫ hominẽ eſſe: cuius omnis in rationali aĩo ſubſtantia exiſteret. Quapropter quicquid extra hũc hoĩem foret: id ad ſe minime pertinere arbitratus eſt: neqꝫ id verbis tantũ: aut libris: ſed vita quoqꝫ ipſa præ ſe tulit: ita enĩ ſeſe ab externorũ cura auocauit. vt Romæ eius domus: ne ianuam quidẽ vllam habuerit. Quippe in qua præter viliſſimũ cubile nihil omnino eſſet. Huius de vita: ac moribus ingens volumen: quod tamẽ olim culpa temporũ interiit. Arrianus vir clariſſimus cõſcripſit: eqꝫ eius libris: quaſi florem quendã: qui hunc Platonicũ hoc eſt verũ hominem in libertatẽ vendicaret: excerpſit: atqꝫ in volumen redegit: quem quia librũ ad manũ ſemper habere oporteat. Enchiridion: quo nomine militaris pugiũculus ſignificatur. inſcripſit. Sermo aũt in eo omnino efficax eſt: atqꝫ energiæ plenus: & in quo mira ſit ad permouendũ vis. Su

Enchiridiõ

os ẽnim quiuis affectus in eo agnoſcit. Adq; eos emendan
dos:ceu quodam aculeo excitatur. Omnia vero ordinem
inter ſeſe mirum habent:omnibuſq; veluti lineis : quãuis
in plura id opus capita ſit diſtinctũ:ad excitandum ratio
nalem animũ:quaſi ad ipſum centrũ contendunt: vt is.&
ſuæ dignitatis curam habeat:& propriis actionibus ſecun
dum naturam vtatur. Stilus autẽ qualem res poſtularet:
conciſus eſt:dilucidus:quiq; omnẽ reſpuat ornatum. Py-
thagoreorũq; præceptis:quas illi Diathecas vocant : q̃ ſi-
millimus. Hoc ego opus cum latinũ facere ęgrederer : vt
induiti a te nobis huius tam ſuauis ocii rationẽ aliquã red
derem:in duo omnino mendoſiſſima exemplaria incidi:
pluribuſq; locis magna ex parte mutilata. Quapropter
cum & cætera quæcũq; vſq̃ exemplaria extarent. Non diſ
ſimilia his eſſe audirẽ. Permiſi mihi vt ſicubi aliqua capi-
ta:aut deeſſent aut dimidiata ſuperforent : ea ego de ſim-
plicii verbis:qui id opus interpretatus eſt:maxima (quan
in me eſſet) fide ſupplerem. Quod ſi nõ verba ad vnguẽ
(id nullo modo fieri poterat) ad ſenſum certe ipſum pu-
rum:ſincerũq; latinũ a nobis redditũ arbitror. Quod ne
quẽpiam fortaſſe perturbet. quẽadmodũ Ariſtarchus Ho
meri verſus:quos ipſe nõ probaret:ita nos ſingula ipſa ca
pita: quæ noſtris quidem verbis explicentur : obelo hoc
eſt veru iugulauimus. Suffurare igitur Laurenti tuis occu
pationibus ociolum aliquod:ſi potes : quod libelli huius
lectioni impertias. Id enim diſciplinæ genus in eo eſt. qđ
ſi recte perpendas:nõ cuiq̃ magis aliorũ:q̃ ingentis fortu-
næ viris cõueniat. Sed quod in toto hoc libello pluribus
explicatur. id omne Epictetus duobus his verbis: quæ eti
am frequentiſſime vſurpabat:comprehendere eſt ſolitus
ſuſtine & abſtine. Patriam hic vir Hieropolim phrygiæ
vrbem habuit. Romæ epaphrodito cuidam Neronis fa
miliari ſeruiit. Atq; ad Marci. vſq; Antonini tempora per
uenit. Domitiano autem imperante eius dominatu offẽn
ſus Roma Hieropolim migrauit:ratus verum eſſe: quod
eſt apud Tragicum. Patriam eſſe cuiuſq; : vbi quis recte

agerꝫ. Tanta vero apud omneis hoies eius vitæ admira-
tio exſtitit. Vt Lucianus ſyrus epictei lucernã fictilem tri-
bus drachmarũ millib⁹ ob eius auctoritatẽ venisſe tradat
nos ad te nũc nõ lucernã Epicteti: ſed eius imaginẽ animi:
quæ multo plus lucis habeat Laurenti mittimus. Nam cũ
vniuerſam tuæ pulcherrimæ bibliothecæ ſupellectilem:
quã tute nobis vtendam cõceſſiſti: nuperrime ſcrutarer:
hoc vnũ merito opuſculũ: quaſi ex horto floſculũ: quod
tibi offerrẽ: delibaui. Hic. n. vnus eſt liber (niſi me opinio
fallit) qui & naturæ iſti tuæ ad magna quedã ſemper: atq;
ardua excitatæ: & his tam duris tẽporibus: qbus te vndiq;
fortuna: exercendũ accepit: maxime oĩm coueniat. Vale.

¶Angeli Politiani pro Epicteto ſtoico ad Bartholomæũ
ſcalam Epiſtola.

ANgelus Politianus Bartholomæo Scalæ ſalutem.
Tu quinẽ mi Scala nõ conſentus: & ſtrenui militis:
& fortiſſimi imperatoris officio defũgi: etiam tyrũculos
tuos (quæ tua in omni re diligentia eſt) ocio ſituq; langue
ſcere nõ ſinis. Sed vel te tabernaculi vmbraculis: ad campi
puluerẽ. ad ſudorem ad palum vocas. quippe qui omnis
militaris numeros ad te vnũ pertinere iure intelligas. Pu-
tabam equidẽ factum a me ſatis: quod Epictetũ eiſem de
græco interpretatus. Tu me ad eũ quoq; tuendũ: quaſi tu
ba nũc: claſſicoq; excitas. Igitur: quod Horatius inquit: li
Hora: benter hoc & oẽ militabitur bellũ in tuæ ſpem gratiæ: Ar
cem tu quidẽ ipſam veræq; totius vrbis caput oppugnas
qui primũ Epicteti caput quaſi totius circuli aut globi po
tius: quæ pfectiſſima figura ſit punctũ aboleas. Tria aũt
ſunt: quæ obiicis: ſed quæ vel maxime a præcipiẽdi ratio
ne abhorreant. quod obſcura: quod ſupra hominis vires:
quod falſa præceperit. Obſcura: vt cũ negas explicatũ ab
eo. quænam tandẽ noſtra ſint opera Supra hominis vires
vt cũ nos naturæ imperio genere aſſeueras. Id quod plus
poſſe pollereq; affirmas: q̃ vllam hominis facultatẽ falſa:

vt cum corpus contra Epicteti ſententiā: in nobis eſſe con-tēdis: quādo ex animo (vt ais) cōſtemus & corpore. Ea mihi nunc quando id tibi placet refellenda: dicendaq̄ nō quidem: vt te doceam. Id. n. eſſet: quod græce dicitur: ſus Mineruam. neq̄ vt me legitimū Epicteti propugnatorē contra te putem. Non enim vel ego tanto me dignor honore: vel Epicteto tam faueo q̄ te illi fauere certo ſcio. Sed vt impoſitā a te nobis perſonam quantum in nobis ſit ſuſtineamus. Proferam tamen in primis non nulla in medium: & quaſi ſemina iaceam: e quibus quēadmodū fabulæ terrigenas viros Thebis aut Colchis ſatu dentium enatos dicunt: ita omnes Epicteti noſtri pugnaciſſimæ inſtructiſſimæq̄ copiæ exoriantur. Sed vt Homerus irruenti in græcorū caſtra hectori Salaminiū Aiacem: ita nos tibi Athenienſem Platonem obiiciemus. Is igitur Plato in eo libro qui de hominis natura inſcribitur Socratem cum Alcibiade illo: cui pulchro cognomen fuerit diſputantē inducit: quo in libro nihil eſſe aliud hominem quem dicimus probat: niſi rationis participem animū. Nam vt credo inquit ſubula: ita homo ad agendum manu vtitur. hoc ſumpto: & ſecundū aſſumit. Aliud autem eſt (inquit) quod re vtitur quapiam: atq̄ ea res qua vtitur. Nam illa inſtrumentū eſt. Tum inducit: homo vero is eſt: q̄ ſuopte corpore quaſi inſtrumento vtitur. Corpore autem ipſo quaſi inſtrumēto: vel in artificiis: vel in actionibus reliquis: nihil omnino aliud vtitur: q̄ rationis particeps animus. Mox & aliud ſibi ex his vindicat: q̄ corpore vtatur: idem & corpori dominari. Tum diuidit ad hunc modum. Neceſſe eſt hominem: aut animū eſſe: aut corpus: aut vtrūq̄ ſimul Si vero homo quidem corpori: ſibi vero ipſi corpus nō dominetur: minime ipſum corpus homo eſt. At neq̄ vtrumq̄ ſimul. Si enim qui corpori dominetur homo eſt: corpuſq̄ ipſum minime dominatur. haud profecto vtrūq̄ ſimul eſt: quod dominatur. Præter hæc ſi ſuapte corpus natura immobile eſt. Animus vero is eſt: qui moueat. Hos autē re ipſa in artibus videmus. Artificem eſſe: qui moueat in-

ſtrumenta: quæ mouean tur. Nihil eſt dubium: quin cor-
pus inſtrumeti vicem aduerſus animũ habeat. Ipſe igitur
homo eſt: quiq; hominis curæ ſtudet animũ curet: qui ve
ro aut pecuniam: aut eiuſmodi alia curat: is nõ modo ho-
nem nõ curat: ſed ne hominis quidem inſtrumentũ. Iam
ergo vel Platonis auctoritate: quæ tanta quidẽ eſt: vt qua-
ſi illa Vergilii fama caput inter nubila condat: vel ferreis
illis ſuis: atq; adamantinis rationibus: conſtare nimirũ ar
bitror: nõ eſſe in nobis corpus. Vt iam mendacii crimine
ſi videtur Epictetũ abſoluas: ſed pergamus. Triplex apud
Platonem virtutũ eſt gradus. Sũt enim ſupremæ omniũ:
quas vocant exemplares: qualis in ſapiente requirimus: in
deo ſtatuimus: quæ ſequũtur purgati animi dicũtur: qua
lis in eo eſſe philoſopho uolumus: qui ſe ab omni corpo-
ris labe contagio neq; auocarit Vnde & in Protagora Pla
to idem: cuius mihi dulciſſimũ in ore verſatur nomẽ emo
riendum ei eſſe dicit: qui ſit philoſophus euaſurus. Tertiũ
eſt virtutum genus: quas purgatorias vocant: qualis in cõ
tinente eſſe ſtatuimus: negamus imtẽperante. has ſibi vir-
tutes: is iure vindicet: qui rationis participem animũ vere
hominem eſſe ſibi perſuaſerit: quiq; neq; corpus animæ
eſſe parem iudicet: neq; ad hominẽ perficiendũ concurre-
re ipſum arbitretur. Sed eo quaſi inſtrumento vtendum
animũ induxerit. Nam qui: aut paria: aut ſuperiora cor-
pori tribuat: eum nõ magis eſſe hominẽ putandum eſt: q̃
bruta illa: quæ vocemus animantia: quæ natura: vt egre-
gie Saluſtius inquit prona: ac ventri obediẽtia finxit. Ani
mi ergo (vt idẽ inquit) imperio: corporis ſeruitio magis
vtimur: vt quo vno a belluis differamus: quoq; vno ſub-
ſtantia hominis conſtet: id nobis liberũ ſeruemus: Corpo
re autem ipſo nõ quidem vt parte aliqua animo adiuncta
ſed vt inſtrumento vtamur Hunc epictetus hominẽ inſti-
tuendum accepit Neq; enim: vel ille ſapiens his præceptis
indigebat: qui ſe iam pridẽ in libertatẽ vindicauit. Quiq;
metus omnis: & inexorabile fatum. Subiecit pedibus: ſtre
pitumq; Acherontis auari neq; cũ eo ſibi eſſe negociũ pu-

tat: qui a ſua tantopere natura degenerauit: vt ſit in bruto
rum numerũ referendus. Hunc ſi hominẽ accipias: iam
vt arbitror: quæ ſint hominis opera nõ ignores. Qui aũt
dixerat conatũ: quã & appetitionẽ dicere poſſis: cũ græce
ſit horme. item appetitũ opinionẽ: ac declinationẽ in no=
bis eſſe. Is proculdubio cũ ſtatim ſubiiciat: & quæcũq; no
ſtra opera ſunt: ea noſtra eſſe deſinit. quæ ex iis. quæ ſint
in nobis deducãtur. Vtrum vero corporis animi ne ſint:
qui a noſtris affectus: ſeu perturbatiões: pathe a græcis vo
centur. Maior profecto eſt quæſtio: q̄ quæ hoc tẽpore ex=
plicanda ſit. Pertinere tamẽ ad animũ eos omnis affectus.
nemo fere eſt quin fateatur. Sed ita pertinere quemadmo
dum proſpera. aduerſaq; valitudo ad corpus. Neq; .n. mi
nus hi animo: q̄ illa corpori: vel proſint: vel officiãt. Quic
quid igit̃ hi peccant affectus: quicq̄d agũt: noſtrũ eſt opus.
Vt igitur in corpore tẽperamentũ illud habitudinis: quã
ſymmetriã vocant: bonã corpori valitudinẽ præſtat. Ex=
ceſſus vero defectuſq; auferũt. Item profecto: & in affecti=
bus accidit: effrenati enim illi: & violenti miſerũ hominẽ:
moderati vero & cõpoſiti fœlicem conſtituunt. Sed cũ ſit
aĩus id: quod & Plato idẽ diuine ſcribit: velut auriga qui=
dam: & rector. Is ſi & ſtimulis parcat: & loris fortius vtat̃:
facile ad calcẽ ſecũdo curſu perueniat. Si vero aut lora ni=
mis remittat: aut acrius q̄ par eſt. ſtimulis citet. Is ceu Phæ
thon: aut Bellerophon aliq̄s p̄ceps feratur neceſſe eſt. Hac
igitur ratione miſeri: fœlices ne euadamus in nobis eſt.
Quæ vero noſtra ſint opera facile colligas. cum q̄ ad nos
pertineãt ratiocineris. Quicq̄d ergo toto præcipit libro
in nobis eſt. ſtulte .n. quod nõ foret: præcepiſſet. Obſcurꝰ
igitur: aut perplexus noſter. Epictetus: quo neq; planius
quicq̄: neq; enucleatius: neq; etiã lucidius ne optare quidẽ
auſis. Vt in eũ ne dũ tui iſti lyncei oculi: ſed vel hebetiſſi=
mi quiq; inſpicere poſſint. At ſunt inquis ardua nimis: ſu
praq; hoĩs vires: quæ præcipit. Quid nam ĩd tandẽ: ſi fili
um: ſi vxorem amas: dic te hominẽ amare: mortuo enim
nõ perturbaberis. Vtrum ne igitur: quod præcipit. an q̄d

polliceturꝛ vt difficile factu reprehendis: ſi quod ꝑcipit: iã
tu quæ in cõmuni vita quottidie: quæ in foro: quæ in tri-
uiis iactentur. factu difficilia putes. Quis.n. nõ aliquan-
do: quæ ſint euentura cogitat? At teretianus ille ſeruulus
o inquit. Demea iſtuc eſt ſapere: nõ quod ante pedes mo-
do eſt videre. ſed etiã illa quæ futura ſint proſpicere. Et vt
ſcenæ immoremur: audi ſenẽ apud eũde nicertũ eſt quid
agam. quia præter ſpem: atq; incredibile hoc mihi obtigit
Ita ſum irritatus animũ: vt nequeã ad cogitandũ inſtitue
re. Quamobrẽ oẽs cum ſecundæ res ſunt maxime: tum
maxime meditari ſecũ oportet: quo pacto aduerſam erũ-
nam ferant: pericula: damna: exilia: peregre veniens ſemꝑ
cogites: aut filii peccatum: aut vxoris mortem: aut mor-
bum filiæ cõmunia eſſe hæc fieri poſſe: vt nequid animo
ſit nouũ. Quicquid præter ſpem eueniat: omne id depu-
tare eſſe in lucro: quã vero & illud Virgilianũ graue eſt.
Neſcia mens hominũ fati fortiſq; futuræ
Et ſeruare modũ rebus ſublata ſecundis
Vides vt hæc non ſunt obruta: vt paſſim expoſita: vides
ꝗ vterq; poeta hanc euentorũ anticipationẽ ad cœlum tol
lat: quod ei contrariũ ſit: ad manes deprimat. Sed ne in re
manifeſta: minime neceſſariis argumẽtis ãbitioſius vtar.
Pergã quo tendis: neq;.n. tã quod ꝑceperit: reprehẽdi a te
intelligo: ꝗ quod ille deinde nimis magnifice polliceatur.
Non videlicet perturbatũ iri nos (ſi hæc ꝑmeditata: no-
bis fuerint) Liberorũ: aut vxoris morte: huic tu præcepto
naturæ auguſtũ nomẽ quod maximũ (vt phyſici dicũt)
ad omnis affectus momentũ habeat quaſi Aiacis illũ cly-
peum obiectas. Naturæ.n. inquis impio gemimus an ve-
ro hic noſter lachrymas arcet: ꝗ etiã ꝑcipiat: vt vel in alie-
nis luctibus: ſi opus ſit cõferamus gemitus pariterq; flea-
mus. Neq; tñ ſibi Iuuenalis (cuius id dictũ eſt) cõcedi a no
bis poſtulet. Cogi nos in liberoꝝ funere ad lachrymas: na
turæ imperio Naturæ.n. nemo reſiſtit: cui qui aduerſet is
gigantũ more: qđ dicit: cũ diis bellũ gerat. Multos aũt le-
gimus in cariſſimorũ ſibi pignorũ obitu lachrymis fletu-
q; abſtinuiſſe. Vt atheniẽſẽ illũ Solonẽ: vt Cẽſoriũ Cato-

nem:qui ambo ſapiẽtes:& fuerint:& ſint habiti. Nõ ſunt
quidem hæc factu facilia.nõ ſupra hominis tamẽ ſunt vi
res. Si das in vno hoc:aut altero:dabis profecto & in mul-
tis. vtraꝗ eo demõſtrationis genere: quã inductionẽ diale
ctici vocent. qua plurima apud Platonẽ philoſophorum
principẽ Socrates vtitur. Vt neceſſe ſit:cum quidẽ in vno
aut altero homine actu id extitiſſe conceſſeris idem in vni
uerſa quoꝗ ſpecie virtute ſaltem facultateꝗ ineſſe nõ dif-
fiteare. Vides igitur vt Stoico huic noſtro ſua ratio cõſtet
vides:vt dilucide:vt expreſſe loquatur: vel qđ per vniuer
ſum librũ:quæ ſint noſtra opera diſſeminat: ex iis enĩ ſo-
lis præcepta ducit:vel quod affectus illos animi enumera
rit:a quibus quaſi fontibus noſtra oĩa opera deducantur:
tum quantopere ad eius veſtigandũ ſenſum Platonis illa
ſagaciter cõprehenſa diſputatio faciat. Vides vt nõ eſt in
nobis corpus. Quanto vero dii boni:quo pugnatore:qui
bus ſe rationibus tuetur vt ſi falſa loqutũ peruicacius con
tenderimus.ipſam in nos platonicã maieſtatem: omneꝗ
academiam concitemus. Tantum vero abeſt:vt magis ar-
dua ſint eius præcepta: quã quæ natura hominis efficere
poſſit:vt etiam indulgentiſſimus videatur. Epictetus no-
ſter:qui ne ea quidem ſibi præcipienda permiſerit:quorũ
nõ modo virtus:aut facultas: ſed actus quoꝗ: exemplaꝗ
paſſim extiterint Cætera: quæ in tua epiſtola ſis machina
tus:nullo negocio ſi hæc dederis demolientur. Cur enim
vt aridã ſuccoꝗ carentẽ diuiſionẽ illã nexes: qua ille pau-
ciſſimis verbis ſcienter. circũſpecteꝗ omnia: quæ ſunt ſu
as in partis tribuit:nõ intelligo. Nam & quod tute non is
inficias. nihil eorũ:quæ ſunt eam diuiſionẽ effugiat. & ſe
cunda diuiſione minime indiget:cum vtraꝗ pars vnifor-
mis ſuperſit:vt iam ſi diuidere iterũ tentes:cõminuas po-
tius:aut dilaceres quã diſtribuas. Non ergo aridũ hoc eſt:
ſed vere corpus ſolidum:& ſucci plenũ neꝗ enim quicq̃ ei
diuiſioni ſupereſt:neꝗ deeſt: nulla ineſt nugacitas verbis
vtitur propriis cõprehenſione aptiſſima: nihil vt excogi-
tari circũſpectius poſſit At dixerit fortaſſe hic aliquis:cur

autem nõ a principio Epictetus iſte oſtẽdit: qualis nam is
homo foret: que inſtituendũ acciperet: oſtendit ille id qui
dem: ſed paucis. Quid enim nõ ille hoc oſtẽderit: qui vel
corpus ipſum: aliaq́ꝫ id genus negarit eſſe in nobis. Ad id
planius oportuit: & pluribus: at nõ in abdito hoc erat: ſed
in promptuario ad manũ volẽti id ſumere: ac præſto erat
quid enim Platone ipſo illuſtrius (potuit tamen (inquis)
Platonis illa argumenta in pauca conferre: potuit ſed non
tam decuit. præcepta enim hoc libello tradit: & quaſi le-
ges promulgat. nõ cõtentionibus pugnat: ſuus cuiq́ꝫ pro-
feſſioni finitus eſt terminus. vltra ſi progrediare. ex iure
manu conſertum in iudiciũ ſis vocãdus. Vides vt Mathe
matici demonſtrationũ ſuarum principia nõ probẽt: ſed
earum patrociniũ ei: quem primũ philoſophum dicimus
cõmendent. Ad eũ enim illa pertinet: quæ vniuerſalia nũ
cupantur. pũctũ inquit Euclides: ideſt cuius pars nulla eſt:
negato id obmuteſcet mathematicus: ſed adeſt periclitan
ti philoſophus: quid ille tandem? Quod rem inquit quã-
piam finit. ideo quod a ſe finit vno interuallo minus eſt.
Extorſerit id: iam perget. Tria corpus interualla habet: id
a ſuperficie clauditur: cui duo tam tũ adſint: lõgitudo: &
latitudo profunditatẽ enim minime illa quidẽ nacta eſt.
ea videlicet vna a corpore deficit. ſuperficies autem: quæ
duo interualla habeat. linea terminatur cui vnum tantum
interuallũ adſit. quæ longitudo ſit. linea poſtremo a pun
cto finitur. quod enim ꝓculdubio carebit interuallo. quo
niam id veriſſimũ eſt: quod dictũ ſit. omnẽ terminũ vno
interuallo ab eo. quod terminetur deficere. Ergo & Epicte
tus hunc ita libellũ orditur. vt quod a Platone probatum
ſit. pro conceſſo accipiat. æque eo omnẽ præceptorũ ſeri
em intertexat. Igitur vt apud Homerum Aiacis ſe clypeo
Teucer defendit. ita & Stoicus hic noſter ſub Platonis ra-
tionibus. quaſi ſub clypeo audacter pugnat. Non vero li-
mites: quibus ſe circũſcripſerat trãſgredi decreuit: ne (qđ
aiunt) extra chorũ ſaltare cogeretur. Hæc: quæ pro Epic
cto dicerem in præſentia ſuccurrerũt: eaq́ꝫ plura nimium

fuiſſe intelligo. q̃ epiſtolæ ratio poſtularet. Non plura tamen: neq̨ pluribus (vt arbitror) explicata: q̃ oportuerit. Quæ ſi accipis mi Scala: coheant iam in fœdera dextræ: ſin reſpuis age iam: qualem oppugnatore prebueris: talẽ te Epitecto propugnatorem præſta. At qui eũ quidem: & fuiſſe magnũ virum omnes tradunt: & mihi centies repetitus perpetuo placet. Verendũ tamẽ eſt: ne meus mihi labor: tanq̃ ſcitus filiolus ſubblãdiatur. idq̨ vel auctori ipſi apud me gratiã conciliet: tibi vero: quod me ad hanc velnti pugnã prouocaris gratiã habeo. pertinet enim id: quod & Ariſtoteles ait ad ingenii profectũ: contẽtioſa diſceptatio. Vt iam diuine homerus pugnam ipſam: quod homines reddat illuſtris κυ Διαιραμ vocet: nec min' egregie noſter ignobile ocium dixerit. Quare vt me ſæpe vel irrites etiam: atq̨ etiã te rogo. Eſt enim mi Scala reluctãdum his temporũ turbinibus literarũ: & philoſophiæ ſtudiis: vt iam nos ipſos nobis: quantum liceat aſſeramus. Tua vero opera: quã tu quidem liberaliſſime: vt ſoles pollicere: non minus fidenter: cũ vſus venerit vtar: atq̨ ad hanc diẽ ſum vſus. Vale Kalendis ſextilibus Milleſimo quadrigenteſimo ſeptuageſimo nono. Feſulis.

Aristo: contentiosa disceptatio ad ingenii profectu ptinet

¶Angelus Politianus Io. Pico Miran. ſuo. S. D.

Hvdio te verſiculos amatorios: quos olim ſcripſeras cõbuſiſſe: veritũ fortaſſe: ne vel tuo iam nomini vel aliorum moribus officerent. Non. n. puto: quoniã minus exierint apte: ſicuti Plato ſuos dicitur. Nam quãtũ repeto memoria: nihil illis terſius: dulcius: ornati': quos quia vocabas amores tuos: placuit mihi nup velut in amores ipſos abs te crematos ita ludere græcis verſibus.

πολλακι τοξευθείσ. φλεχθεισ θιϖ ϖικοσ ερωτων.
Οκετλη προτερω παντα δαθειλεο οϖλα
τοξα. βελη. φαρετρασ. και γηησασ ταγεϖαντα
Ηψενομου σωραλ λαμπασιληι διοισ
σύγ δαυτουσ μαρψασ. άμενημα χερη δρια δησεμ
ταισ μευραίσ μεσση δεμβαλε πυρκαιμ

καὶ πυρὶ φλέξε τὸ πῦρ. τὶ δωσαφρονεσ αυτου ερῶτεσ
τον ϖίκον. μουσων εισεπρ τασδε προμον.

Angelus Politianus Laurentio Medici Salutem.

CVm poeta Accius Tarenti forte apud pacuuiũ grã di iam ætate: & morbo corporis diutino affectum multo ipſe iunior diuertiſſet: eiq; tragœdiam ſuã: cui atreus nomen eſt deſideranti lectitaſſet: dixiſſe Pacuuiũ ferũt canorũ quidem illud, ſcriptorũ: ac poetici ſpiritus magnificentiã laudare ſe: duriora tamẽ illa. pauloq; acerbiora ſibi uideri. Atq; Accium id quidẽ ita ſe habere reſpondiſſe: neq; ſe tamẽ pœnitere: quippe qui meliora ſe deinceps ſcripturũ ſpectaret. Ingenia. n. humana prope uti poma eſſe: quæ ſi duriuſcula. ac guſtatu accerba gignantur. tempeſtiue tamen matureſcũt: fiuntq; mitia: & iucũda. Sin vero ſtatim mollia: atq; vuida præcoqbuſq; ſimilia enaſcantur: prius multo q̃ matureſcant vieta fiant: & putria Itaq; ingenio tanq̃ pomis relinquendũ eſſe: quod ipſa dies. atq; ætaq; mitificetur. quorſum nam iſtuc inquis? quoniã pleraq; profecto Laurenti Medices: humano in ingenio ſimilia exiſtũt: quæ cum ſpeciẽ vitioſæ. deprauatæq; naturæ præ ſe ferant: futuræ tamen virtutis indicia: optimæq; indolis ſpecimẽ a ſapientibus iudicẽtur. quale forſan & hoc ipſum ſit: quod tuo nup in filiolo: noſtroq; diſcipulo irã: quæ quidẽ ex increpatione: acceptaq; ignominia proueniret: minime improbandã eſſe præ me tuleram Cuius quoniam iudicii noſtri rationẽ requiſiſti. nõ alienũ certe fuerit. paucis ea de re in preſentia diſputare. Neq; vero iram hoc tẽpore laudare ꝓpoſitũ ſit nobis: q̃uis & illã paripatetici nõ inutiliter a natura nobis adhibitã putent: vt poteq̃ tum quibuſdam (vt aiũt) calcaribus fortitudinẽ inciter: tum vero a nõnullis id: quod etiã Ariſtoteles inquit: in ipſius fortitudinis partẽ referatur: ſed cũ ex omni vitiorum genere: id certe minĩũ ſit habendũ: quod a rationis orbita q̃ minime aberret. Ira aũt ſi quidẽ Ariſtoteli credere opor

tet. vel ipſam quodãmodo audiat rationẽ eiuſq;: quantũ in ipſa eſt veſtigiis inſiſtat: oĩm merito vitiorũ: minimũ eſſe illam credi par eſt. quoniã vero: vt eſt apud Flaccum vitiis nemo ſine naſcitur: atq; optimus ille eſt: q minimis vrgetur: iram profecto in puero haud omnino deteſtabilem eſſe fatendũ eſt. Contra vero affectio illa animi q̃ ita omnino vacet: quãq;: αοργησιαν græci vocãt: haud mihi ſecus in puero: q̃ in equo adoleſcente tarditas: vituperanda videtur: quippe quæ infirma adhuc: imbecillaq; ætate cũ a ratione proficiſci nequeat: a ſtupore certe: atq; animi hebetudine proficiſcatur neceſſe eſt: nam in quis permulta & frigida bilis eſt atra (vt Ariſto. in problematis ait) ii ſtolidi ſunt: attoniti: ignaui: in quis permulta & calida: ii perciti: ingenioſi: acres propenſi ad omnẽ excandeſcentiã calorem enim phyſici longe magis: q̃ frigus naturæ conſentaneũ putant. Cuius profecto argumentũ: cũ aliis permultis. tum vero ex anni temporibus perſpicue intelligitur: cum. n. ſoluitur acris hyems grata vice veris: & fauoni mox pulcherrima illa mundi: naturæq; ornamẽta reuiuiſcunt: ſyluæ frondibus veſtiũtur: campi floribus omnifariam: herbiſq; diſtingũtur: e quibus & odorũ incredibilis ſuauitas afflatur. Hinc auicularũ blandiſſimis cõcentibus aer iam ſerenior demulcet: hinc lymphæ riuis obſtrepũt manãtibus omnia oculis arrident: omnia auribus ſubblãdiũtur. Prata: arua: colles: ſyluæ: conuales: ferrarũ & circurum oẽ genus: ipſum præterea cælum ipſa (vt ita dicã) rerum natura ad pulcherrimũ: atq; admirandũ ſui ſpectaculum: aures: oculos: menteſq; cõuocãt. Omnia pubeſcũt ac laſciuiũt: omnia deniq; ludus habet: venit æſtas vt calidior multo ita & frugũ: ſeminũq; oĩm prouentu vberior Hanc inſequitur autũnus calcatis ſordibus vuis. qui fortunatũ illud amaltheæ cornu fructuũ pomorũq; copia ſcaturiens diuiti manu geſtat. quæ tandẽ oĩa extinguit: mox glacialis hyems canos hirſuta capillos: ſed redeo vnde digreſſus ſum: qui illã inq̃ affectuũ omniũ vacationẽ & quã græci απαθειαν vocant: tantopere extollũt: ii mihi nõ ho

ſ

Hora:

Calor naturæ cõſentaneus

Amaltheæ cornu

minis ſed trunci certe: aut lapidis: quæ nulla omnino ſit-
vitam fabricari videntur. an vero ego eum mihi amplæ:
atq; optimæ ſpei puerũ diligam: qui præcipientẽ ſonnicu-
loſus obaudiat: cui ſit auris iugiter vellicanda. qui excuti-
end' manu ſit: cui iurgia. cui verbera: cui faces ſint admo-
uendæ? Inſpiciendũ in primis laurenti eſt: vt eſt apud poe-
tam. & quis cuiq; dolor: victo quæ gloria palmæ. q̃ enim
recenti adhuc ætate: ita eſſet affectus. vt neq; is laude: neq;
ignominia moueretur: nihil ab eo quicq̃ egregium ſperan-
dum fore lacedæmonii iudicabãt. At vero Quintilianus
magiſtrorũ ille excellentiſſimus: eum ſibi puerũ dari po-
ſtulat: qui victus ploret: victor inſultet: neq; vero eum in
puero luſus offendit: qppe qui nõ ſecus: atq; hæc ipſa: de
qua agimus ira vegeti cuiuſdã animi: erectæq; naturæ ſit
argumentũ quapropter & apud veteres illos philoſophã-
tes: vt eſt apud plutarchũ in prouerbii iam locũ conceſſe-
rat. quod dici ſolet. Iram nõ habere: qui mentem nõ habe-
ant. hinc illud fortaſſe eſt: quod cum ex oris habitu: morũ
quoq; aſpectus Ariſtoteles iudicat. quibus inquit frons la-
ta eſt ſtupidi: quibus rotunda iracundi ſunt. Manifeſtum
videlicet argumentũ naturam quoq; ipſam vel ex oris li-
niamẽtis nos admonitos velle: nihil tam maxime a ſtupo-
re differre: quã iracũdiam. At vero cum duo diuerſi inter
ſe affectus: ab vno quaſi capite: & fonte emanantes diuerſa
quoq; appellatione cõprehendantur: alter quidem qui vt
primos impetus remiſſiores habet: ita diuturnior multoq;
permanẽtiorq; eſt: radiceſq; altius in animos agit. alter ve-
ro acrior quidem primo: & cõcitatior: ſed ſuo ſibi tempo-
re placabilior. priorem illum quẽ græci nunc μηνιν. nũc
ΚΟΤΟΝ. noſtri vero rancorẽ puto appellent: illiberalis con-
tumaciſq; naturæ ſignũ eſſe ſapientes arbitrantur Tendit
enim ad odium: ad vltionem: ad iniuriam ad contumeliã
Neq; vero is recta vlciſcendi via graſſatur: ſed dolo ſæpi-
us: atq; inſidiis nititur. Vbi maxime deferbuit: tum maxi-
me eſt implacabilis. Si deprecere: exulceratur: ſi ſupplices
recrudeſcit. occaſiones nocendi obſeruat: & tempora. ſer-

prouerbiũ

pit quotidie latins: augeſcit indies. Quodq̨ homericus il
le achilles inſtar plutonis portarũ habebat inuiſum: aliud
in pectore clauſum: aliud in lingua promptũ habet altera
(vt inquit Plautus) manu fert lapidem: panẽ oſtentat alte
ra: hic in mulierculis: hic in vulpecula: hic in iis: qui abie-
cto ſunt animo præcæteris viget Hunc diuinæ Homerus
noſter in rege regum agamennone adnotauit. Eiq̨ dein-
ceps recta quaſi analogia plurimorũ: turpiũq̨ vitiorum:
ac facinorũ perpetua ſtigmata inurit. Hoc nihil tetrius. ni
hil virtuti: & bonitati infenſius: nihil humano īgenio per
nitioſius eſt: At vero ille alter incitatior primo feruidior-
q̨ mox tamẽ placabilior motus animi: q a græcis θυμὸς
a noſtris vero excandeſcẽtia appellatur. in iis plerũq̨ emi-
nere videtur: qui ingenuo ſunt aīo & liberali: iidẽq̨ & mi-
ſericordes: & placabiles p̃cæteris ſunt: qui ad excandeſcen
tiam propenſiores.

Neq̨ vero ii vel in medio iraſcẽdi furore a rationis im-
perio penitus abhorrent: videtur enī (qđ p̃clare Ariſtote
les inq̃t) audire illam quidẽ obaudire tñ: miniſtrorũ p̃cele
rum more. qui anteq̃ totũ quod imperat audierint: excur
ſant p̃ſtudio: ac deinceps in agendo aberrãt. ſimileſq̨ ſunt
canibus. q audito tãtũ ſtrepitu priuſq̃ illi an veniat amic⁹
conſiderarint venientibus oībus ſine diſcrimine allatrãt.

Hic ille eſt īpetus: q (vt Homerus ait) bellatorũ animis
robur inicit. hũc tubæ. hũc cornua. hũc claſſica. hũc mili-
taris illa inuicẽ adhortatio: & clamor hũc imperatoriæ ex
citant cõciones. hũc vt cætera nõ acceſſerint vnica veritas
& laudat. & p̃cipit Iraſcimī (inq̃t) & nolite peccare. ſol nõ
occidat ſup iram veſtrã. hinc & illa ab heſiodo laudata cõ-
tẽtio orta eſt: q̃ & ad virtutẽ & ad decus capeſſendũ calcar
eximiũ habet. oẽm hæc ipſa ex aīo mollitiẽ languorẽ. he-
betudinẽq̨ oẽm exterminat Hæc infirmos: ſopitoſq̨ aīos
erigit & maiores ad rem gerendã facit: qd tu illam in egre
giæ indolis puero cõuitiis ignominiaq̨ affecto: iram p̃ter
gloriæ & virtutis ſtudiũ interprætare?

Non incuſſeras puero verbera. nõ minis p̃terrefeceras:
verbis tamẽ lachrymas excuſſiſti: qd plorat petrulus me⁹?

quid quæritur? nempe id ipſum ferme: qđ & myrmido-
nes illi generoſiſſimi achillis cõmilitones. qđ eius quã ani
mo agitabant: bellicæ laudis gloriã nõ aſſequerentur. Eru
buit inquit comicus: ſalua res eſt: an tu hanc puerilem ira-
cundiã: nõ eandẽ eſſe: & pudorẽ putas? ſimillima ſunt iſta
laurenti: eoſdem ſi recte æſtimentur pariũt effectus. Pediſ
ſeꝗ ambæ ſunt: & comites virtutis. Talem mihi Homer⁹
Achillem effingit. Talem ſe mihi oſtentat pius ille æneas:
cũ immortalitatis: ſplẽdoriſꝗ ſtimulis accenſus.

Terribilis ſæuam nullo diſcrimine pugnã
Suſcitat: iratũꝗ omnes effundit habenas

Talis & Acheloum Ouidianus Hercules iamdudũ lumi-
ne toruo Spectat & accenſæ nõ fortiter imperat iræ. Talẽ
deniꝗ & Virgilianus ille generoſus equuleus futuræ vir
tutis indolẽ præ ſe fert. Tum ſi qua ſonũ procul arma de-
dere. ſtare loco neſcit: micat auribus: & tremit artus. Col-
lectũꝗ premens voluit ſub naribus ignem.

Quod ſicuti forte naturæ rationis ignaro: nimis hæc
iræ laudatio abſurda eſſe videatur: vt cætera volentes cõ
ceſſerimus: nunq̃ mihi certe hoc extorquebit: iram in pue
ro ingennuæ: erectæ. liberaliſꝗ naturæ eſſe argumentũ.
Accedent anni: literæ: diſciplina. Omnia fient indies mi-
tiora: ad maturitatẽ ſuo tempore anteq̃ marceſcat: natura
huiuſcemodi perueniet. at nõ laudas in ætate iam conſtã-
ti iracundiã. Eſto ſit etiã flagitioſa: ac deteſtanda. Et gladi
us certe idem: ſi carnificis manu geſtet: deteſtabilis videa-
tur. Si ad latus militis: aut impatoris ſit: virtutis egregiiꝗ
facinoris imaginẽ præ ſe ferat.

Pululãt ſæpe generoſo in animo vitia virtutibus admi
xta: nõ ſecus atꝗ vberi ſolo: cui nondũ manus agricolæ ac
ceſſerit: rubi innaſcũtur: & ſentes. Neꝗ tamẽ qui agrico-
lationis ſtudio inſudant. vberem illã fœcundi ſoli ſpeciẽ
minus probant: q̃uis ſemihoĩs veſano gramine fœtu Mã-
dragore pariat flores: mœſtamꝗ cicutã. nec manibus mi-
tis ferulas: nec cruribus æque. Terga rubi ſpiniſꝗ ferat pa
liuron acutis.

Quapropter vt boni agricolæ: nihilominus noxias ſil-
as frugibus plantas: herbaſq; conuellere atq; extirpare ſo-
lent: quod fœcũdi ſoli ingenium ex illis aĩaduerterint: ita
profecto parẽtes: ac magiſtros nihilomagis teneris adhuc
vitiis indulgere oportet: quod ea optimæ ingenuæq; na-
turæ documenta præbuerint. Principiis obſtandũ: & que
eminẽt: retũdenda ſunt. Tarquiniiq; inſtar papauerũ ſum-
ma capita virga demetenda: ſempq; valentioribus reſiſtẽ-
dum eſt. Neq; tamẽ interim a naturæ bene inſtitutæ ratio-
ne. alienũ eſſe putãdũ: ſiquidẽ reddere: qui voces iam ſcit
puer: & pede certo ſignat humũ: geſtit paribus colludere:
& iram colligit: ac ponit temere: & mutat̃ in horas. Vale.

D. Anili. Puella.

Iambici Verſus Archilochii dimetri acatalectici

Puella delicatior
  Lepuſculo: & cuniculo:
  Cœaq; tela mollior
  Anſerculiq; plumula.
Puella qua laſciuior
  Nec vernus eſt paſſerculus.
  Nec virginis blande ſinu
  Sciurus vſq; luſitans
Puella longe dulcior.
  Quam mel ſit hyblæ: aut ſaccarũ
  Ceu lac coactum candida
  Vel Lilium: vel prima nix.
Puella cuius non comas.
  Lyeus æquaret puer:
  Non paſtor ille Amphriſſius
  Amore mercenarius:
  Comas decennter pendulas
  Vtroq; frontis margine
  Nodis decenter aureis:
  Nexas: decenter pinnulis
  Ludentium cupidinum.
  Subuetilantibus vagas: subventilantibus — subventrile?
  Quas mille criſpant annulis:

Quas ros: odorq; myrrheus
Commendat: atq; recreat:
Puella cuius duplices
Sub fronte amica fulgurant
Amoris arcani faces:
Quas contueri nō queo:
Nec ſtare contrá: vel procul
Quin occuper flamma grauis
Miſer miſer: quæ mollibus
Furtim medullis adſilit.
Non nō ocellus hoſpites
Ille eſt: & ille: ſed faces:
Faces amoris igneæ:
Quas læta ſuſcitat venus.
Quas blanda paſcit gratia.
Quid narium dulcem modum
Vel quid genarū leuium
Dicam roſam cum lilio?
Labella quid corallis
Rubore prænitentia:
Tam ſæpe tam longum mihi
Mordente preſſa baſio.
Quid margaritas dentium
Præcandidorū proloquar.
Linguam perplexabilem:
Vt cunq; iuncto hanelitu
Amanti amantem copulans
Feſtinat ad calcem venus:
Cum ſuaue olentem ſpiritum
Semiulca ſugunt oſcula:
Lenocinante gaudio.
Subinde murmurantia:
Mentum ve quid tornatile?
Gulamq; teretem: & lacteam:
Et quæ lacertis milies:
Vt arbor hedera incingitur

Incincta ceruix eſt meis.
Nam quæ tibi mamillulæ.
Stant floridæ:& protuberant
Sororientes primulū.
Ceu mala punica arduæ
Quas ore toto preſſeram:
Manuq; contrectaueram.
Quem nō amore allexerint?
Cui non Aſilum immiſerint?
Quem nō furore incenderint?
O.qui lacerti:quæ manus?
Quos Iuno:quas aurora habet:
O quale pectus:& latus:
O venter.o crus.o femur.
O qui Thetim decent pedes:
Pedes choreis nobiles:
Saltatibus mirabiles.
Statu:gradu ſpectabiles:
O verba iucundiſſima:
Tam nequiter ludentia:
Arguta:plena aculeis
Decore:ſuauitudine.
Dicacitate gratia
O carminū dulces notæ
Quas ore pulchra melleo
Fundis:lyræq; ſuccinus.
Vt non Thalia blandius
Non ipſe Apollo doctius
Feras canendo mulceant:
Fluenta vertant in caput
Et ſaxa cum ſiluis trahant.
O cuncta falſa:& dulcia
Feſtina læta:& mollia
Referta amœnitatibus:
Amoribus lubentia:
Proteruitate luſibus

Riſu:ioco:Leporibus.
O quicquid eſt pulchrũ & decet
Puella ſola continens.
O præpotens cultu nimis:
Nimiſq; nõ culta placens:
Quis te deus mihi inuidet?
Quæ te mihi fors eripit?
Quo te repente proripis?
Quo:quo fugis Belliſſima:
Riſu ſerenans æthera
Heu mea voluptas:mel meum:
Meum puella Corculum
Mihiq; longe carior.
Auro:lapillis:purpura
Ac nec lapillis carior
Auroq; iolum:& purpura
Sed ſpiritu mi carior
Sed carior mi ſanguine
Memento tu tamen precor
Memento formoſiſſima
Amoris:atq; compedum
Quas a tenellis vnguibus:
Mecum tibi circũdedit
Heu lachrymis amantium:Heu
Suſpiriis ridens venus.

¶Finis libri Angeli Politiani.

¶Impreſſum Antvverpie Per me Theodericũ Martini.
Anno domini. M.ccccc.x.iiii. die May.

52-3981

Ioannes dei gratia rex portugallie Angelo
politiano amico suo S. D.

E suavissimis tuis litteris doctissime vir
iam diu perlectis et magnifice ex dilecti Tei-
xere cancellarii nostri maioris frequenti relatione
uberrime intelleximus: te gloriae nostrae (si quam
unquam est) fore percupidum et nomen rerum a
rebus gestis nostris litterario beneficio ab oblivionis
rubigine reddere exemptum. Quae etsi satis magnum
summae in nos benivolentiae et observantiae argumentum
testentur: tamen et magis ab animi tui probita-
te ingeniique acumine atque doctrinae copia quae ho-
re maiora suspicari cogunt emanasse. pro quibus
magnas tibi habemus gratias. Quas pro temporis
et rerum exigentia cumulatiores referemus sperantes
munus tuae erga nos affectionis te non penitere. Et
ut tibi breviter ad propositum respondeamus: scies nos
tam officii et pii laboris quem in nostrae mortalitatis re-
demptione tuo verbo polliceris esse admodum gratos
idque amplectamur vehementerque laudamus. Pri-
mus generationi curamus diligenter ut annales
nostri quos vulgari et patrio sermone pro regni in-
stituto posteris tradendos iubemus si extensa lingue
vel latina saltem familiari deinde conscribantur
ad te sed quamprimum deferendi: ut eos iuxta verita-
te tenore nostram in memoriam ita tuis salibus
et gravitate doctrinaque respergas: limaque expolias — Lima ex-polies
ut saltem tua commendare facundia lectione dignos
efficias. Nam multum interest (ut melius nosti) quo
dicendi modo unumquodque legi exigentium referatur. Ea

quemadmodum usu videmus optimos natura arbores pru-
denter reiici in sordidius paratas sint. sic etiam histo-
riam que ornatu suo et incolesceret generi eorum
repetendamque existimamus. sed hiis erroribus mini-
me metuendum est quando tibi viro laudatissimo om-
nique disciplinarum genere predito erit ingenue rebus
nostris consulere. Habes igitur que nobis sit senten-
tia nostra. Reliquum est Angele noster ut prefati
cancellarii filios regis nostri generosos animum
habeas tibi commendatissimos. Quod etsi tua spon-
te atque humanitate gratis facturus: tamen ut no-
stro intuitu aliquid cumuli accedat te nimium ro-
gamus: hii enim sunt quibus te in omni genere gra-
titudinis debes reddere obnoxium: nam pientissimi pa-
tre filii alter meritis et laudibus et alii proba-
tissimis doctrine tue testimoniis non cessant apud
nos semper extollere: nomenque tuum in hos fines
mundi propagare. quod tue glorie et existimatio-
ni haud parum conducit. Sed adolescentulis ipsis
plurimum congratulamur in id etatis et temporis
incidisse: quo a fonte tuo litterarum aliquid doctri-
ne feliciter possint haurire: ut qua deo prestante
prosit et nobis deinde servientes. Utramque celestis
et terrestris regni felicitatem mereantur eamque
sibi vendicent Vale

Hermolaus barbarus Georgio Merule S. d. p.

[P]lato in divina illa sua institutione de legibus
inter prima commemorat, in omni republica pre-
scribi sanctirique oportere ne cui liceat que composue-
rit aut privatim ostendere aut in usum publicum
edere: antequam constituti super id iudices viderint nec
damnaverint. Utinam hodieque haberemus hanc legem, Me-
rula vir doctissime, neque enim tam multi scriberent,
neque tam pauci bonas litteras discerent. Nunc et
copia malorum librorum obruimur. Et omissis eru-
ditissimis auctoribus plebeios et minutulos con-
sectamur. Et quod calamitosissimum est periti impe-
ritique de studiis nostris ac professoribus iudicat.
Ex hoc fonte persuasio illa cum malis et monstrosa
manavit, philosophos iurisconsultosque non posse eos-
dem esse et eloquentes. Cuius sententie auctores
quia multis locis et fando coram et scribendo ta-
xavimus, non dubito quid odium et offensionem mul-
torum incurrerim: aut quod tu frequenter providebas
est irritaverim crabrones. Sed quoniam utrique irritare crabrones
huic sententie adeoque capitali errori decrevere pre-
sidio: Eodem statim, modo in me aliquid facultatis
sit, non lacessendo increpandoque me sed scribendo in-
terpretandoque probare causam meam virorum doctis(simorum).
Ut ipsa mihi res testimonium afferat nullo ex
omnino materia que genus aliud dicendi professi
ac floridum eque recipiat atque historia nature
non sed modo sive rationis eius privilegiis et se-
culos continet. Cum hoc plinius secundus exerta

omnem contionem sibi constituit. Sed ea quoque in qua
universales et spectatores queruntur. Quod genus
in Themistio primus ego attigisse quod sciam credo hor-
tamen posui. Rogo te Merula quibuscumque omnibus
potes rationibus probes. Esto mihi non defensor
adeo sed adiutor et censor. Quoniam vero negari
non potest incidere in philosophia locos quibus ex-
plicandis fingere ac novare quedam necesse est
quod et Marcus Tullius et omnes veteres credunt. Mo-
do id nobis prefatione quadam seu prescripto hono-
re agatur aut ut illo aut isto. que ita Romanis non
tabulis notarum latina moneta videantur percussa.
in hoc te equissimum habere velim estimatorem
et iudicem. Et si qua liberius iis inveneris aut
crimine factitia. aut licenter per duram producta et du-
riter translata aut per abusionem audaculae traspo-
sita aut imitatione aliqua fortiter conformata
culpam tu hanc nobis haud tota prestes atque con-
dones. Nec tamen multa te ut arbitror offendent
dare ad summum terciter verba opere toto compe-
ries. que accepta de foro dici non possunt. Atque ho-
rum etiam mihi aliqua ipse iam Latinis antiquis
tuta desumpsimus peperimus. Cetera non abhor-
rent ab usu nostrorum doctorum. Sed explicare non possum
quam mihi libet, que scripsi non satis faciant. Non quod
melius potuerim sed quod illa scribebant. Sed quod
nunc. Ubi nunc eadem corrigenda stilo essent, infinita
que videantur mihi posse et commodius et complexius

dici. Nec mihi aliquis id obiiciat ut te conficeres
barbare quid loqueris. Nos enim ad id valetis hoc
quod modo dixi volo quo qui profitetur se quereret
est. Sed ut declarare me in illa heresi constanter per- heresis
stare. Ut pute fere fallimus de philosophia. Lati-
nis litteris mandari quandoque illa ipsa nunquam la-
tina. que aut quod in tractore sit usu aut que pri-
vata et sua philosophis sunt. quesita venia dic-
re necesse habuimus nihilominus arbitramur pos-
se illustrius et elegantius nominari aliquin certo
ea nos proinde signanda et recipienda censeo.
Sed tantisper tamquam peregrina nos utemur. Dicamus
porro tres libros Themistii de ingenio anime utique
ad causam et ut argumento hoc utique scires te
a nobis amari colique et ut agnosceres in nostris
impetus aliquos bone frugis indices pro tua bo-
nitate humanitateque quibusdam tecum posses
fruiens. Vale

3 Ludovicus Maria Sforcia An-
gelo Politiano S. D.

Facile credimus tibi viro eruditissimo morte Her-
molai nostri doctrina et eruditione similarem tecum
excellentem orbatum fuisse. quod ego et minus conveni
at qui Hermolaus esse et haberi cupit. Quo ita litteraria
contentione suscepere. Ut enim ad odium plenius ad
vera investigatione excitat. Fatis ergo probe q
fateris viventem amasse. Necessitudo adeo de littera-
rum studiis inceptum licet in quibusdam ambo dissi-
deret et nunc amissum iactione amoris plenam

prosequeretis. Quod monumenta eius morte ne peri-
re pateremur, et operam tuam offers sive in historia pa-
sive in vetustis codicibus Merule diligentiam imita-
turus desideremus. Agnoscimus in eo bonitatem tuam: ac
morigerari nobis voluntati te quod vir litteratissimus
tantopere fama viri communis et rei litterarie causa
curare videatur. Nos vero et si minime neglectum iri
sumus quod ad vitam te pertinet tamen quia recens
casus amissi Merule et maiorem circa nos ab hac
expectatione auxit. Dum quid vellemus constituere di-
ficultas fuit. Quicquid autem agi contingat si aliunde
quam hinc sumpserit ad litterarum peritiam duxerimus ostende-
mus et virtutis et eruditionis et in primis amoris
erga nos politianam rationem minime in obscuro apud
nos fore et gratam habuisse quod tam studiose et
amanter operam tuam nobis obtuleris. Vale

Ludovicus Maria Sfortia Angelo Poli: S.D.

inurere nota
Aspergere labecu-
la

Non est quod vereare angele ne tibi nota ali-
qua inuratur si supprimatur scriptura que in te Meru-
la parasse dicebatur. tua enim opera minime factum puta-
re debet. qui non quesivisti ut occultetur sed multis
precibus per nostros agere apud nos non destitisti. ut ea
in lucem exire pateremur. Quod scribere ad te vo-
luimus ut he nostre apud omnes testari possent
te scripsisse non modo non futurum gravem tibi si in ma-
nus hominum viri litteratissimi scripta venirent sed
etiam si ita pateremur nobis te gratias magnas debitu-
rum affirmasse. Vale

Georgius Merula Ludovico Sfortie duci
S. d.

Ostentat apud te princeps excellentissime Merula
titulo inscriptam Angeli Po[illegible] assiduis premit quod
in illius scripta invectus sit neque parcat quotiens de
litteris agatur et proinde iniquum et ingratum me
esse. Cum quid me retineat et adversus obtrectato-
res defenderet non aliquid grave respondeam aut cri-
mina impingam postremo petit ut ab obtrectatione
desistam et quid docti et in capsis clausum contineo
ne id aliquando non publicem ut causam is dicere possit — dicere causa
Ego princeps clementissime si quicquam de Politiano pau-
lo liberius loquimur sed citra contumeliam id fe-
cisse fateor poetas et oratores enarramus et si quid
in illis habetur quod interpretationis indigeat illud
palam aperimus etiam cum offensa grammaticorum nostris
poetis obviis fortiter repugnamus hinc more te-
mere invenimus praesertim cum [illegible] difficiles questiones aut
occulta quaedam et abstrusa enucleare et componere
oportuit. intercessisse inter nos amicitiam non diffiteor
sed prior Merula magnis beneficiis in Politia-
num provocavit. Graecos libros eruditionis variae
plenos inter alios mea opera et diligentia Venetiis
transcriptos Florentiam misi. quos optare ut pau-
lo curiosius tractaret. Gratiam se retulisse existi-
mat quod de Merula in Miscellaneis cum praefatio-
ne honesta mentione facit. [illegible] tendit agmen
sed pugnat facta cum dictis, nam quotiens expedita
re quippiam et obscuros sensus explanare tentat
Merulam perstringit. Haec animadverterunt et vident
qui miscellanea legerunt, et quod non bene litte-

(margin notes: dicere causa; nos pr[illegible]; pugnat facta cum dictis)

rati hominis et imitatione ne dicta traduceret iis
Merula conatur. qui aliquot ab hinc annos composui-
mus et litteris prodidimus Hermolai manibus
et umbris bona optamus is ingenue fatetur procul quod
proferret ita sortis fuit quod usura Politianus plerosque
sibi arrogat nec pati potest si cetera quam senserat aut
scripserit quispiam proferatur. Multis assentationibus
quod sibi aures permulcent et in aulis velut dissi-
mulatam profecto temeritatem in litteris sibi vendi-
tant. qui sine pulvere solis et luto parari minime
potest pugnatum est propterea pro litteris Tantum abest
ab iniuria hominis contentio ut nihil honoratis-
simus aut quod magis conducat studiosis fieri
possit. Ceterum quod tantopere deposcit ut que ia-
ctavimus conscripsi eadem an non videt datum sibi spatium
ut ea refarciret et corrigere possit que minus candi-
de conscripserit. illud ut consilio hominis ad unum
pertinet quod libros te auspice et nostra diligen-
tia mixtos Florentiam non miserim semel atque iterum
illos efflagitarent brevi edentur in publicum tibique
gratias habebit posteritas quod tuo auspicio maxime
renatae quam restitutae romanae litterae fuerint Vale
princeps potentissime ex Mediolano 4to kalendas
Martias

Aures permulcere multis assentationibus

litteraria contentio abest ab iniuria studiosis conducit

Ad unum pertinere

6

Georgius Merula Angelo Poli-
tiano: s. d.

Conquereris Angele per litteras quod maledictis si-
ne proscissis sive in circulis adversus litteratos ser-
mo ea habeatur te inserere criminosissimum pro te

5

tetra libellum confecerim quem et si nondum perdidi ta-
men ut nunquam invido tenere, atque non parum ini-
micis nec fecerim in te moliar quam me colueritis lau-
daveritis et nulla iniuria affeceritis. Ego enim poti-
simum Angele priusquam te nossem, fama tui no-
minis adductus quibus potui officiis sum prose-
quutus libros grecos in quibus studeres ampla
et exquisita, cum esses florentie ad te misi. Nihil fa-
re nescitus quod emulus et imitator studiorum
fore videamur quod de te semper honorifice sum lo-
quutus tantumque tibi detuleram ut qui audiret
plus amicitie quam veritati me tribuere existima-
rent. Meministi credo quid in frequenti auditorio
venientis cum ad me accessisses ~~[illegible]~~ palam dixe-
rim, te illum esse qui pierie et romane doctrine
instauratorem [illegible] polliceretur. Nihil unquam glo-
riosius sum locutus, nec est qui audiverit
[illegible] [illegible] scripta mea [illegible] [illegible]
scripsi quamquam quod te offendere debeat per-
tulisse

frequentis au-
ditorium

113

7 Pro oratoribus Florentinorum ad Alfonsum Sicilie regem

Audito Ferdinandi sapientissimi regis obitu
Florentina civitas ad nuntium Alfonsi regis non
minus consternata est, quam si ipsa quoque tecum
parente indulgentissimo esset orbata. Nul

Indulgentissimus pater

lum enim ad eo nostra respublica nec studium, nec offi
cium desiderabat: quod prestare unquam prius genitor
tuus charissimis liberis consuevisset: ut qui eam totiens
et consilio iuvaret: et opibus defenderet et auctorita
te communiverit. Itaque in communi quasi luctu nos ad
te cives suos mittere iussit: ut tecum gemitus, lamen
ta sua vice conferremus: cum postquam muneri satisfecis
semus: tum colligeret nos ea tecum pariter mandavit, qui
bus communis dolor si non penitus tolleretur, at certe
minueretur. Multa autem sese nobis offerunt: que ni
mium luctum quasi suo iure castigent. Sed illa in
primis quod perpetuo quodam tenore felicitatis est usus
dum vixit Ferdinandus quod exitum habuit facilem,
non annis melioribus fraudatus: non fastidia tri
stioris senectutis expertus, quod superstite sibi gloria
reliquit: sic ut iustitie, sapientie, constantieque fa

Regie virtutes que

ma: que proprie regis sunt virtutes, veterum etiam re
gum contenderet. Ad hec regnum tibi tradidit: hoc est cui
maxime debuit: cui maxime voluit: ~~cui maxi~~
~~me voluit~~ opulentum, tranquillum, pacatum, unitum,
omnisque florens. Tibi inquam regnum hoc tradidit,
Alphonse rex maxime ~~rex~~ natu filio: tot rebus,
tot bellis experitato: que totiens victorem complexus

est: totiesque triumphantis parentis: cuius iuvenis adhuc reg-
ni totius habenas demum, sociisque tradiderat: cuius
vigilantia fretus in utraque ~~quiete~~ (quod dixit) pro- aurem
fus dormiebat. Quos autem tibi fratres genuit? in utraque au-
Quam quidem sentientes? Quam etiam semper unani- re dormiret
mes? Quem vero etiam nepotem vidit ipse te natum
sibique cognominem regie vere indolis iuvenem? Ha-
stas tenendis. donecum multis excellentem virtu-
tibus: speciosissimam quandam quasi vere eorum dicunt
imaginem virtutis animique tui. Mitto necessitudines
alias, amicos, socios, adiumenta, presidia, stabilimen-
taque regni tanta: mitto popularium studia que primo
etiam per se prompta: tua tamen quoque liberalitas e-
notavit. Hec igitur atque alia que brevitatis studio
preterreo: quum tot tantaque sint: ut neque plura neque
ampliora optare homines prudentes audeant a
superis: ingrati profecto simus, si non cavorimus
que reliqua sunt, fiat: ac ~~bona~~ saltem bona ipsa
cum aliis copertissemus. Reliquum est rex magnanime
Alphonse: ut cui publice nostre nomine, que tibi dedi-
tissima est, omnia pollicentur: demumque fidem flo-
rentinos tuos nulla in re quamquam socios reddiderit de-
futuros. Dixi

Angeli Politiani viri diser-
8 tissimi oratio qua edidit pro oratoribus
Senensium ad Alexandrum .vi. pontificem
maximum

Si christiana olim res p. electione Romani
pontificis quantumque est tandem ex contigerit:
gaudere semper iure, ac letari debet: quoniam si:

redundans le-
titia

ne pastore grex dominicus periclitaretur: In hoc
tempore beatissime pater in quo profecto redundante leti-
tia sua cohibere homines nequeunt: postquam tu no-
bis pontifex maximus contigisti: cuius et pru-
dentia et virtutum dum Romana respublica ecclesiaque
maxime, arduisque in rebus consultum et admi-
rataque semper est. Senensi civitati: hec respublica
nostra ad commune gaudium omnium christianorum proprius
quoque et peculiares accedunt letitie cause: sic
ut pene a sedibus commovere se ipsa et sua qua-
dam voce gratulatum venire ad te: tuisque se ad-
volvere sanctissimis pedibus velle ac gestire
videatur. Sed quoniam hoc facere ea natura non
sinit: nos ad te cives suos beatissime pater publice gra-
tulationis oratores misit: quum sit in hoc feli-
cissimo gratissimoque nobis munere, mire totius
civitatis impleremus. Gratulamur igitur tibi
Alexander sexte Romane pontifex: qui ad ve-
rum humanarum fastigium subvectus: immo ad
divinitatem ipsam plane sublatus: omnia prop-
ter deum minora, inferioraque te videas: sic
ut reges etiam ipsi et principes adorare sub-
missi vestigia tua: et pulverem pedum tuorum
lingere suo modo non dedignentur, sed loco etiam
preclari muneris concupiscant. Gratulamur
et christiano gregi: cui tam fideliter es pastor
divina providentia datus es: ut illum facile tueri,
servareque possis: et a ferarum insidiis, et
luporum incursibus vindicare. Gratulamur quoque
nobis ipsis: hoc est Senensi civitati privatis sin-

quedam gratulandi causis, quas proxime suo
loco commodius attingemus. Post hec autem obedi-
entiam humilem ac devotum obsequium vero Christi
in terris vicario: quanta maxima possu-
mus veneratione exhibemus: paratosque sem-
per fore pollicemur etiam vitam ipsam et sangui-
nem, ubi opus sit pro incolumitate et digni-
tate sanctitatis tue, Romaneque ecclesie pro-
fundere. Tum videmus et sentimus et clare pro-
fitemur hoc obedientie officium non ad gratiam
ullam, sed ex debito tibi esse offerendum: sic ut a
quoque mortalium sine summo scelere sine gra-
vissimo periculo pretermitti neque possit neque
debeat. Nam si rerum natura ordine quodam mi-
ro, et pulcherrima varietate distincta est: sic
ut a summo et ad imum per medios quosdam
gradus, divinitatis imago refulgeat: quanto
hic ordo maior atque hec varietas rerum in-
ter se apta, et conveniens in ecclesia ipsa con-
spicui atque eminere debet: que per Christum patri-
[illegible] transvolat: omnique impetu conatuque
suo tendit ad gratiam. In ipsa triumphante il-
la in celis ecclesia: ordine miro fulgebit et
gloria: quorum alii aliis perfecti subiectique
sunt: Hec vero militans ecclesia ad illius
exemplar in terris instituta producta erit:
et carebit ordine. Et quo pacto igitur terri-
bilis erit ut castrorum acies ordinata. Aut
quomodo ornata acies: nisi in ea ad unum
imperatorem diversi gradus ordines alius alii

Unitas querenda in ecclesia
Aristoteles rerum naturae sagacissimus
Homerus
Simon vicarius apostolorum
Simon quare Petrus nominatus

gradatim vel parentes: vel imperantes redi
gant. Siquidem unitatis omnis ipsius: que ma
xime in ecclesia querit concupiscentie causa est v
nus quam multi: quocirca ille etiam rerum nature sa
gacissimus interpres Aristoteles: Ubi diutius opti
ma prestantissimaque regende, ac gubernande re
ipublice status ratione quesierat: sic Homericis
tandem verbis proclamavit: Rex unus esto. Rex
autem et princeps noster haud dubie Christus est:
cuius in terris locum vicarius apostolorum Simon
obtinuit: etiam Petrus, ob id appellatus, quod super
eum dominus quasi super petram ecclesiam suam fuerat
edificaturus. Huic et claves celestis secretorumque
regni, et potestatem Christus illa vice sua tradi
dit: Ut quod ligaret in terris aut solveret, li
gatum solutumque etiam foret in celo. Huic etiam celum
ascensurus mandavit, ut oves pasceret suas: quo
verbo vicarium, successoremque suum ipsum et constituit et
consecravit. Huic etiam qui venire ad se super
mare ipsum velut navicula iussit: quando na
vis: hoc est ecclesia una sicut alii fide quassatum: sed
mare: hoc est seculum ipsum suscipere gubernandum.
Huic etiam cui dixit semel ut se sequeretur: Hic idem
unus linteum illud e celo demissum vidit quadru
pedibus omnique genere serpentibus, volatilibusque
refertum: ac surgere, occidere, et manducare inde
iussus est: Unde etiam merito de illo mater decantat
ecclesia: Tu es pastor ovium, princeps apostolorum: tibi
tradidit deus omnia regna mundi: ut hic sit hec omnia
in pauca consecrarit, et ordinem habere militans
ecclesia debuit: et ideo ordo ad unum quasi caput fue

erat referendus: et totius ecclesie caput, ac funda- Petrus funda-
mentum Petrus est apostolus. Sed quam ecclesiam suam Chri- mentum ecclesie
stus ~~[illegible]~~ instituit: ut non protinus quam esse fecit, sed
ad consummationem seculi usque perduraret: dubitandu-
m non est quin potestas illa tanta in ipsius quoque Pe-
tri successionis quasi et posteritate descenderet. Quo-
niam enim sicut Paulus inquit tam diu stare durare po- Paulus
testate, quam diu ecclesia ipsa edificatione indigeret:
edificatione autem ad usque finem seculi indiget, in quo
electorum numerus impletur iure, igitur pro pa-
tribus tuis nati sunt tibi filii canimus in ecclesia: Con-
stitues eos principes super omnem terram. Neque enim
fas erat, ut ordo ille apostolicus a sapientissimo
Iesu Christo institutus in suo statu primordio
deficeret. Sed quis rogo uerius Petri successor: quis uerius Pe-
an alius quam Romanus pontifex? Non enim epi- tri successor
scopi sedes est in qua primus, sed in qua postremus
sederit. Petrus ante Hierosolimis, Antiochiaque
relictis, Romam iubente domino, Romam: sortem
in locum pasture sue properabat: ibi ad extremum
usque uite spiritum pastoralis functurus officio. Er-
go si Petrus loco domini semper est, si Romanus
pontifex Petri successor et Christi uicarius in
terris est, profecto uiro diuino caput omnes
tibi sancte pater et genua inclinamus: omnesque
tibi itaque ipsi domino Iesu Christo obtemperabi-
mus: tantaque tua. B. p. esse potestate fatemur:
ut iudicia quoque tua firma, immobiliaque perma-
neant: quasi deus ipse per te iudicet. Nec autem
potestas ista conferri homini ab homine tanta

potuit: sed ille solus contulit, qui Romanam eccle-
siam solus fundavit, et supra petram fidei mox na-
scentis erexit: qui beato Petro eterne vite clavi-
gero, terreni simul et celestis imperii iura commi-
sit. Quapropter apostolice sedis iura, privile-
giaque sic alte radices, atque ita in solidum excreverunt:
ut transferri, commoverique non possint: trahere forte
tentabit quispiam, sed eas nec viribus ullis tem-
pore: nec ducere poterit, convellere certe. Si autem
in veteri lege tantus pontifici honos divino im-
perio habebatur: ut qui iussa illius detrectaret, e-
terno supplicio afficeretur, Quid nobis faciendum
Christianis nomine illius gerentibus scilicet qui
sit vicarius suus, loco etc.: Qui vos audit, et
me audit: qui vos spernit, et me spernit: Esse
profecto divine maiestatis contemptor inveniretur, ali-
quis dum Christianum se asserit, sedi isti aposto-
lice obedire contempnit. Verum sit alius communis
et publica: nobis autem: hoc est Senensi civitati pri-
vata quoque est: et propter hoc prestandi officii cau-
se. Nam et Romana semper ita nos ~~protexit~~ eccle-
sia protexerit: ut uni illi libertatem, dignitatem,
incolumitatemque nostram debeamus. Et tunc il-
le secundum Senensis patriae in pontificatu ante pre-
decessor suus, immortalisque memorie Calistus
eius nominis tertius toto eo ~~pontificatu~~ sui
pontificatus tempore, atque omnibus Romane ec-
clesie viribus auxiliante etiam divine virtutis
principe Francisco Sphorcia ab Iacobi Picini-
~~in~~ incursu, incursioneque defendit. Ideoque cum
a Piccolomineis nostre civitatis hominum doctissima

et nobilitate prestantissimum presulem tunc Senen-
se in amplissimum statum sacrum Cardinalium col-
legium cooptavit. Cum quidem post eius obitum sta-
tim successor idem in pontificatu electus: et Pius
vere nobis et secundus fuit: quippe qui remp. no-
stra pene ab interitu ad vitam revocavit: viribus
firmavit: auctoritate munivit: dignitate auxit:
opibus honestavit: ut nec plura quidem aut melio-
ra maiora optare a superis nostra civitas au-
deret: quam quot in ea Pius ille pontifex quanta-
que contulit. Enimvero si referri omnia ad suas
causas debent: sicuti recte debent: profecto quicquid
vivimus, quod libertate nostra fruimur, quod dignita-
te, gloria, divitiis aucti Senenses decoratique su-
mus: nulli post deum neque maiori neque prius quam
patruo illi tuo adorande nobis memorie Ca-
listo acceptum referimus: a quo videlicet tanquam a
fonte quodam perenni: tanta illa in nos tanquam
affluentis omnium rerum felicitas redundaverit.
Nec vero ingratus, aut immemor accepti a
Calisto beneficii Pius fuit: sed expeditione qua
ille adversus immanissimum turcie gentis tyrannum | turce gentis
susceperat, obitu interpellata statim ut ipse ad
pontificatum ascitus est: ita naviter continuavit: | naviter
ut in ipso molimine, apparatuque rerum vita ef- | vita efflavit
flaverit: nihil sibi neque ad salutem certius: ne-
que ad laudem maius existimans: quam si sanctissi-
mi illius sapientissimique pontificis promotoris,
decessorisque sui vestigiis institisset. Ceterum il-
lius forsitan importuna mors tantum illud decus

ob idipsum innuit: ut hec ad te laus integra il-
libata indeflorataque descenderet. Nam et sapi-
entia singularis cuius tam multa experimenta
tot annis sacri principes senatus dedisti: et
prestans animi magnitudo, qua mortales
ceteros omnes antecellere: et etas ipsa pariter auc-
toritati gerende laboribusque ferendis idonea:
et maior iste tuus oculorum, ac vultus plenusque
dignitatis: plena maiestatis facies, ac totius
corporis inuicta quedam vis et solidum robur. Tu
istud ipsum Alexandri nomen omnibus orbis
populis formidabile: quod tibi credo non frustra,
sed diuinitus adoptasti: magna quedam de te
nobis rara ardua singularia incredibilia
inaudita pollicentur. Non enim dubitatur quin recep-
tura retenturaque vim maiestatemque suam Ro-
mana ecclesia sit: quin virtuti et bonis arti-
bus honos te pontifice sit habendus ac viri
docti disciplinisque omnis generis ingeniisque flo-
rentes premia laborum sint vigiliarumque latu-
ri: quin principes omnes Christiani arma
quibus inter se nunc impie seuiunt contra Mau-
mettica potius rabie impulsu autoritateque tua
conuersuri sint. Tibi enim ut laus hec vere Ale-
xandro debetur non magno, sed maximo: non
regi, sed pontifici. Tunc enim tu vere pastor:
qui beluas illas teterrimas tot annos Chri-
stianorum: hoc est tui gregis cruore et cedibus
pastas: totique quotidie Italie atque adeo sedi isti
tue sanctissime rabidis faucibus inhiantes ba-
culo isto diuine potestatis repelles: abiges fundes.

Quod ut fortiter aggredi constanterque non dubites:
en ipsa terra et patria pulcherrima illa Hispania
nunc maxime adhortatur: que quasi rebus suis p-
ludicris rege, reginaque suis diuinis honoribus effe-
rendos alacri studio in bellum feruntur maximis quidem
laboribus et periculis, sed maiore profecto laude
gloriaque barbaros illos truculentissimos: qui foeda nostro-
rumque cladibus tum prophanis Europe tandem finibus
proturbauit. Sed quid ego hec apud te summe pon-
tifex: quasi vero aut meis preces sint tui adhortandi:
et non potius adorandi: aut tu stimulis indi-
geas ullis incitandusque: cum tu scias qui tua sponte
nihil unquam nisi arduum, nisi excelsum, nisi singulare:
vel cogitas, vel moliris. Quare dicendi finem fa-
ciam, si prius remp. nostram deditissimam, deuotissi-
mamque tibi sancte pater cunctis animi et corporis vi-
ribus suppliciter commendauero: que non minus ex-
pandito sexto pontifici maximo, cum ~~nunc~~ exul-
tat, quam olim Alexandro tertio, cum sero Romano
ipse pontifice exultauit: illo qui Federici impera-
toris nostra peteret ceruice pede calcauit. Nam ne-
que dubitamus quin tuti semper sub umbra alarum
tuarum Venetos futuri simus: sicut sub aliorum pon-
tificum presidio fuimus hactenus: et beneficia
commodaque, nec pauciora abs te, nec minora proc-
expectamus, quam olim a patruo illo tuo sanctissimo
pontifice accepimus. Reliquum est ut deum optimum
maximumque precemur: ut felix faustumque tibi sit se-
per quicquid agas: quicquid cogites: utque in ista sanc-
tissima ~~[illegible]~~ cathedra sedens, atque imperias animos
petri procul possideas: quo incolumi omnes tue vo-
ce agnoscentes oves: tuti undique sub tanto pastore
et patre diutina felicitate perfruantur dixi

9

Innocentius papa octavus dilecto filio Ange. pol. s. d.

ilecte fili salutem et apostolicam benedictionem.
ne librum quem nuper ad nos misisti e greco
in latinum traductum gratissimo animo accepimus,
tum propter rei novitatem, tum quod doctrina et ingenio
ita cultus est multorum iudicio quos apud nos
doctos habemus, ut bibliothece nostre magnum sit
ornamentum allaturus. Gratias propterea tibi ma-
ximas agimus, virtutemque tuam in domino
commendamus. hortantes idem in posterum facere per-
severes, ut tuis honestis laboribus maiorem indies
tibi laudem parias, et a nobis uberiorem gratiam
promerearis. Cum vero in signum tam grati animi
quam amoris nostri erga patrem ducentos aureos per
dilectum filium Tornabonum ad te mittere decrevi-
mus: ut eo munere presidio facilius huiusmodi la-
bores subire queas. Datum Rome apud sanctum
Petrum sub anulo piscatoris die xvi augusti
M quadringentesimo octuagesimo septimo ponti-
ficatus nostri Anno Tertio

Nicolaus Leonicenus Ange. pol. s. d.

10

Quemadmodum non multum dolendum fero ab ho-
minibus illaudatis vituperari ita plurimum
Vir magis satis laudatus — gaudeo a viris magis satis laudatis laudari. Na-
m et si illi aut odio aut invidia ac livore obcecati om-
nibus detrahunt. Hii vero plura quandoque amori ac
benivolentie tribuunt quam veritati, non tamen parum mihi
esse censeo hoc ne an illo affectu quisque agat. Cum
enim Thersitis maledicentia ac nemini parcenti cedat Ne-
Thersites Nestor — stori vero a cuius ore melle dulcior distillat oratio

no asseriat. Ego sane (et si nihil me esse sciam) tuis ta-
men orationis persuasione ac lepore ductus aliquod iam
nomen ac decus sensero possidere. Neque enim duceres
posse qui tam de me iudicium non nulli sunt approba-
turi. Si vero illi qui, ut iam in tua elegantissima epi-
stola scribis, obtrectaverint et a laude nostrum de-
cesserint, salve his quos recta studia oblectant exiguo
sane numero sed bellorum ~~immensa~~ immensa vis horum
... atque ... barbarorum phalanges, et
quorum qui a nobis sed ad illos defecerunt impetus
insolentiasque coerceat. Tu modo mi Politiane cum
te mihi ~~exhiber~~ exhibe qui semper fuisti erga me hor-
tator mei honoris ac dignitatis acerrimus defensor lau-
datorum vero ac potius meorum hoc est tu patris filium
humanissimum in me ~~deler~~ dilectione certantes, qua-
re [illegible] ille fuisti qui mihi quodamque hoc regni [illegible]
[illegible] tua apud illos auctoritate ac gratia
conciliasti, studeas in posterum erga me amorem conser-
vare. Vale

obtrectatores | exiguum sane numero quos recta studia oblectant | dilectione certare

Baptista Guarinus Ange. Poli.

Olim existimes maxima esse rarum laudum
[illegible] quae ad te in epistolis perscribuntur. Apud
te enim maiora sunt quae studiosi humanitatis (orationis) in
animis ~~[illegible]~~ suis ex libro tuo tacite concipiunt,
aut cum in coetu [illegible] de te colloquuntur. Uno ore eos
omnia bona dicunt, doctrinam tuam praedicant, ex-
tollunt, admirantur. Nemo est qui pectoris detrectat,
quo minus Miscellanea domi habeat unde discat.
Haec sunt vera eruditionis testimonia, in quibus nulla
est placendi adulandive suspicio. Cum magis mi-
rer dubitari a te an inepta scripsisse tuis famam me-
am immortalem fieri, quasi corrupta sit mihi fibra,
nec id ego [illegible] ut quod fecisse humanae na-

Testimonia eruditionis | Corrupta est tibi fibra

ne tuae prolixitas. Illud tamen monuisse aut
saltem rogasse velim, ut et moribus immerentium et
laudationibus (quas quidam adulationes appellanter) quam
minime in scribendo utaris. Nam praeterea quod
ea res dignitati scribentis officit, multi sunt qui ma-
gis affectionibus animi id scribendi genus quam vero
iudicio acceptum referant. Nec temere hoc dici puto.
Audio enim persaepe quae de reliquis retulerant: et ta-
men liber [illegible] in [illegible] rebus ceteris [illegible]: quae
[illegible] plus videre arbitror. Salutem te pastoris mei
verbis dico. Tu vero magnifico Laurentio et Pi-
ero me commendabis. Vale

12 Hermolaus Barbarus Angelo Poli-
tiano

Post discessum tuum Venetiis ad te scripsi numquam, de
te saepe. Nec scripsi modo saepe, sed etiam de te
locutus sum quoties incidebat; incidebat autem vel
nolenti. Nuper [illegible] semper. [illegible] mihi multus in ore
Politianus [illegible] cum [illegible]. Nam quarum ipse
de te conceperam iam primum cognomine quam [illegible]
eo de doctrina tua litterae si fuerunt te spondebant.
Facilius cogitare possum animo quam dicere. Postulo
autem a te quod impositurus duo, primum ut videre diu
instudeas. Non tu, sed et tu [illegible] cum litteris primum
ac bonis artibus: quibus [illegible] succurrendum [illegible]
ingeniosis et [illegible]: verum [illegible]: nisi per-
fectissimos homines: opera [illegible] prostituitur.
Alterum ut aut tu me solum in hoc adhibeas: aut
a me adhibitus aequo animo patiare. Dum [illegible]
[illegible]: in familiarum [illegible] iusseris: ultro
nomine do, profiteor, [illegible]: et [illegible] vo-
luntarius [illegible] cupiditate [illegible] cetera studia:

nullus est tam magnus labor: nullum munus in
litteris tam sordidum quod defugiam: quamquam omnis fere
functio: quae pertinet ad litteras: non potest esse non ho-
nesta: non splendida: non magnifica. Vale

Franciscus protonotarius Ange. poli.
S. d.

13 Conceperamus ea de Angelo politiano opinio-
nem: ut Angeli illam minime putaremus ad
summum iam pervenisse: auxit tamen suis ornatissimis
et gratissimis litteris. Et ita auxit ut quos q
cepamus ante de ipso omnia concepisse nec atti-
gisse quidem quamlibet videremur. Laudamus in-
genium tuum dexteritatem: suavitate delectamur: mi-
ramur gravitatem. Sed haec omnia silentio potius
quam infirmo sermone obruenda sunt. Certe profecto in-
venit nos et numero quem sub capite censiri pul-
nimaria. Amor enim verus adulari non novit. Testis
deus. testis conscientia nostra. Quod autem de ro-
manis principibus aggressus es opus erit puto
absolutum quia tuum erit. Expectamus ultimam tuam
manum. quia fore non dubitamus consummatissi-
mam. Nos quae virtuti debemus tibi debemus. Cum ope-
ra et industria nunquam deerimus. Vale Rome
octavo idus octobris

Sub capite censi pulmonaria. Adagio est
Ultima manus

Nicolaus Leonicenus Ange. pol.
S. d.

14 Audeo plurimum Angele poli. vir doctissime
studium tuum in refellenda inscitia barba-
rorum qui de medicina scripserunt abs te nunquam
satis laudato viro probari. Non enim ego id decre-
tum sentio: quod forte plerique qui in ea sunt heresi ho-
mines eloquentem non posse de aliis disciplinis iudica-
re: quasi tantum peritia harum sit necessaria ei qui
bonarum litterarum ac politioris humanitatis stu-

perspicacissimum ingenium

diis fuerit imbutus. Nouimus ego tuum perspica//
cissimum ingenium. Nouimus feruens iam inde a pueritia
studium non minus ad philosophie doctrinam quam oratoriam
atque poeticam capessendam in quibus omnibus ta//
ntum profecisti ut tua te patria inclita Florentia
omnium liberalium artium iactat preceptorem. Nec sa//
ne mirandum te unum esse ex paucioribus qui etate no//
stra eloquentiam cum sapientia iunxerunt. Cum in eo//
dem sapientie studio habeas ducem ac comitem diui//
no uiro ingenio Ioannem Picum Mirandulanum nostrum
cum quo dies ac noctes in omnium doctrinarum medita//
tione uersaris. Ac preterea cum omnia ad ingenuas phi//
losophorum adminicula suppeditat fauor ac gratia
Laurentii Medicis maximi hac tempestate studio//
rum patroni: qui missis per uniuersum ~~orbem~~ terra//
rum orbem nuntiis in omni disciplinarum genere
libros summa ope congessit. nullis sumptibus parcit quo
cum ac reliquis preclaris ingeniis bonarum artium stu//
dia cumulantibus instrumenta abundantissima pa//
ret. Audiui te referente uocem illam preclaram ex Lau//
rentii ore prodiisse. optare tantam sibi abs te, ac Pico
nostro ad libros emendos prestari instrumenta, ut
tandem deficientibus sumptibus totam supellectilem
obpignorare cogatur. Cum igitur omnia et animi et
fortune bona in te cumulatissima sint. Nichil pro quod
Angelo Politiano quam me contra barbaros prouinciam
suscipiam deinceps timere debeam qui illorum patro//

Vir diuino ingenio

barbaros

tinum sit suscepturus. Quod autem ut iure a me re-
prehensi indignatus ita non approbas quod plinium de
viro ac tam optime ingenio intra cande in barbaris
alea posuerim. Cuius tanta sit apud peritissimum
quemque autoritas ut aut ea temerata non debuerit aut
si omnino convellenda duxeram. fortius id a me fieri
quam adhuc fecisse videar oportuerit. si me forte hisce
verbis cur quam amice meum omnia peteres temeritatis
atque impudentie tacite accusas, qui tanti existima-
tionis virum per calumniam quodammodo deprehende-
re quesiverim, habeo excusationem in ex tua epi-
stola paratam. fateris enim supra ea que in scolis
nostris legitur. amicus plato magis amica ve-
ritas. Sed cum ambo sint amici pium est veritatem
in honore preferre. Cum igitur ego ita sentirem pli-
nium non minus quam ceteros in hedere descriptione
alterius plante nominis vicinitate deceptum hede-
ra a grecis κυσσος dicatur indicia eo sine errore
incurrisse, nolui quantum in me erat veritatem
ipsam in obscuro iacere. quod autem fortius atque
prudentius hunc a me errorem indicari oportuisse
censes, scito non fuisse animi mei propositum pli-
nii autoritatem pessumdare. Nam cum illa dictabam
precipua erat mihi contentio cum barbaris. Atque ideo
cum de hedera sermo haberetur. Cum natura non satis
quibusque cognita fuisse probare contendebam obi-
ter ac veluti quodam in transcursu plinium cum in
aliorum mentionem nominavi, quem tamen non dixi,

intra cande alea ponere

Amicus pla-
to magis
amica ve-
ritas

obiter

temerarium iudicium certissimis ra-tiones

una cum quintemna, ac reliquis errasse. Sed vide
si in eodem cum aliis errore versatus. Vide quam mo-
destius de plinio quam de aliis simus loquuturus quos
non uideri in eodem errore condemnare sed plane
aberrare assentiam. quod si mihi animus tam
fuisset aut mihi etiam esset plinii errata in lu-
ce prolatare potuissem et tam et tanta quam posse
integrum de eisdem implere volumine. pauca ta-
men e multis hoc in loco censui aperienda ut
intelligas me non temerario iudicio sed certis-
simis rationibus adductum ut existimare pli-
nium in hedere descriptione quemadmodum in mul-
tis aliis ad medicinam pertinentibus aberrasse. Illud
vero primum mihi certum conveniat tam apud gre-
cos quam apud latinos atque etiam barbaros dioscoridem
et summum autorem atque precipuum cui in herbarum ac
fructuum descriptionibus fides sit adhibenda. Ita pli-
nius non primus tamen quam theophrastum in hac par-
te sequutus videtur ut qui utraque lingua et gre-
ca et latina noverit, sententias integras diosco-
ridis quasi verbum e verbo a plinio translatas ag-
noscat. Galenus preterea vir tum in omni artium
liberalium artium tum in medicine presertim disci-
plina precipuus in suo de simplicibus medica-
mentis libro se a describendis herbarum imagini-
bus supersedisse fatetur quoniam abunde in hac stu-
dio fuerat a dioscoride satis factum. Nec serapio
arabs herbas ipsas describere aggressus aliis eas notas
indicavit quam dioscorides cuius et ipse non certe

in omnibus imitando diascoride libros suos in
numeris impleuit erroribus quos in spetare in
luce fore detegendos studio ac diligentia inclyti
presulis Hermolai barbari patriarche aquilie
sis viri omnium disciplinarum peritissimi libentius sa
ne aliquando notare quam hoc persimili in presen
tia sum irritatus, tum quia magis me mouet contra
horrigines barbaros quam latinos agere in quibus huma
nius humano generi periculum imminet, siquidem
etate nostra omnes fere medici in simplicium me
dicaminum cognitione Serapionem sequuntur pli
nium autem vel legentium quidem existimant quod eum
in numero grammaticorum vel oratorum, tamen aut
philosophorum aut medicorum habendum iudicent
Ego vero etsi non infitias eo plinium omnium doctri
narum studia percoluisse, multa tamen de quibus in
suis de naturali historia libris conscripsit non sa
tis illi reperta atque explorata fuisse crediderim
Ex quo illud sequitur est ut, cum non ea scriberet
que ipse nouisset, sed potius a diuersis autoribus
varie scripta collegisset sepius diuersa pro eisdem
aut eadem pro diuersis retulisse videatur. Verum
quidem rem me tibi homini doctissimo facile pro
baturum spero si paululum seposito affectu non tam
quam plinio patronus sed potius iudex, hec que
in plinio notaui simul errata diligentius perspi
cere atque examinare volueris Vale

Lucius Phosphorus pontifex Signinus
Angelo Pol. S. D.

Si isti qui obloquuntur et allatrant per quos
redacti sumus o Politiane ut imperiti iudi
cent mihi Miscellanea tua atque adeo quae
cumque scribis magnopere placent garriant isti
quid velint per potentiam verborum. Ego te plane la
tinum iudico ita illud ne nimium quidem negant te su
pra quam dici possit curiosissimum ac diligentissimum
esse et omnes loculos evolvisse. teque doctrinae singu
laris hominem fatentur, eloquentiae autem nullius quasi
possit aliquis eloquens esse nisi idem sit doctus. ridiculi
estimatores et iudices nostrorum temporum. Quid
et quod de Cipro tuo, vel nostro potius tot laudes
quot scribis cum audiunt stomachantur. Et si diis
placet ipsum facetum esse nolunt afferentes illud Esopeum
Nihil reliquum aliis esse quibus quid potest et venus.
Quod tamen unicuique est in quo natura omnia bona con
gessisse et ubi omnes suas vires exercuisse videtur.
Sed ut videre debes volo tibi narrare quo erga il
los adagio utor. Videte inquit ~~bonum~~ quid agat bo
ni viri. Nam iste Piston pantonum est ut ille Scipionem
dixisse fertur quod ita transfero Politianus panto
num id est doctissimorum est non turbae litteratulorum
ac pedagogorum et vulgi. Ergo omnes docti te u
num admirantur et fatentur te omnes qui superioribus
abhinc annis scripserunt facile superasse. Hoc
est te illos non illos te neque quis tecum certando ae
giunetur cui aut amphibologiam loqui videatur. et

esse (margin)

Esopeum dictum
Nihil nobis
reliqui est

Iste piston pan
tonum est

16

15

doctrina ac eloquentia in te et comitas. Non enim
quis non eloquens dici debet si sic quodammodo
dicit stilo quom plura et varia sint genera dicendi
Sed epistolam plicabo quoniam festinat tabellarius
meus plura audies heri scripsi tumultuarie cum Scripta heri et tumultuarie
in Pauli Cortesii domum divertissem qui est pla-
ne tuus et omnem impetum adversariorum susti-
net. Tum etiam scuto et parma tela suscepisse et
in eosdem retorquere nisi manus ut supra dixi
videre Vale

16 Laurentius Medices Angelo pol.
S. d.

Litteras quas ad Michelotium dedisti factus sum
certior filiolos nostros adversa valitudine vexa-
ri. Id ut humanum parentis decet graviter molesteque
tuli. Qua profecto molestia tu prudens ita multis
verbis ac rationibus animum nostrum confirmare co-
natus es ut in maxima de nostra constantia du-
bitatione impedisse videare. Quod tu etsi ab amo-
re in nos tuo proficisci certius sit multo tamen
maiori molestia nos afficit quam significatio ulla
adverse valitudinis liberorum. Quamvis enim parentes liberi parentis
substantia liberi esse dicantur multo tamen magis substantia
propria est animi egritudo quam filiorum, quibus si in-
teger ac sospes est animus ceterarum facile rerum
incolumitatem consequitur, quibus vero infirmus nul-
lus umquam portus et a fortune fluctibus tutus nul-
lum est tam placatum equor tam quieta militia qui

perturbatione dixerit aduersitates ne me adeo natura
imbecillem ut ea parua re mouear si vero huiusmodi
natura nostra est ut facile huc atque illuc pertur-
bationibus agatur, at multarum rerum experien-
tia confirmatus animus si constare iam didicit
Ego filiorum pro valitudine tantum sed fatum quam
utrumque expertus sum. patrem immatura morte per-
ceptus cum annum agerem primum et vigesimum.
ita me fortune ictibus exposuit ut quandoque
me vite peniteret mee. Quapropter ad-
firmare debeo quam nobis virtutis formam ne-
garunt experientiam attulisse. Verum cum tu in epi-
stola ad Michelotum imbecillitati animi nostri
diffidere non parum videaris atque in tuis ad nos
litteris summopere virtutis atque ingenii nostri do-
tes extollas, utrumque simul pugnare videntur aut
alterum falsum est aut non eo ea animi magnitu-
dine qua in me desiderare videris ea in tuis
ad nos litteris silentio preterieras que scripta ad
Michelotum sunt tamquam non tua a me accepta sint, ut-
pote qui aduersitates multo magis nimium quam li-
berorum valitudinis mihi molestia allaturum. Sed
volo esse in paruis longior ut non idem incurram vi-
tium quod in te vitupero neque iisdem litteris et par-
ua spernere et prolixioribus litteris prosequi
videar. Si quid est in epistola quod te moueat id
totum condonet amori nostro atque exercitationi
sum ut puto abundantius materia suppeditat si in

queqꝫ inuehimur qȝ si laudamus multo latior ca-
pus ẽ in vtroquoqꝫ, vituperationis qȝ laudis. Gau-
deo mirum in modum Iulianum nostrum se totum litteris
tradidisse illi gratulor tibiqꝫ gratias ago quod
eum ad haec prosequenda studia excitaueris, tu ve-
ro fac, ut homines ad litteras inflamasti ita se-
dulo tirones stimulosqꝫ adiicias ut proficiat. Ego
propediem uos reuisam comitemqꝫ vobis in hoc
felici missarum itinere me adiungam. Bene vale

Iacobus Antiquarius Angelo Politia-
no. s. d.

17 Referunt quottidie ad te manipulatim ex to- manipulati
to doctissimorum hominum coetu litterae quae tuae
laudi multum videntur afferre qua eos fronte an
pias ignoro opinor tamen indissimulata et fa-
miliari. Quod vero scribunt secum gratulantur
et tibi. Praeterea Pomponii epistola plurimum me de-
lectauit qua mihi legenda nuper tradidit Bernar-
dus noster adulescens in tua schola tornatus ex- tornati po
politus. Cupio tamen ex te scire an tibi ex referta expolitus
multorum laudatione quicquam accedit. Ita sapien-
tes viri in quorum sententia te esse arbitror quic-
quid inspexerint vel se boni non sua opera partum pa-
rauerunt sed naturae et dei beneficio tribuunt esse red-
dunt. At uero qui sibi id acceptum referunt ii pro-
culdubio lenae puterpurisatae comparandi sunt aut lena pur purisata
poggianae fabulae. Et nos poma natamus. Expe Et nos po ma natamus

ras cogitationes immigrare in te (sic enim puto)
que ad altissima xpi vestigia ita tendunt speciosas
sed ceterarias et tue virtutis et quasi quibusdam ig-
niculis collucentes haud dubie sentio. Itaque
cum te aliquid humani decoris consecutum sciam
esse supra hominis me te uno quasi digito ef-
ferre debes. Ego enim is sum qui te amo atque
etiam sola virtute tua sed cursum quem domi te-
libus datum in te agnoscam quo et vetera
illustres longevitate ambiguitata et surgenti
ad satque ad emulationem laudis adnitenti
Manum porrigere servulo manum porrigas. Vale mediolani

Tideus Aciarinus Angelo pol: s. d.

18 Venerunt in manus nostras veluti
quedam mutilata tamen et quedam interpre-
tationum tuarum in papinii silvas quibus aut incer-
ta a doctissimis explicas aut explicata ab eo me-
liora reddis Angele vir eruditissime. Itaque ego
diligentissime perscrutata non potui non vehemen-
ter probare summamque doctrinam et ingenium tuum su-
spicere et doctrinam singularem tuam mirificis
laudibus prosequi. Tametsi sua luce clarissi-
mi viri alitinus igniculis nimirum indigeant
igitur etsi non sum de te benemeritus, nullaque
potent in te officia mea perpliari tamen huma-
nitate tua qua ceteris omnibus te prestare

Una et constanti omnium voce audio. Rogo immo
obsecro et obtestor ut tuis mihi litteris significes an
aliud vel in Statium Papinium vel in alios latinos
auctores ediderit quod a ceteris discrepet inter
pretibus. Ariolari enim licet multa et preclara
et cognitione digna abs te acris ingenii viro
collecta. quibus si me impertire volueris non parum
me tibi debere profitebor. Non enim nescius tibi non
deesse librarios. pecunias ego ad te per collybistas
numerabo. age igitur et amicitie nostre auspice volun
tate me cognoscere ut apud me amicum inveniret
aut auctoritas nominaretur tua. Tu vero si quid a
me exigis imperia polliceor imperata facturum
sum ego de agro pistorio oriundus. Sed satis volen
tibus et novercante fortuna in Brutiis conse
rig profiteri. Et quoniam hactenus principum familia
ritate sum usus nunc sideribus adversantibus
ludum aperui. Bene vale et me ama qui te
veneror et observo. Consentie X° nonas iu
nias

19 Iacobus Antiquarius: Bernardo
Riccio suo s. d.


Politianus vir magnus litterarum arbiter poli
immo censor immo assertor id agit quod tian
omnes qui ex patre fiducia sunt agere debent in
epistolis quas in complures legendas tra
didisti mirifice delectatus sum. Sed illa preci
pue me affecit in manum sepius resumpta que

arbiter
censor
assertor
vindicator
[illegible]
Ex patre fidu
cia

ad pici laudem viri clarissimi consensuque omnium numquam
satis laudati verissime pertinet. Nam merito vos re-
taxat politianus quod pici praeterquam honoris cau-
sa nominaverim in eo admirabili natura nisi
quoddam nostro aevo contigisse celeste munus fatea-
mur sentimus ut pecudes: neque melius voce per-
mittimus, quam ut balantes, Ille unus omnium mihi sa-
pientissimus videtur et qui gentilitias divitias ac
facultates abiecit: ac beatissimum ob id existimo quum
a sapientie studio numquam cessat. qui quoque in di-
sciplinarum genere admodum perversatus multa
tamen ut arbitror antistitibus philosophie inveniendasu-
perfuisse: aut adhuc perficienda cognoscit ex quibus a-
nimum suum diis ipsis propinquiorem fieri posse non
desperet continuo vestigat. Cum vero eloquentia que
in eo singularis est maiorem desiderat. hic mi-
hi suavitatem in melle desiderare videtur. orationis per-
sonam vis: ac ornamenta rebus ipsis. quas felicissi-
me tractat minusque minora sunt. adeo ut ratio at-
que oratio cum ipso etiam eo forte iure naturam ceda-
t. Sapienter igitur politianus (ut assolet) ac pie
importunas abigit muscas. Non a pico sed a vene-
rando quodam hominis simulachro. Illum pulchre
secta: ac thica debeant. Vale

desiderare
suavitatem in
melle

1511 vigiliola ad tr[…]
evolutum in transcursu
suum ac tumultuariis
17 kalendas novembris
1511



SYMMACHI
CONS. RO. Epiſtolæ familiares.

ITEM

LAVDINI
Equitis hieroſolymitani in epiſtolas
Turci magni traductio.

Symmachus in verbis parcus/ ſed mente profundus:
Prodigus in ſenſu/ verbis anguſtus: abundans
Mente/ ſed ore minor: fructu/ non fronde beatus:
Senſus diuitias verbi breuitate coartat.

EX LIBRIS · FRIDERICI · DE SCHENNIS ·

153

¶Symmachus vir conſularis / eiſdẽ fere temporibus vixit quibus diui Doctores Hieronymus & Ambroſius: Prudẽtius & Claudianus poetæ. Eius conſulatũ/collegamq́ꝫ Tycianũ refert Proſper de tẽporibus in annũ Dñi.CCC.XCIIII. Qui fuit annus imp eratoris Valentiniani iunioris extremus. Ad quẽ ſane habetur epiſtola Symmachi proprio titulo inſcripta: cũ alioq̃ deſideret̃ in reliquis id genus parergi. Nec ignorantur eius ad Auſoniũ epiſtolæ: quẽ nemo neſcit ĳſdẽ tẽporibus vixiſſe primi nominis virũ. Et hic eſt Symmachus qui cauſam gentilium deorũ oratione luculẽtiſſima defendit apud diuos Theodoſiũ imperatore/& Archadiũ Honoriũq́ꝫ cæſares. Contra quẽ plærique alĳ neruoſius tñ ſcripſere. S. Ambroſius: & aurelius Prudẽtius libris duobus: hic verſu hexametro/proſa alius. Eſt videre ex illa ipſa oratiõe/quanta ille/q̃ꝫq́ꝫ exquiſita fuerit dicẽdi facultate: tanta nẽpe/ut homo exquiſitiſſimi iudicĳ Angelus Politianus eum nec imerito in veterꝝ oratorꝝ albo retulerit. Licet q̃q́ꝫ ex hoc epiſtolarũ familiariũ libello nonnihil cognoſcere. Qui cũ vulgo ad aliũ auctorẽ Boecĳ ſocerũ transferret̃: eſſentq́ꝫ huius erroris aſſertatores nõnulli: qui ſe omniũ hiſtoriarꝝ cõſcios profeſſi/ignauiſſimo vaframẽto nõ in aulas modo/ſed in ipſos etiã animos principales (heu tempora) ſurrepſerũt. Non ferendam exiſtimaui procacẽ illorũ ignorantiã. Sed liberali iudicio prolẽ parenti ſuã ꝛeſtitués/oſtendi q̃ꝫ vana ſit eorꝝ cõmentatio: qui hiſtoriã arbitratu ſuo cõminiſcunt̃: & (q̊d ne Deus quidem poſſit) in prȩteritũ diſponũt vel refragante temporũ fide. Vt in hoc quoq́ꝫ loco videre licet. Neq́ꝫ eñ Symachus ille Boecĳ ſocer (q̃ anno Dñi.D.XXI. a Thederico occiſus eſt) ullã Valentiniano epiſtolã/niſi vel ĩ cunis ſcripſiſſe potuit: vel (ſi palingeneſiam cõcedimus) ex campo elyſio priusq́ꝫ denuo naſceret̃. Sed quo mihi circulatores iſtos: cuius hoc inſtitutũ in p̄ſentiarꝝ fuerat epiſtolarꝝ Symachi cõmendare antiquitatis & litteraturȩ cultioris amatoribus: quas & ſi nõ tã emẽdatas legerint q̃ꝫ ille ſcripſit elegãtes: ſcio tamẽ his gratias habebũt qui eas ita prodire maluerint q̃ꝫ prorſus interire. Neq́ꝫ eñ tãtum deprauatoribus ceſſit: ut nõ bona pars integra reſtiterit: quȩ naſutis etiam lectoribus factura ſit ſtomachum.

SYMMACHI CONS. RO.

Epiſtolarum familiariũ liber: editus poſt eius obitum a Q. FLAVIO MEMMIO eiuſdem Symmachi filio.

Facis pro mutua diligentia & antiquitate amicitię noſtrę: ꝙ honorem tuũ vires meas eſſe cõfirmas. Conuenit dictũ cum fide morum tuorũ. Nec unꝗ te diſſimilẽ ſcriptis talibus dies (al's. quiſꝗ) arguet: modo fortuna munifica proſperorꝫ/ ſecũdet optata. Longũ de his loqui cautio non eſt. Ne blandiciæ longiores corrumpant veri dignitatem. Si quid de me ſcito opus fuerit: frater meus Claudius/ & cultui tuo deditus / & ſtudiȷ̃ mei gnarus expediet. Vale.

Verũ gaudiũ mihi eruditionis tuæ ſcripta tribuerunt: quæ Capuę locatus accepi. Erat quippe in his polita tulliano melle feſtiuitas: & ſermonis mei non tam vera ꝗ blanda laudatio. Quid igiẗ magis mirer/ ſentẽtię incertus addubito: ornamenta oris/ an pectoris tui. Quippe ita facunda maieſtas eſt ſcriptorũ tuorũ/ ut ſit formido reſcribere: ita benigne noſtra cõprobas/ ut libeat nõ tacere. Si plura de te prędicem/ videbor mutuũ ſcabere: & magis imitator tui eſſe alloquiȷ̃ ꝗ probator. Simul (ꝙ ipſe nihil oſtẽtandi cauſa facis) verendũ eſt: gemina in re bona tanꝗ affectata laudare. Vnde hoc tamẽ indubitata veritate cognoſce: neminẽ eſſe mortaliũ quẽ pręte diligam. Serua datũ quod honorabili (al's. memorabili) amore tenuiſti. Sed in eo mihi verecundus plus nimio videris: ꝙ libelli tui arguis proditorem. Nam facilius eſt ardẽtes fauillas ore comprimere: ꝗ luculenti operis ſeruare ſecreta. Cum ſemel a te profectũ eſt carmen/ ius omne perdidiſti. Oratio publicata res libera eſt. An vereris ęmuli venena lectoris: ne libellus tuus a morſu duri dentis uratur? Tibi uni ad hoc locorũ nihil gratia pręſtitit: aut depreſſit inuidia: ingratus ſcæuo cuiꝗ/ proboꝗ laudabilis. Proinde caſſas deinde ſeclude formidines: & indulge ſtilo/ ut ſępe prodaris. Certe aliquod didaſcalicũ/ ſeu protrepticum noſtro quoꝗ nomini carmen adiudica, fac periculum ſilentiȷ̃ mei. Quod & ſi tibi exhibere

154

opto:tamen ſpondere non audeo. Noui ego quę ſit prurigo emittendi operis quod probatur. Nam quodā pacto socie-
tatem laudis affectat/qui aliena bene dicta primus enunciat. Eapropter in comœdijs ſumatim quidā gloriā ſcriptoris tu-
lerunt. Roſcio tamē atqꝫ Ambibio/cęteriſqꝫ actoribus fama non defuit. Ergo tali negocio expende ociū tuū: & nouis vo
luminibus ieiunia noſtra ſuſtenta. Q; ſi iactantiā fugis: gar-
rulum iudicē pertimeſcis. Pręſta etiā tu ſilentiū mihi: ut tuto ſimulem noſtra eſſe quę ſcripſeris. Vale

Reſponſiua pręcedenti.

Modo intelligo ꝙ mellea res ſit editio: ꝙ delenifica/ꝙ ſuada fa-
cundia. Perſuaſiſti mihi epiſtolę meę apud Capuā tibi reddi
tæ concinnationē inhumanā non eſſe. Sed hoc nō diutius ꝙ dū epiſtolam tuā legi. Quę me blandicijs tuis inhiantem/ ve
lut ſuco nectaris delibuta perducit. Tibi vero chartulā pono & me ipſum interrogo: cum abſinthium meū reſpicio/& cir-
cumlita melle tuo pocula deprehendo. Si vero id quod ſępe facio/ad epiſtolā tuam redij: rurſus illicior retrorſum. Ille ſu-
auiſſimus/ille floridiſſimus tui ſermonis affatus depoſita le-
ctione euaneſcit: & teſtimonij prohibet pondus ineſſe dul-
cedini. Hic me velut aereus brachtea funis/aut picta nebula nondū longius ꝙ dum videtur oblectat: cameleontis beſtio
læ vice: quę de ſubiectis ſumit colorem. Aliud ſentio ex epi-
ſtola tua: aliud ex conſcientia mea. Et tu me audes facūdiſſi-
morū hominum laude dignari. Tu inqꝫ mihi iſta: qui te ultra emendationē omniū protuliſti? Haud quiſqꝫ ita nitet/ ut cō-
paratus tibi non ſordeat. Quis ita ad Aeſopi venuſtatē/quis ita ad ſophiſticam Socratis concluſionē/quis ita ad enthime
mata Demoſthenis/aut opulentiam tullianā/aut proprieta-
tem noſtri Maronis accedat? Quis ita affectet ſingula/ut im-
pleat omnia? Quid em̄ aliud eſt: ꝙ ex omni bonarū artiū in-
genio collecta perfectio? Hęc domine mi fili Symmache/ nō vereor ne in te blandius videātur dicta eſſe ꝙ verius. Et ex-
pertus es fidem meā mentis atqꝫ dictorū: cū in cōmitatu de-
guimus: ambo ęuo diſpari. Vbi tu veteris militię pręmia ty
ro meruiſti: ego tyrociniū iam veteranus exercui. In comita-

tu inqꝫ/qui frontes hominũ aperit/mentes tegit:me tibi & pa
rentẽ & amicũ/ & ſi quid utroqꝫ charius eſt chariorẽ ſenſiſti
fuiſſe. Sed abeamus ab his:ne iſtec cõmemoratio ad illã So-
ſiæ formidinẽ videatur accedere. Illud quoqꝫ q̃d pene pręter
iui/qua affectione addidiſti:ut ad te didaſcalicon aliq̃d opuſ
culum/aut ſermonẽ ꝓtrepticũ mitterẽ: Ego te docebo/docen
dus adhuc ſi eſſem id ætatis ut diſcerẽ: Aut ego te vegetatũ
& alacrẽ cõmouebo: Eadẽ opera & Muſas hortabor ut ca-
nant: & mare ut effluat: & auras ut vigeant: & ignes ut cale-
ant admonebo: & ſi quid inuitis quoqꝫ nobis natura fit ſuꝑ
fluus inſtigator agitabo. Satis eſt unins erroris/ ꝙ aliq̃d meo
rum me pœnitentẽ vulgatum eſt: ꝙ bona fortuna in manus
amicorum incidit. Nam ſi cõtra eueniſſet:nec tu mihi perſua
deres placere me poſſe. Hæc ad litteras tuas ſint reſpõſa. Cæ
tera quæ noſcere habes compẽdij faciã/ſi quoqꝫ iã longa eſt
epiſtola. Iulianum familiarẽ domus noſtræ/ſi quid tamen de
nobis percontandum arbitraris/tibi allego:ſimul admoneo:
ut cũ cauſam aduẽtus eius agnoueris: iuues ſtudiũ quod ex
parte fouiſti. Vale.

Aiunt cocleas dum ſitiũt/aeris atqꝫ illis de cœlo nihil illiquitur:
ſuco proprio victitare. Ea res uſu mihi venit: q̃ deſertus elo
quij tui paſtu/meo adhuc rore ſuſtentor. Diu ſcribendi ope-
ram diſtuliſti:& vereor ne forte in nos parẽtis claudicet affec
tio. Si falſa opinio me habet:fac ut cęteris tuis negocijs reſpõ
dendi cura præuortat. Vale.

Plenũ laboris negocium gero:qui compellare tacitũ totiens ꝑ-
ſeuero. Nam niſi inſtare pergo/ atqꝫ expoſtulare a te aliquid
litteraꝝ gliſcet obliuio. Siue igitur hoc officiũ ſedulum iudi-
cas/ſiue moleſtũ/ſtat ſententia:honorẽ tuum celebrẽ pręſta-
re colloquijs. Adeo mihi in te veteris amoris nulla diſceſſio
eſt. Et merito. Nam amicitię operã nuſqꝫ locaui. Propterea ſi
lentiũ tuũ cõqueror. Facit eñ tenerior affectio ut ſit querela
procliuior. Mollis eſt animus diligẽtis:& ad omnẽ ſenſũ do-
loris q̃ argutus. Si negligentius tractes/ cito mulcet ut roſa:
ſi durius teneas/ candet & liquet ut lilia. Me legiſſe memini:
vultu ſępe lędi pietatẽ. Quid ille tã ſæuerus arbiter ſuꝑ conti

nuo ſilētio ac diſſimulato ſcribēdi munere cēſuiſſet/hęc pēſi
us exiſtimaui.Sed mihi relligio hæc fuit tegere quę dolebāt.
nam ut in te animi uſqꝫ pendeo/ita opere maximo uſurā tuę
animoſitatis expecto. Vale.

Interpello occupationes aſſiduitate colloquij.Nā & ipſe huiuſ-
modi paſcor officio:& peregrinationē tuam ſolacijs talibus
credo recreari.tuas autē litteras viciſſim expecto:nō exigo.
Iniuriū eſt magnopere flagitare quod ſperes:ne quod eſt vo
luntariū/videat̃ extortū.Sane fratri meo Innocētio gratulor:
amicitias tuas priuſq̄ ſcriberē cōtigiſſe:& quia facilior mihi
cœpit eſſe eius cōmendatio quē ꝓbaſti q̄ fuiſſet incogniti.
Itaqꝫ hoc unū beneficij loco expoſtulo:ut qui ſui cōmēdatio
ne iā nitit̃:teſtimonij noſtri gratia cumulatius diligat̃. Vale.

Non fruſtra prædicāt mētes hominū nitere liquido die:coacta
nube flacceſcere.Meus animus fidē fecit exemplo.Nam cū
ſcribā tibi ex ſentētia/ uſus verborū ſuppetit: quorū alias ſu
pellex mihi deſit.Quippe lęticia loquax res eſt atqꝫ oſtenta-
trix ſui.adeo magnę ꝑti hominū nulla in hoc morbo cautio
eſt.Patere igitur quę ad laudes tuas pertinēt obloquentem/
vir quantū eſt hominū ſpectātiſſime in terris:qui et ſummis
copijs vigilias pro meis rebus & īniteris/& in amicitia ſtabi
li diligētia ꝑſeueras.Si fides vr̃a cuiqꝫ fuit/ tibi puto eſſe:quā
plęriqꝫ verbo oſtentāt/ope deſerūt:q̊d genus nullius rei eſt
niſi ad loquendū.Merito ꝓceſſus tuos in meo ęre duco:quā
do magnę curę ſum tibi.Suꝑeſt tamē aliquid quod huic ſtu
dio meo adijci vellē.Nolo memineris ꝙ aliq̄n animo tuo ſuc
cēſui. Amor fiduciā nutrit.Quid tā liberū q̄ amicitia?Nego
cijs plærūqꝫ apposita eſt poſtulatio ſine labe cōcordiæ.Ita ve
rum eſt ꝙ hodie gratias ago:ut illud nō potuerim diſſimula
re quod dolui.Quaſſa fide ſunt qui iugiter blandiūtur. Sed
ꝗd diutius ea reijcio quorū te obliuiſci cupio?Eſto ut es beni
gna in me volūtate:quod ego ſperādum magis ſentio q̄ pe-
tendum. Vale.

Falſo credit̃ iudicij neſciā eſſe fortunā.Illa vero et pręteritorum
memor/& pręſentiū diligēs/& prudēs futuri tibi repēdet q̄c
quid cęteris p̄ſtitit.Nō ergo vana neqꝫ erratica eſt:a qua ſci-

mus alios donũ cœpiſſe/te premiũ. Quis tibi honoris ingẽs
noſtri fecit indiciũ? Celebritas famæ: cui iuſta narrãti ſtatim
credit. An operirer ſup hoc litteras tuas q̃s verecũdia diffe-
rebat? minime. Nã difficilis eſt patiẽtia gaudiorũ. Fũgor igi
tur ut vides partibus tuis: & q̃ debui cognoſcere/malui quo
dãmodo nũciare. Sed nolo iſta ꝓperatio litterarũ mearũ tu-
um munus ĩpediat. Scire me qđ nunc ſcribo diſſimula: et tri
bue quaſi nouũ nunciũ: quod ego gratulabor iteratũ. Vale.

Vetus ſentẽtia eſt: artes honore nutriri: eã noſtrę ętatis cõfirma
uit uſus. Nemo, ṽo belli gnarus aut domi clarus exortẽ prę-
mij ſenſit induſtriã. Ita cũ dignis fructus tribuit. Eandẽ viam
capeſſentibus ſpes parat. Gliſco igit gaudio tũ, ꝓpter alios q-
bus fortuna ſollers vitã cõciliat: tũ maxime fratris mei Iuliani
gratia: quẽ ſic a te diligi volo ut, ꝓbari poſſe cõfido. Scio nem
pe in illo forenſi puluere ꝙ rara cognitio ſit facũdioris & bo
ni pectoris: dũ aut modeſtũ ingeniũ verecũdia contrahit: aut
ſucceſſu eloq̃ns inſoleſcit. Hęc in meo familiari ac neceſſario
ad ſatietatẽ viguerũt: ut neq; obiectu pudoris taceret: nec cũ
detrimẽto frõtis efflueret. Nũq; in mercedẽ linguæ corrupit
meritũ. fortunę tenuẽ opulentiã/vilẽ queſtũ laude mutauit.
Hũc tibi in manũ/vel magis in animũ libẽs trado. Nam mihi
eſt curatio ſumma: ut amicitia tua boni inuberẽt. Te quoq;
idẽ velle habeo compertũ. Semp em̃ natura gaudet æquali-
bus: & familiare ſibi eſt om̃e quod ſimile eſt. Si prolixo teſti-
monio ſuſpitionẽ incurrã: queſo ipſe de eo iudices examine
penſiore. ita cum illius inſtitutũ probaueris: periculũ iudicij
mei feceris. Vale.

Auctus ſum gaudio ꝙ valitudo tecum reuertitur in gratiã. Nã
ſemper incolumitas tua voti mei ſumma eſt. Nunc ſi deo vo
lente/reconciliatę vires animi tui reintegrauerint vigorẽ: fa-
cito epiſtolę tuę multiiugis paginis augeãtur. Odi parſimo
niam verborum bonorũ. Scribendi quippe breuitas magis
faſtidio ꝙ officio proxima eſt. Nolo litteras de ſummo ore
ſtillantes. Illas peto quæ areſcere neſciunt: quæ ex intimo pe
ctoris fonte promuntur. Memini breuitatem ſpartanam lau
di quondam fuiſſe. Sed ego romanis legibus tecum ago: &

ſi ita vis atticis. quibus tantum ea de cauſa facundia fuit: ut mihi videant̃ lacones metu collationis in diuerſū ſtudia deſtinaſſe. Vellē plura: ſed tu modo cōpingēdus es. Simul cautio eſt mihi: ne te ſermo multus offendat. Inſtituto igitur meo calcem pono dū tuo pareo. Qua in re intelligis eo te inuidię & conditionis adductū: ꝗſi a me pauca velis ſcribi / niſi multa reſcripſeris. Vale.

Potui compendiꝭ ſcripta facere: cū tibi germanus meus verbis ſuis ſatiſfacturus uberius videret̃ ꝙ meis litteris. Sed in maiore lucro officia honeſta ꝙ ocia muta ponēda ſunt. Ergo neꝗ tacito opus eſt: ut honor amicitię mihi feratur accepto: neꝗ omīa mādanda ſunt litteris: ut illi aliq̄d ad narrādum relinquat̃. Accipe tñ rerū capita & ſum̃as negociorū: q̄bus frater admoniius quęſita latius exequatur. Cōuenit inter publicos ſacerdotes: ut in cuſtodiā ciuiū publico obſego traderemus curam deoꝝ. Benignitas enim ſuperioris niſi cultu teneatur amittit̃. Omnia quę ſuperſunt / Tycianus meus funget̃ indicium: cui indulgētius quid velis narrandi opera legata eſt. Edictū principū (niſi iam notū eſt tibi) idem expediet. Statuas em̄ recepiſtis pene iiſdem populi acclamationibus q̄bus amiſeratis. Ridere libet ut rideas. Plura deſino: ne ꝙ strictim meliora detexui / amori videar immorari. Vale.

Silētiꝭ noſtri ratio diuerſa eſt: ſed unus effectus. Me impulit pōtificalis officiꝭ cura: te baiani ociꝭ detinuit negligentia. Neqꝫ enim minus reſidere facit remiſſio animi ꝙ occupatio. Nec mirū ſi te illa oratorē ſibi vindicat: cū ipſum Hannibalē fides certa ſit bello inuictū / manus dediſſe Campaniæ: non ullius cœli / aut ſoli illecebra retentū. Ad Veliarū lucos euaſerat: & ſuada Circes pocula / & tricliniū ſemiuolucrū puellarū. Neqꝫ ego te pingues ferias agere contendo: aut virtutē puto fregiſſe deliciꝭs. Sed dum tibi leges ſcribis urbanaꝝ rerū feſſus / ingentem animū ſollicitudine domas: amicitias nullus exequeris: quin arripis ſtilū noſtri: qui in te affectionē honorē mutuum facis. Niſi mauis auctoritatē Pōtificis experiri. Multa nobis in collegio deliberāda ſūt. Quis tibi has inducias publici muneris dedit? Senties ius ſacerdotis / niſi impleueris ius

amici. Vale.

Et tibi publicis negocijs occupato breues litterę demũt faſtidiũm lectionis: & mei officij aſſiduitas qcquid ſcribendũ videbatur exhauſit. Merito ſalutatiõe libera frugi epiſtolę neceſſario ſtringor cõpendio. Alia eſt eñ proteſtatio amoris: alia linguę oſtẽtatio: atq; ideo antiquior mihi fuit obſequẽdi opera q̃ loquẽdi copia. Si videbimur abũdi/iudicemur ſeduli.

Scio te nõ fortunarꝝ/ſed meritorꝝ habere delectũ. Romanus familiaris meus aulicis etiã nũc paret officijs: utpote ſacri adminiſter ęrarij: ſed inſtrumẽta probitatis ſub publici uſu honoris excoluit. Qua in re illi dignitas eſt ꝓmiſſa cũ pluribus: honeſtas ęqua cũ paucis. Quod eo memorandũ putaui: ut a te pro ratiõe vitæ/nõ pro gradu militię cenſeat. Fac periculum maximis in negocijs: fac in ſerijs remiſſiſue muneribus. Reperies hominis rectã fidẽ/patentẽ religionẽ/prudẽtiã liberã/ verecundiã liberalẽ. Cui ego propterea fautũ volo: ut mei teſtimonij fides clareat tibi: & amicus limatę ꝓbitatis accedat.

Ais te multiiugis neceſſitatibus impediri/ quo minus gnauiter amicorũ chariſſimos alloq̃ris. Notę rei ceſſet aſſertio. Nã & qui procul abſumus / curas ac vigilias tuas cõmunis patriæ copijs & ſatietate ſentimus. Mutaſti igit̃ officiũ/non negaſti. Antiquior enim tibi fuit (ut eſſe debuit) ſalus ciuiũ q̃ ſalutatio. Nunc ſane & deſideramus & expoſcimus tuas litteras largiter congeſta fruge in proximę hyemis impendiũ. Q̃q̃ ſcio necdũ tibi hanc partem nimis tutã videri. Nuſq̃ ſecurus eſt amor patrię: & q̃uis magna remedia conquirat: ſemper illud putat imminere quod timuit. Vale.

Cõmendare tibi Anſiũ laudabilẽ virum non auſim: niſi in meã amicitiã te auctore veniſſet. Quando enim nihil eſt/quod illi meus ſermo conciliet: beneficij loco habeo/ſi in eũ ſancti animi tui gliſcat affectio. Nam ubi amoris rudimenta preuenta ſunt: ſecundę glorię locus eſt ut augmenta poſcant. Vale.

Eſt aliquid in querelis Faſgeinæ filiæ meæ/quod mihi ex voto fateor accidiſſe. Nam niſi futuras ſibi litteras popoſciſſet/ ad ſcribendũ defuiſſet occaſio. Prelibo igitur ſalutationem quę meũ ſpectat officiũ. Reliqua pars paginæ ad cauſam clariſſi

mę dominę ꝑtinebit: quę ſibi ab hominibus tuis neſcio quid agrorũ deflet ereptũ. Id ego loci & meriti tui cõſcius ſeruili auſu clam te opinor admiſſum: atq; ideo filiæ meæ correptionis facilitatem ſpopondi: ſi ad te familiaris conqueſtio iniurię genus pertuliſſet. Quęſo igitur ut temeratæ poſſeſſionis ſtatum iubeas reformari. Siquid autẽ controuerſię eſt: in pignoris noſtri differatur præſentiam: quæ ſecura iuſticiæ tuæ recuſat alios cognitores. Vale.

Quotiens viris militiæ notis teſtimonia deferũtur: decet operã verborum facere compendij. quia nihil negocij eſt rebus cognitis immorari. Pro Cęſario noſti omia quę probant. Hũc ut penſi habeas ſperare magis debeo q̃ rogare. Si quid ultra expetis/in alias litteras conferemus. Nũc mihi multiloquio temperandum eſt: cum ſatiſfactum eſſe videatur & illius voluntati/& tuo honori/& meo muneri. Vale.

Natura rerum eſt: ut qui balbutiũt plus loquãtur. affectãt eñ copiã pudore defectus. Hoc exemplũ me expetit: cui magna ſcribendi impatiẽtia eſt cum deſit oratio. Duobus igitur pariter cõmeantibus nõ putaui officio cõuenire: ut unis litteris gemina expenderetur occaſio. Erit ſuper hoc iudicatio tua: garrulus ne iuſtius dicar/an ſedulus. Vale.

Amicorum orata curare bonę frugis officiũ eſt: præcipue ſi nõ refragetur ęquitas poſtulatis. Quorſum hoc ſpectet alloquium breuiter explicabo. Sabinianũ clariſſimũ virum ita magnifacio ut quos maxime colo. huic ꝑ impreſſionẽ nequaq̃ patior fratris ſui liberorũ tutelę munus imponi. Duobus eñ priuilegijs amolitur: iniuriã maturitate ęui/& numero filiorꝝ. Ea res publicis deſignata monumẽtis necdũ a ꝓpoſita obſtinatione deducit peruicacẽ petitionẽ. Nunc quia ſecundante fortuna in te huius negocij ſpes recumbit: quæſo ut ei virtute qua celſus es fautum velis: cui vel in meã gratiã pręſtãdus eſt fauor: vel ad tuã gloriã iuris ꝓrogatiua ſeruãda eſt. Vale.

Præſumptũ aut compertũ tenes quãta mihi ſit tuæ laudis antiquitas. Eapropter nihil fieri patior quod actuũ tuorũ gratiã deuenuſtet. Priſcianus frater meus cũ primis philoſophorꝝ litteratura & honeſtate cẽſendus/ſenatu auctore ſalarij emo-

lumēta conſequitur/ſuper eius ānonis dicitur orta dubitatio. Cui ſi nihil talis compēdij optimatum voluntas ante tribuiſ-ſet: ruditio tua fructum ferre deberet. Scis em̄ bonas artes honore nutriri: atq3 hoc ſpecimen eſſe florentis reipublicę: ut diſciplinarum profeſſoribus pręmia opulenta pendantur. Quæſo igitur ne in hac inquietudine/aut illius minuatur uti litas: aut ampliſſimo ordini cēſendi auctoritas derogetur. In-tereſt famæ & glorię meæ: ut confirmandi magis q̄ negandi cōmodi cā de philoſophi ſalario dubitaſſe videaris. Vale.

En tibi ſecundas litteras meas & adhuc viciſſitudo prioribus meis debetur. Ducis viandi negocio diu operam ſcribēdi: et alia forſitan multa cauſabere. Ego pro tui amore hanc veniā dare non grauabor. Sed eodem amore poſtulo: ut cum erit ociū/mora neceſſarij ſilētij officio volūtario ſuppleat. Vale.

Sum quidem ſilentij tui vehementer impatiens: q̄d genus que-relę amantibus familiare eſt. Sed proximis litteris tibi deſide rium meū expletum eſſe certificor. Itaq3 habeo gratiam: mul toq3 opere te obſecro ut ſcriptioni frequēter indulgeas. Hæc em̄ ſola officia/nullum faciunt de aſſiduitate faſtidiū. Vale.

Religionis indicium eſt: quod me taciturnitatis incuſas. Sed ve lim credas infortunij fuiſſe/nō voluntatis quod diu officio ſcriptionis abſtinui. Nec puto ignorare te/quantum in nos fortuna ſęuierit: quæ me amantiſſimo atq3 optimo fratre pri uauit. Proinde ſi dies longior ſenſum tanti doloris exemerit/ familiaribus litteris ſolennis cura præſtabitur. Vale.

Exercet me quidē votiuis ac fœlicibus negocijs pręparatio cō ſulatus. Sed ut lrę tuæ frequēter indicio ſunt/tua ꝑ me cura p̄ pōderat. Hortaris/mones/cogis: ut q̄cq̄d potiſſimi mḡratus fūctio q̄rit accelerē. Et cū ſis meę exactor induſtrię/ nihilomi nus ſollicitudini tuę vindicas. Erit ne tēpus optatū q̄ iſtā mē tēpibus ꝑ te officijs diſtrictus eq̄parē? Spero actutū floreñ. rep. et ꝓpagato in æuū dn̄i nr̄i Theodoſij pricipatu/ꝟtutes tu as faſcibus mūerādas: tūc ep̄larū ſtimulos nō r̄q̄rā nec expe ctabo mōitorē. A te. n. didici ſpōte ſuſcipe q̄cq̄d ꝑ fr̄e curādū eſt. Vale.

Quotiēs tua ſumo colloq̄a: q̄dā mihi an̄ oculos pręſentiæ tuæ imago verſat: atq3 ideo uberiorē capio voluptatē

ꝙ & tui officij/& mei meriti ſentio vigere augmentũ. Sed ut promptior circa me huius memineris/diligentia perſeueret: etiã ipſe curam deferendi ſermonis arripui:frequẽter expertus dilectũ religioſi animi incẽtiuo viciſſitudinis ꝓmoueri.

Vtrum Mediolani etiã nunc tibi poſito/pagina iſta reddẽda ſit in ambiguo colloco.Peccari tamen in amicitiã credidi:ſi litteris referre mutuũ honorem deſtitiſſem. Nihil ergo cunctat̃. Cõmiſi euẽtui ſolennẽ hanc & ſimplicem dictionem ſalutis. Quæ ſi in manus venerit: fac oro ut perueniſſe litteras meas ſermonis tui recurſus oſtendat. Vale.

Nunꝗ in me parcã quin animo tuo obſequar. Noui ꝗ ſis ſermonis mei exoptans. Propterea decreui cũ animo nihil ſuꝑſedere litteris porrigendis: nec expectare viciſſitudinem: ne ſcribendo tardior fiam. Sed ut ipſe metui: ne mihi flagitio ſi tacerem dares:ita tu quoꝗ caueas/culpã diſſimulatę familiaritatis accedere.Quod te curaturũ liquido habeo compertũ: qñ non minus ingeniũ tuũ ꝗ meritum meum cogitans/ nequeo tui amoris eſſe diffidens. Vale.

Etſi amore conuenior ne ſim circa te rarus officij:nũc tamen libentius ꝗ ſępe alias circa ſcribendi munus inſiſto. Primo/ꝙ arbitrio fratris noſtri Marij quodã viatico carere nõ debui. Dehinc/ꝙ litteras meas putaui pluſculũ commẽdationis habituras:ſi tibi per eum quem ſancte atꝗ efflicte diligis redderentur. Fit enim plærumꝗ:ut leuia rerum portitor feſtiuus exornet. Alia quoꝗ de cauſa ſtudij mei ardor incanduit:ꝙ tecum ſuper talis viri laude putaui gratulandum: qui e prouincia ſuburbana tantum reportat publici deſiderij/quantũ reliquit exempli.Non dicam dolo:utpote ſubpalandi neſcius. Viget in eo vena fraterna.Eoꝗ magis factũ eſt: ut diſceſſum meũ feſtinarim: ne magis laudi eius obſecutus iudicer/ ꝗ pudori. Nam quorũ mens honeſta eſt: eorũ & imbecilla frons eſt.Tu conijce plura de paucis:quę nunc inſinuare nõ decuit:ſed per alium ſcribere non pigebit. Vale.

Dudum te mi frater ſilentio indulgere mirabar.Ea res impendio augebat dolorem: ꝙ ipſe minime ſcribendi obſeruantiã negligebam.Simul atꝗ accæpi litteras tuas/ animum meum

ſubijt lęticia: querela deſeruit. Amicitia em̃ ſanabitur cito officio. Tu quoqꝫ iſtã paginam melle eruditiſſimi oris obleueras: ut quęlibet offenſa lętheo poculo mergeretur. Verſo igitur ſtilo gratiã fateor: qui expoſtulare meditabar: adijciens poſtulatum meũ / quo inſiſtere litteris perſeueres. Q꜠ ſi ſcribẽda deſuerint: mihi ſatis erit ut tibi grატuler ſoſpitatis. Vale

Dulce certamen eſt familiaris officij. Et ideo iure ambo cauimus / ne alternis epiſtolis vinceremur. Gratulor enim pares nos eſſe: non ſolũ affectione mentium / ſed etiam viciſſitudine litterarum. Curabo tamen poſthac: ut obſequij mei trutina & libra præponderet: ne videatur inertię quoddã eſſe colludium: ſemper ęqua lance cenſeri. Itaqꝫ ſępius (modo facultas cõmeantiũ non deſit amanti) ita fiet: ut & ipſe laudem ſedulitatis affectem: & te curis publicis occupatũ / ad rependẽda colloquia aſſiduitate ſollicitem. Vale.

Sanctum Zenonem cõmendare non debeo: quẽ ſcio ad clientelam tuam & amicitias ꝑtinere. Sed in eo tanta morũ probitas eſt: ut laudes eius ſilere non poſſim. Itaqꝫ virũ bonis omnibus merito ſedulitatis acceptũ / quæſo etiã me petente propenſius fouere digneris: pręſtaturus & tuę famæ (quę debet omniũ ore celebrari) & interuẽtui meo: ut has litteras ſibi intelligat profuiſſe. Vale.

Studium quod ſcribendis orationibus exhibebam / pręmio laudis auxiſti. Vetus qppe ſn̄ia eſt: artes honore nutriri. Quis autem tã cumulatus eſt honore ꝙ palma dicendi? Ergo & ſi intelligo ꝙ amore fallaris: titulum tamẽ præclari teſtimonij albo calculo veterũ more ſignabo. Non enim mihi ex ore ieiuno tributa eſt laudatio: ſed de facundię penu boni fructus arriſit. Vereor indulgere verbis pręconij tui: ne gratificandi operam mutuam credamus amici. Vale.

Et ut es noſtri diligens / religioſa obſeruantia perſeuera. Męę litteræ quoniã acceptæ ſunt tibi / crebrius cõmeabunt. Nã ut reſpondeas non laboro. Siquidẽ videtur iniuriũ: flagitare officia quę ſponte religioſus animus pollicetur. Vale.

Si quãdo mihi apud amicũ teſtimonij dictio eſt: cohibeo operam plus loquendi. Nã quid religio agit ubi deſideratur ora

tio: Fero igitur ad te nudũ de familiari meo Pontigauo/ſed fi dele iudiciũ. Quẽ niſi amore noſtro dignũ probaſſem/ mini me tibi traderem. Mens eius in aperto eſt: vita ſpectat ad lau dem. Scis certe nunꝗ me faciliorẽ fauoris eſſe ꝗ veri. Horũ omniũ fidem confirmabis/cũ in illo plura reperies. Vale.

Inſtaurant dolorẽ ſera ſolatia: & ideo mutuũ ſilentiũ calamitati bus noſtris pręſtare debemus: ne fortunę vulnera/ quæ cica tricem proceſſu temporis ducunt: intempeſtiue contrectata crudeſcant.. In alia potius ſermo vertendus eſt: quæ te ad cu ram ſanitatis hortent̃. Omnis quippe internus dolor corpo-ris hyemali creſcit iniuria. Ac niſi iter apricis diebus & auris ſalubribus egerit: male metuo/ne vitiũ contemptus exagge-ret. Nũc ea quę remedio accõmodare credidiſtis: vel quę no bis cõmendauit utẽdi exploratio ad te miſi: iner votoꝝ ſum-ma conſtituens: ut remediorũ taliũ neceſſitatẽ ſpõtanea inco lumitate ꝑuenias: aut ſi quę morbi fuerint reliquię/ ut his cu-rationibus tergeant̃. Satis autẽ muneris cõmuni amicitiæ da bis: ſi eã ſollicitudinẽ quę mihi ex ægritudine tua oborta eſt/ proſperiore nuncio nihil moratus exemeris. Vale.

Ne me ocioſum penitus arbitreris/ committo eruditioni tuę vi giliarum mearũ teſtem libellum: quem nuper ſuſtuliſti in ſe-natu ciuium. Fœcunda ſuffragia vides: quo iudicio anteuer tam gratiſſimi examinis tui ſæueritatem. Non ſtili mei meri tum prætendo: ſed ordinis iudicatum. Cõmunis mihi & au ditoribus meis cauſa eſt. Scient omnes aut cõſenſum tuæ de nobis ſententię: aut contumeliæ ſuæ. Vale.

Alexander vir ornatiſſimus/ ſortitus prouinciam præſidialem putat honori ſuo incremẽta pręſtari. Quare deſiderij ſui me aſciuit interpretem. Sciẽs apud te tantum loci eſſe litteris me is: ut hæc cõmẽdatio maximi teſtimonij inſtar habeat̃. Vale

Hic eſt ille Paralius tui accuſator pater: quantũ diſcriminis mo uit/tantum laudis parauit. Multis enim quæſtionibus/&(q̊d potiſſimum)principis ore purgatus ſenator arguere non po teſt parentis impiam voluntatem: quæ illi pręſtitit innocenti am clariorem. Hunc ſi amare poſtulas/Imperatoris noſtri te ſtimonium lege: ut aduertas fęliciter factum reum/quẽ ſic vi

deas abſolutum. Vale.
Fratrũ negocia velle cognoſcere/pia & honeſta curatio eſt. Lu-
bens igitur reſpondebo quæſitis. Capuam multo imbre ve-
nimus. Hic triduum cõmorati ad leuandũ laborem: Terraci
nam prius/& poſtridie Formias continuato petemus excur
ſu. Fors fiat/an poſſit biduotenus eiuſdem nos prædiꝫ anno-
na retinere. Vos interea peracto quod Romæ agere deſtina
ſtis/Apiam dijs auſpicibus inchoate: ea dimẽſione/ut iter no
ſtrum proximts veſtigijs urgeatis. Emenſi quocꝫ hęc littora
quę poſt Formias in Axarim porriguntur: nauis ac remiges
non morantur. Sed dijs opus eſt: ut hic reditus noſter nihil
inueniat pęnitendum. Frequens enim ſermo eſt: tenui victu
in turbas moueri plæbẽ. Nec ulla ſpes datur: pręſentibus an
guſtijs copiam poſſe ſuccedere. Annus ubicꝫ ad famẽ pro-
ximus. Claſſis in alios conuerſa curſus. æſtas prope diſceſſit
autumno. Dijs certe(uti præfatus ſum) delegenda eſt huius
incerti adminiſtratio. Hominum autẽ remedia diu diſſimu-
lata/iã ſera ſunt. Vos valete: & litteras ſperate meliores: ſi for
tuna urbis noſtrę ſecundis amara mutauerit.
Redditæ mihi ſunt primæ litteræ tuæ tam breues / tam feſtina-
tæ: ut iter tuum viderentur imitari. Sed ſi mihi credis: non eſt
in illis deſiderata ꝓlixitas. Omnia quæ de amplitudinis tuæ
proſperis noſſe cupiebam/ ſuccincta enumeratione comple
xus es. Quanta valitudine vigeas: qua celebritate ꝓuectus
ſis: quid in æterno principe ſęueritatis inueneris. Auſim dice
re: uberiorem rebus q̃ verbis/ fuiſſe illius epiſtolę paginam.
Nam multa erant quæ gaudere deberem: cum eſſent pauca
quę legerẽ. Tu tamen poſthac memento: etiã familiares char
tas rigare facundię tuę copijs. Necꝫ enim te exhauſerit: ꝙ cu
pientium preces indefeſſo abſoluis affatu: ꝙ venerandi prin
cipis menti loqueris & oraculis. Sunt iſta prima: nec tamẽ ſo
la tm̃. Quæ ſic publico uſui a te patior impendi: ut nihil ſola
tijs meis detrahas. Vale.
Si necdum filij mei Nicaſi laudabiles mores & honeſtũ inſtitu
tum didiciſti: accipe pro eo locupletiſſimũ vadimoniũ meũ:
promotũ virtute & humanitate conſpicuũ. Cui iamdiu præ

natalis familiaritate ſociat: & bona optimi iuuenis de illius expende iudicio. Iuſta enim coniectura eſt: quæ de amicorũ pondere & ęſtimatione colligitur. Nã meæ aſtipulatiõis cauſa eſt/cũ ſuperioris perſona prępõderet. Cuius honori tribuendum eſt: ut a te non ut nouus ſubdẽdus examini/ſed ut iã probatus habeatur. Vale.

Speraſſem iamdiu corpuſculi mei valitudinẽ/ſi frui agrorũ ſalubritate potuiſſem. Sed nunc vix tuta latrociniјs ſuburbanitas: atq; ideo præſtat macerari ocio ciuitatis/ꝙ periculis ruris incedere. Tuis tamen litteris proficere ſanitatem meã ſentio: quibus beneficia domini noſtri Theodoſiј frequẽter enumeras: & urgeri merita tua magnis aſſeueras prẹmiјs. Et illi quidem cũ agendas gratias lingua tua ſufficiat: ego pro mediocritate ingeniј mei viro excellentiſſimo/noſtriq; inflamato voti ſocio vicẽ laudis exolui. Sed iam tẽpus eſt: ut ipſum illum redire patiaris/pro quo obligati ſumus: quouſq; magiſtratum longinquę prouincię ſolacio tuo vindices. Nulla de uxoris utero canſatio eſt: cuius expectationem maturus partus abſoluit. Vale.

Quis litteras meas fama pręuenerit: quę exoneratum te publicis neceſſitatibus nunciauit: tamen quo fidelior eſſet aſſertio ſcriptis confirmo rumorẽ. Sed licet publicę rei abſolutiõe læteris: volo te aduerſum incerta muniri: videlicet ut ſub actorum confectione: vel tuorũ/ſi adhuc retines poteſtatẽ: vel vicarię pręfecturæ (quę tibi poſcenti æqua non deerit) diligẽtię tuę ratio derogetur: quæ poſſit oſtendere/quot numero animalia collocaris: & quo apparatu inſtruxeris manſiones: & quantũ in titulis fiſcalibus exigendis tua cura promouerit. Hoc eẽ teſtimonio aduerſum omnes fortuitas querelas/vel affectatas inſidias protegeris. Vale.

honor. Vni familiæ debet q̄cquid ſinguli ſumus. Sed iam ſeruabo epiſtolę terminos. Nanq; vereor ne hęc ip̄a afferāt faſtidiū p̄clarę verecundię tuę: cū æquare nō poſſunt vicē gratię. Illa te potius gaudia muneret/ quæ meritorū ſecuritas parit. Nolo ex verbis cuiuſq; ſperes tāti beneficij ſolutionē. Prę cęteris noſti/ſolū conſciētiæ bonæ prēmiū ſatiſfacere poſſe magna præſtātibus. Vnum tamen tanq; immoderatus adijcio: ut iugiter in Flauiano meo bn̄ficia tua diligas. Coaptabilis veterum morum ſequeſtrem ſcriptis metus præſtitit. Vale.

Sæpe ad te litteras dedi: quas credo ſuppreſſas. Quando enim vir ſeruantiſſimus amicicię multiſq; animi bonis prēditus/dignationem officij denegaſſes? Fuit hoc eorū quibus in reddendis paginis defuit fides. Nūc auctus igitur diligētię quā mihi proficiſcentis fidelitas pollicetur/ erga te cultum ſalutationis inſtauro. Reſponſa tua faciēt: ut uſum ſtili p̄ verecūdiā ſero repetitū viciſſitudine p̄uocatus frequēter exerceā. Vale.

Non cadit in te ſuſpicio iſta/ut cōſulto amiciciæ negligēs fuiſſe credaris. Eſt tibi animus tenax fidei: & ut in recipiendis familiaritatibus circūſpecta cautela: ita in retinendis firma conſtātia. Quapropter nec ante opinatus ſum exēptum me numero cæterorū: quibus principio anni munus conſulare tribui ſti. Et nūc amplius q̄ reliquis mihi delatum. Nam q̄d illis generalis oblatio dedit/nobis ſpecialis cura reſtituit. Qua in re his ſuccenſere non debeo qui me exortem prioris honorificentię eſſe voluerūt. Neq; em̄ mihi aliter euenire potuiſſet: ut q̄d fraus aliena ſubtraxerat his mererer. Stabit igit̄ apud animū meū iugis tua gratia: & memoria cōſtātis officij nulla obliuione tenuabit̄: ſiue error illud/ ſeu dolus fecerat. Docuiſti oēs nihil ulterius ad deſtruendas amicicias callidum cogitare/quas vident inſidus ſuis creſcere. Vale.

Inter præcipua gaudiorū numero litteras tuas/ ſcilicet fraterni animi teſtes/& verę religionis interpretes. Eas quāto ſępius ſumo/tanto impēſius uberiuſq; deſidero. Difficilis eſt em̄ ſatietas bonarū rerum. Et tunc maxime animos iocūda queq; ſollicitant: cum videtur explere. Scribe igitur ut facis ſæpius: nec metuas: ne experiaris ingratum & amoris & ſermonis

tui tam cupidum. Vale.

Sum quidẽ nimis ęger animo: & præ tanto luctu obeundis impar officiis. Sed nunq̃ fortunę in me tantũ licebit: ut honorẽ tuum victus merore diſſimulem. Quinimo his delinimẽtis remedia meo vulneri facio: quæ etſi pro magnitudine doloris inualida ſunt: medicinã tamẽ mihi efficaciſſimã tui ſermonis auxerũt. Quid expectem vides. Redde operã ſi videtur amiciciæ debitam ęgro animo profuturam. Vale.

Hilaraſti mihi diem litteris: quæ teſtatę ſunt vigere apud te noſtrę amicicię diligentiam. Multũ pectori meo voluptatis illa pſum eſt. Et ſane ſtatuerã ſcriptis anteuertere officiũ tuũ: ſi te Mediolanum veniſſe didiciſſem. Dederam quippe hãc ꝓuinciam germano tuo: cuius tibi amore non ceſſerim: ut aduentum tuum propere nunciaret. Sed colludio quodam moratus iudicium/tibi oriendę ſalutationis priorem locum præſtitit. Neq̃ ego moleſte fero q̃ apud te gratia fratris antiſtat. Interea reſpõdendũ eſt inquiſitioni: qua ſcire poſtulas: quibus actibus vitam colamus. Dum filius meus grecis litteris iniciatur / ego me denuo ſtudiis eius velut æqualis adiunxi. Repuereſcere eñ nos pietas iubet: ut litterarum dulcedine liberis noſtris labor participatus inſinuet. Tuę res nõ in germine/ſed fruges ſunt: cuius eloquentiſſimus iuuenis (ut fando comperi) proximus facundiæ calcibus urget parentẽ. O te beatum amice ſi vinceris. Noſtra adhuc inſtitutio molitur florẽ creare: nec imperare poteſt unico labori. Itaq̃ inter me tum meum & diligentiam lentus pignoris noſtri profectus adoleſcit. Plane ut arbitror queſitis ſatiſfecimus. Nunc viciſſim rerum tuarum ordinem cupio cognoſcere. Facilis autem tibi ſi me dignum putes litteris commeãtium copia eſt: cum tabellariis in aula fratris tui utaris. Vale.

Deſideraui litteras tuas aduentãtibus multis: quos mihi ſermonem tuum præſumpſeram tradituros. Sed ubi expectationem meã ſpes iſta fruſtrata eſt/ultro te alloqui ſtuduit: ut te exemplo beneficii ad curam ſimilem prouocarem. Quæſo igitẽ ne amiciciæ munia frigere patiaris quę impatienter requiro: licet nouerim diligentiam circa me tuam etiã cum ſcripti ab

ſtinens ſis fido animo contineri. Vale.

Ampliſſima redundo lęticia/cum video litterarijs officijs meis honorem parilem non negari:atq; ideo exercendi ſtili amore diſtimulor. Neq; enim fas eſt torpere ſtudium quod ęqua benignitas compenſatione gratiæ muneratur. Plura vellem: ſed verecundiam tuam nimio excurſu non oportet onerari. Vale: & amiciciam ſicuti facis in exẽplum tuere. Nos etſi elegantia ſermonis impares ſumus /conſtantia religionis pares eſſe nitemur.

Ingenia humana prompta ad arguẽdum eſſe omnibus liquet. Sed tu qui inter bona rara numeraris/omitte ſectari per naturam faciliora: & defenſionem longi ſilentij mei ſuſcipe:q̃ abũdat plurimis iuſticię patrocinijs. Sed contempſeris / ad vicinitatem Rheni aqua nunc & optimus princeps & magiſtratus potiſſimus abeſt:nullumq; noſtrarum partium locum commeare fors fiat. An quis tantum viæ ob rem priuatam mihi ignoranti arripiat? Tibi proficiſcentium Romam maior facultas ſit:primo/quia in commune imperij caput undiq; gentium cõuenitur:tum q; clęmentiſſimũ principem in hac parte degentem/varia omnium deſideria vel neceſſitates ſequũtur: & tamẽ cũ tabellarios tibi plures cauſæ offerant/ æque a ſtilo temperas:nec ulla a nobis poſtulatiõe perſtringeris. Facit enim ſecuritas mea: ut diligi me etiam a tacente non ambigam. Ergo amicicię noſtrę fiducia non ex litteris pendeat. Illarũ interualla fors faciat. Fides autem mutuę diligentiæ indignat̃ lingu ę aſſertionẽ. Ad hoc etiã prolixas epiſtolas petis: tanq; facturus periculum q̃ntum in ſcribendo cana ętate profecerim. Semper quidem ſimilis arentibus riuulis largiores ripas refugi:ut inopiam breuitas affectata celaret. Nunc graues quoq; anni ſi quid de pectore meo ſtillabat biberũt. Pręterea n̄ largę menti ſuppetit ad propagãda quæ ſcripſimus. Noſti ocium meum: de quo apud te largiter loqui utriuſq; faſtidium eſt. Magnis negocijs plura verba cõueniunt. Nobis ſit idem lingu ę modus qui fortunę eſt. Mallem aborigenum more dictionem ſalutis alternę ligno / aut corticibus ſcribere: ægyptus papiri volumina bibliothecis foroq; texu

erit. Sufficiat aliquãdo celebrãdę amicicię. Si vales bene eſt. opto has ipſas quas tu breues quereris ſalutationũ vices/dũ abſumus inter nos longum manere. Vale.

Silentij inter nos ſimile ſcis eſſe delictum: atq; ideo mihi iniuſta culpa datur quę utriq; communis eſt. Et tamen defenſio mihi ſuppetit: quia nec profectiones commeantium notæ ſunt: & tu non ijſdem ſedibus immoraris: dũ autem treuiros religione/aut quinq; prouincias ocij voluntate commutas. Mihi Romę eſt iugis ſtatio: & maior nunc cã reſidendi: exq̃ me viri excelſi germani tui pſẽtis & cura retinet/ & iuuat gloria. Vna igitur via ſociare ſcripta potuiſti/q̃ frater & fratri ęquãdus acciperẽt. Quod a te vel ſero curatum. Nec tm̃ cum a literis temperares / nullam deceſſionẽ diligentię in me tuæ factã putaui. Tanta enim eſt ſecuritas verę amicicię: ut de ſua fide ęſtimatione m mutui amoris aſſumat. Plura in hunc modum dicer e pig et. Quare tranſeo ad eam ſermonis tui partẽ quæ orationum mearum deſiderium videtur attingere. Ais in manus tuas ſcripta noſtra veniſſe: fratre noſtro Mineruio proditore: qui friuolis meis litterata potius curioſitate/q̃ iuſta delectatione non abſtinet. Si tibi tantum ocij eſt/ut ad faſtidium detergendum nonnulla etiam falſa conquir as: quicquid ſtilo elaboramus exhibeo: ſecurus veniæ: quam mihi ſpondet animi tui charitas. Pene præterij quod loco principij accuſare debuerã. Ita ne epiſtolarũ noſtrarũ ſimplex uſus inerijt: ut paginis tuis lenocinia ęui præſentis anteferas? Redeamus quin ergo ad infucatos nominũ titulos: & cum dicitur/aut reddit ſalus/ nihil ipſis vocabulis noſtris honoratius/aut blãdius eſſe ducamus. Exẽplo certe tibi ſit epl'a mea: quã ſi ſpreueris æmulari: & arrogãtiæ notatus videbor: & cæteris aggregatus quorũ magnus ſuſpectus eſt in verbis/ nullus cultus in ſenſibus. Vale.

Semp̃ te in priore affectionũ mearũ fronte conſtituo: merito incertus animi cognitionẽ tuę ſalutis expecto. Quã ſi mihi tuus ſermo pſtiterit/reditũ noſtrũ alacritas incitabit. Vale.

Creſcere inter nos quotidie amoris debitum volo. Sed epiſtolis tuis nihil opto debere: quę mihi plęrunq; exprobrãtur ut

deſidi. Ergo geminis litteris non ſimul mihi redditis: pari nu/mero / ſed iuncta remiſſione reſpõdeo. Valemus q̃ntũ ætas admittit decliuis in ſenium. Raro nobis ager viſitur. Sed multo rarior eſt apud me uſus legendi. Tibi & ruſtirari / & erudiri plurimũ licet. Inde ẽ ꝙ nos freq̃ter alloqueris: qa om̃e tempus ut quęratur ingenio ocio vindicatur. Sed fiducię tuę audacia noſtra non ceſſerit: haurias licet monimẽta priſcoꝝ: & ipſe paganis ediſcẽda cõmittas. Sollicitabo te arentibus verbis ſcriptis tuis: quę & amore & iudicio me legere neceſ/ſe eſt: ut compenſem illorum damna quę negligo. Vale.

Obrepſiſti verecundię meę ut prior ſcriberes. Vadatum me tibi hoc munere velim credas. Sed non fero: ut ędes quodãmodo amicicię noſtrę nouus ſalutator adiſſe videaris. Iam dudum virtutes tuas pares fratribus in pectoris mei poſſeſſiõe cognoui: licet ſingulis vobis ſodalitas mei amoris acceſſerit: q̃ bona animi & ſi ſpargi in plures putant̃: unicuiq; tamẽ plena & indiuiſa proficiunt. Præterea cum palatinę eloquentię militarem porrexi amicicię tuę dexteram: quare tot tantiſq; pignoribus aduexi: non eſtimemus de epiſtolarũ tyrocinio charitatẽ ætatem. Nã ut animus celerior eſt litteris: ita prius fuit amare ꝙ̃ ſcribere. Vale.

Familiaris emerſit occaſio: q̃ tibi ſalutis meę apportaret iudicia. Neq; em̃ dubitare poſſũ tibi litteras meas eſſe reddendas quas Syluanus ac animi noſtri diligẽtiã pertinẽs exhibebit: Cui hęc ipſa recepti officij cõmendatio apud te debet eſſe ſuffragio. Cęteris ut reſpondeas nõ laboro: cũ mihi ſcriptorũ tuorũ viciſſitudinẽ polliceatur mutuo. Vale.

Amicũ meũ ad Brutios reuertentẽ litteris credidi ꝓſequẽdum: ut mihi ſalutatiõis munus exoluerẽ: & illi cõmendatiõis aliquid exhiberẽ. Quæſo igitur te ut & meis litteris viciſſitudo reddatur: & illi defenſio plena proueniat. Vale.

Gaudentius amicus meus in gremium patrocinij tui confugit/ vir omnibus amari dignus. Genus eius ſenatorium eſt. Mẽs & modeſtia origine ſua ac ſtirpe nobilior. Si fuco gratię infectum teſtimoniũ meũ non putas/ ſuſcipe diligendum. Lõga obſeq̃orũ eius faciet inſpectio/ ut me iudices minora dixiſſe.

Ama Flauianũ dominũ & filiũ meum/ q̃tum me velle inter pre‑
taris: & ſi fieri poteſt certamen mecum de amore eius ingrede
re. Gaudebo ſi viceris. Sed hoc mihi tunc probatur: cum &
ipſe te colere ſupra menſurã diligentię meę ceperit. Nã ſi ami
cicia de mutuis cõſtat officijs: facile erit/ ut ex illius animo tu‑
um metiar. Vale.

Si cõſideres quãta ſit innocẽtię charitas: amabis Deſideriũ filiũ
meũ in paucorꝫ electionẽ numerandũ. De quo nõ falli iudi
cium meũ ſtatues/ cum in examen tuũ venerit. Interim queſo
ut illi per me amiciciæ tuę ſacrarium recludat: & præſtes au‑
rem benignã cauſarũ ſuarꝫ iuſta narranti. Si quid in eũ bene
conſuleris: abſoluetur fides mea/ quæ apud illum ſpem bene
ficentię tuę fideliter perſoluit. Vale.

In abſoluẽdo Ruſtico nr̃o votum tibi detuli: opẽ filius meus Ci
cilianus exhibuit. Non eſt igit̃ verecũdię meę rapere gr̃am la
boris alieni: ambo ipſi feramus acceptũ. Quod agi tua cura
p̃cepit exequi mea valitudo nõ potuit. Vidi Romę Protadi‑
um filium meũ: cuius cõmendationi nihil ex familiæ veſtræ
ornamentis præter litteras tuas defuit: quas cũ deſideraſſem
de citeriore Gallia imperatũ ſibi a ſocero iter te procul agẽte
reſpondit. Excuſationẽ iuuenis nõ libenter accepi: cętera mo
rum probaui. Satis eſt hoc auribus patris: cui volo in me gra
tioſum videri teſtimoniũ breuis experimẽti. Simul vereor ne
quid amori tuo in filiũ derogem: quẽ non decet iuuari apud
te per ſuffragium conciliationis alienę. Vale.

Et cum Mediolani degerem/ cultũ circa te ſalutationis exercui:
& nunc remenſo itinere operã ſedulã litterario munere non
negaui. Expectas credo/ ut gratiã reſcriptionis petam. Illã pla
ne mihi non mea efflagitatio/ ſed tua affectio pollicetur. Exi‑
gant ſtili vicem/ quia animi non merentur. Vale.

Diu ſuper aduentu fratris poſtulatũ a me iudiciũ diſtuliſti: Cre
do ut nos ſalutationis honorificẽtia preuenires. Agnoſco reli
gioſa colludia: nec tñ cedo: & ultro in certamen ſcriptorũ fa‑
miliariũ ſolus deos euoco. Ociũ tibi inquies hanc officiorũ fi
duciã præſtat. Quicqd te magis queſturę honor & conden‑
darum ſanctionũ uſus excoluit. Cum illo aũt mihi priuatę vi‑

tę cōditio cōmunis eſt. Atq utinā boni pricipis circūſpectio ipſius q̄q operā ſibi vindicet ferēdū. Ambo deuotiōe placeatis: ſi circa me lr̄is ambo certetis. Oia te facere ad ſalutē Flauiani viri ornatiſſimi pignoris mei rebus expiar. Hinc mihi ſpes orit̄ atq animo aſſurgit: poſſe eius cętera incōmoda te medico ſanari. Adepta em̄ dein pricipis lenitate: quę magna eſt viro: adhuc ut dixerim: infortunij nodo ſtrangulatur: q homo thermis & labore p̄rimonij grauiter exhauſtus/p̄ni ſalarij æſtimationē iubet̄ exſoluere. Ergo p te ac tui ſiſes amoliri poſtulat imminentē ruinā. Nec res impetratiōe difficilis eſt. Nā q̄d plerisq ſua inuidia laborātibus impialis remiſit humanitas: id patris nomine poſtulatū/multo ęquior venia relaxauit. Proficiet iſta conceſſio etiā temporū glorię: ſi quid beneficijs principis deerat/pius ſucceſſor adiecerit. Vale.

Purgas q hucuſq ſiluiſti. Coīs hęc culpa eſt. Nā me q̄q ab tali cōmercio diu infirma valitudo r̄uocauit. Inhorruiſſe te puto/poſtq de meo cognitu amara legiſti. Redi in habitū lętiorē. Deo qppe auctore ſanitatē refoui. Facilis igit̄ lr̄arū ceſſationis utriq venia ſit. Ambo nobis īuicē remittamus/q ambo deliq̄mus. Sed qd mihi inſuſurras/ fruges africanę tenues cō meatus? Abſit ut p̄ſens ānus imitet̄ fortunā ſupioris. Intercludet ut ſpero puidētia/triſtes caſuū vias auribus edocendis: & caſtigatiōe iudicū/q̄s alimētaria ſpectat inuectio. Nec ſpē dies obſtruit. Nā mare adhuc iuſtis curſibus patet: et nondū in hyemē p̄cipitat. Placet tm̄ inter hæc: q in æſtuas & pio metu ānuertis neceſſitatē. Remunerabit̄ curā tuā melior euetus: & laudis tuę fructus efficiet/ut ſit tibi poſthac dulce timuiſſe.

Symmachus Valentiniano ſemper Auguſto.

Licet arbitrer lr̄as meas nūcijs/aut rumore p̄uentas: ego tn̄ officij publici neceſſitate cogente/ exceſſum viri illuſtris crudo adhuc dolore nō ſileo. Vetitiū p̄textatū/veteribus parē/virtutū omniū virū fata rapuerunt/ſummo patriæ gemitu. Cuius ego laudes & iuſta p̄conia animi cōſternatiōe p̄tereo. Neq em̄ locus eſt cuiuſq teſtimōio: cū vitę eius gl̄iam clemētię veſtrę iudicia teſtent̄: mortē celebrē dolor omniū fecerit. Vale.

Plures de Dalmatia urſos in apparatū domus noſtrę proxime

venturos/fides aſſerit nunciorũ: quorum ſubuectione diſpoſitis vehiculis/etiam priuatim debemus inſtruere. Huius mihi curę abſolutionem diligentia tua uſu explorata promittit. Quæſo igitur: ut hanc prouinciam confeſtim in eundem capitali exitio lachrymiſq́ʒ cunctorum expies. Nũc interlucet homo homini: ſenatus antiquũ obtinet: viuere libet: natum eſſe non pęnitet: & ad ſalutẽ ſpectant omnia. Nulli a paupertate diſcrimẽ eſt. Reſpublica in vetuſtatem ſe recepit: & decrepitos mutauere animos. Poſtq́ʒ vos ad virtutẽ verba feciſtis pari vigilia profectũ videmus: ut res annonaria ſatietati urbanę liberalius ingerat. Fraude monetę nequitiam decoquat larga purgatio. Nullo iã ꝓuincialis auri incremẽto trutinã ſpectator inclinat. Mille alia. q̃ ſi ꝓſequi vellẽ vr̃ę gloriæ memor meæ infantiæ immemor deprehẽderer. O iuuenis Auguſte romani nominis decus: vehatur curru eloquij ſui: nos in agẽdis gratijs humile repetãus: ſocco magis idonei q́ʒ cothurno poſtq́ʒ facunda res eſſe cupit vel cępit imperij. Nã quod ſciã muſis in palatio loca lautiora dediſtis: quę res ꝓſpere vortat vobis veſtręq́ʒ pietati. Quia fauſtus & ocium/fortunę grandioris vitia ſunt. Nihil memoramini mihi ſalutis eſſe. Cũ valetis: fęlicitas voto publico exorata præſtabit/ut clemẽtię veſtrę quãta eſt reddendi voluntas/tanta ſuppetat copia negocijs promouendis. Vale.

Et veſtra concordia/& mea ꝑ hos dies imbecillitas facit: ut vos unius paginę ſalutatione coniungam. Erit autẽ hoc probabile pro cõſortio veſtri amoris: aut ignoſcendũ pro ſtatu tẽporis. Eſtimabitis autẽ virium veſtrarũ fatigationẽ/cũ vos in ſubſcriptionẽ iſtius epiſtolæ p̃caria manus mouerit. Ad hoc filij noſtri Themeſij pia ad larẽ fratrumq́ʒ properatio/magis cõteſtationẽ de me ſolennis officij q́ʒ ſatiſfactionẽ deſiderauit Res poſtulat/ut ſalute ꝓfata florẽtiſſimę indoli eius teſtimoniũ feram. Sed vereor ne oſtẽtare operã videar/quæ plus iuueni bonarum artium contuliſſet: niſi fraternus caſus fregiſſet curſum auorũ. Hoc tm̃ ſinceriſſima fide dixerim: minutã quidem de altero parentis eius fęlicitatem: ſed poſſe iſtũ ſuorum gaudio pro utroq́ʒ ſufficere. Vale.

Relegito viam diſſimulati hactenus moris/me officiorũ familia
rium pręſule:qui prior rupi cõmune delictũ.Nec pro nume
ro veſtro epiſtolas peto:ꝙuis hanc viciſſitudinẽ mihi ſingu⸗
lorũ amor debeat.Magnę indulgẽtię res eſt:ut fœnus quod
vobis exhibeo alterna remuneratione ſoluatis.Vale.

Annuos gaudij fructus ex litteris tuis capio.Hunc reditũ mihi
has opes pendit Hiſpania.Itaqꝫ pulſa hyeme pateſcũt nauiũ
vię:paginas tuas cõmendo ventis:quas mihi iſte frequentes
quidẽ/ſeras tamẽ reddidit.Nã docebat autumnus cũ homĩes
tui tyberina tetigerũt.Hinc factũ eſt:ut hęrerẽt apud nos de⸗
fectu nauigationis.Suadeo igitur earꝫ moras pro tua iuſticia
boni cõſulis:ꝙuis prius nomini meo venia poſcẽda ſit:ꝗ de
curulibus eqs quattuor a te datis omiſerim:velim credas hãc
abſtinentiã nõ eſſe faſtidij:ſed ꝙ nullũ eorũ iugo alerem/vel
dorſo mitem probaui.Optio meritis nõ excicata ceſſauit frę
nata.Opportunũ videtur diligentiã tuã precibus ambire:ut
in pretoriã filij mei functionẽ auſu & curſu nobiles prępare
tur.Gemina ante hac editionis claritudine in os hominũ ve⸗
nimus:ſatiſfaciendũ videtur expectationi/quæ creuit exem
plis.Quare amore tuo laudis veſtrę cõmendo cauſam:quæ
pauliſper cenſurã vitę tuę grauitatemqꝫ animi ad populares
aures debet inflectere.Domo preciũ apportabitur tuo arbi
tratu nobiliũ quadrigarũ dominis inferendũ.Solam de ami
cicia tua electionis curam exquiram.Factu facile eſt:cum ſit
diues equini pecoris Hiſpania:& magnus gregum nume⸗
rus copiam præſtet examini.Vale.

Sum quidẽ ſermonis tui nimius flagitator.Silẽtij interualla nõ
arguo:ſed ſuſpicor aliquid amicicię noſtrę ex alloquij rarita
te decedere:qui ſciam in pectoribus ſedem eſſe religionis:le⸗
uamen deſiderij ex ore ꝓficiſci.Priores igitur litterę meę ma
gis deſiderium ſermõis tui/ꝗ̃ caſtigationẽ taciturnitatis habu
erunt.Et ideo elaborandũ tibi non eſt/ut mihi amoris tui fi⸗
dem facias.Nam tui animi de meo ſumo iudiciũ.Siquidẽ nul
lus verior eſt imitator alieni amoris/ꝗ̃ qui de ſuo ſumit exem
plum.His vero poſitis/quia in re aperta piget eſſe prolixum:
deſignatũ tibi ad urbanã pręturam filiũ meũ nuncio.Intelli⸗

gis quid ſibi hoc iudiciū velit. Quadrigarū curuliū nobilitas
pręparāda eſt. Nos preciū proxima abhinc ętate mittemus.
Sed iam neceſſitatē pręcurrat electio. Multū em̄ valet eiuſmo
di in rebus largior diligētia. Quaꝑpter accingere: ut quęſto
riam quōdam filij mei magnificentiā/cui per te illuſtris fama
quæſita eſt: ſecūdus eiuſdē ſuperet magiſtratus. Verus qp=
pe & maximus laudis profectus eſt / quotiens ſequentibus
priora vincuntur. Vale.

Præturam filij mei ſi fors dictū iuuet/ꝓximus annus expectat.
Equorū mihi curuliū nobilitas curanda eſt/vel præparāda:
ut expectationi populi romani mea pecunia tua cura reſpō=
deat. Hoc me crebris litteris poſtulaſſe meminiſti: nunc mihi
admonitionis verba repetitionis adhibēda ſunt. Et tamē cū
volūtas in nos tua ambitū nō requirat: intantū me votiua ſol
licitant/ut anxias auribus tuis tanꝗ nouus petitor ingeram
preces. Vincenda em̄ eſt mihi fama exemplorū: meorū quæ
poſt conſularē munificentiā domus noſtrę/& filij mei q̄ſtori
am functionē/nihil de nobis mediocre ꝓmittit. Hæc igit̄ pe=
titionis meę ſumma eſt: ut me diligētia tua p̄teritę glorię parē
faciat. Precia ꝓ tua ęquitate numerāda/familiares mei incun=
ctant̄ exoluēt. Tui beneficij erit: ut q̄cq̄d ad curule certamen
generoſū gignit Hiſpania: vel domi p̄beas: vel de aliorū gre
gibus excerpas. Nō vereor int̄ hęc ne me ꝓpetentē plębeię
laudis exiſtimes. Scis em̄ pro tua ſapientia/magnæ urbis ma
giſtratibus anguſtos animos nō cōuenire. Hoc etiā Tullius
tuus pręcipit: luxum in priuatis negocijs arguens: in publi=
cis magnificentiā probans. Quare ex ſum̄is opibus iuua ro
mani animi ſpecioſum calorē: vēturū in partē popularis me
cū fauoris/ſi bonis ex tuo b̄n̄ficio celebrior fama ꝓuenerit.

Fas ſit dicere: equorū curuliū copia nō ęgemus: ſed incitat nos
pręturæ mora ad deſideriū muneris largioris. Si ergo dulcis
eſt /ut ſolet mādati mei executio: quattuor ex grege laudatio
rum quadrigas/ quas tua deploret electio/ad me opto dedu
ci: cum primū mare nauigatio verna patefecerit. Ego preciū
quod ſignauerint litteræ tuæ in remiſſis remunerabo. Qꝗ
ad hoc reſpōdere nō debui. Quia fides amiciciæ ſyngraphā

non requirit. Credo mireris: cur non potius de gregibus tuis
poſtulẽ: qui potiſſimos liberorũ nobilitate p̄uertũt. Faſtidiũ
patit̃ uniformis ſpectaculi ciuitas nr̃a: cuius ſatietas mihi va-
rietate vincẽda eſt. Tuæ modo diligẽtię ſit adhibere iudiciũ:
& ex alienis ſtabulis æquare laudẽ tuorũ. Nam cũ res amici
agit̃: hos quoqꝫ proprios debes putare quos eligis. Vale.

Videbo qd iuſticia temporũ/qd cauſę noſtrę bonitas/quid cu-
ra tua/ſi tã tibi cordi ſum efficere poſſit. Ego in fratre meo Eu
ſebio cũ votũ ſeruare circa nos moderatõis amplector: eiuſqꝫ
probitatẽ mẽte colo/ſermone cõmendo. & licet ille boni ꝓpo
ſiti præmiũ nõ requirat: nos tamẽ ei honeſtã vicẽ de tua ami
cicia optamus exoluere. Facies rẽ tam meę volũtati acceptã /
qꝫ tuis moribus conſentaneã: ſi aduertat vir prudentiſſimus:
quicq̃d benefecit/id ſe omniũ bonorũ gratiæ detuliſſe. Vale.

Et tẽporũ clemẽtiæ cõgruit/& ſancto ingenio tuo familiare eſt:
opis indiges ſubleuare. Hinc mihi fiducia oborta eſt ꝓ fratre
noſtro Stẽmatio publicãdi: cui dudũ cũcta deſit inuidia for-
tunę p̄ter amorẽ bonorũ. Neqꝫ em̃ poteſt ambigi: qd de opti
mo q̊qꝫ mereat̃: q nuꝑ a principibus inuictis ne ꝑ indulgẽtiã
liberaret̃ accitus eſt: magiſqꝫ honore qꝫ venia factũ triſte mu
tauit. Nec tã ereptus eſt/qꝫ deſideratus. Vñ ſpes certa eſt: etiã
prĩcipẽ nr̃m lenitate venerabilẽ iuſti parẽtis et pij fratris exẽ
plo ſupplemẽta meliora fortunę eius daturũ: ſi mõ vr̃a ĩſinu
atio iuuet exhauſti ſenatoris oratũ. Duo em̃ factu facilia/ſed
ad gloriã prę̃ſtãtis magna depoſcit: reddi curię teſtimonio ſa
cro: & recuꝑatione modici argẽti ab inopia vindicari. Hęc fa
uor tuus aliorũqꝫ optimatiũ te hortãte ꝓmoueat. Intereſt bo
ni ſæculi tui. Laudem perennem pia facta conciliant. Vale.

Benigne ut mos eſt tibi/recurſum noſtrũ miſſo aparitore iuui-
ſti: quẽ ꝓceſſus ad Apẽnini ſuꝑiora dimiſi: adiecto officio lit
terarũ: ut gratiã quã rebus æquare nõ poſſum/ſaltẽ verborũ
honore cõmpẽſem. Quod ſuꝑeſt itineris/ſpero p̄ſata dei ve-
nia ſine labore peragendũ. Minus em̃ moleſta ſunt/quæ pro
ueniendi ſpem proximam pollicentur. Vale.

Frequens uſus oſtẽdit/& clara animi tui documẽta teſtãtur: ex
ẽpla verę amicicię de te eſſe capiẽda. Neqꝫ em̃ quiſqꝫ conſtã

tiã firmiōrē familiaribus im pēdet officijs. In tanta præſertim mole curarū: quæ alterius ſtudiū poſſit hebetare: niſi obſtre-pentes neceſſitates affectio fraterna ſuparet. Quod ſolū igit̃ verecūdię cōuenit/cedo prętātiſſimę religioni: meq̃ impa-re r̃ferēdæ viciſſitudini pruden t̃ agnoſco. Nec vereor ne dili gentia tua tali laude lēteſcat: q̃n potius ſpero beniuolētiā tuā ſi quid pleno poteſt adijci largiorē, q̃a bonis familiare eſt ſtu dia bona cumulare: quorū gratiā ſentiūt non perire. Vale.

Scriptū mihi tuū Probatius nuꝑ exhibuit: atq̃ ex eo mihi pluri mum gratulationis acceſſit/q̃ tibi pro voto oīa ſupeſſe co-gnoui. Id ut ſæpe facias monere nō debeo: cū ſpontanea o ffi cia ſtimulo exhortationis nō oporteat incitari. Vale.

Honorū frequēs aſtipulatio/de ſanctis moribus tuis in hoc me deſideriū ꝓuocauit: ut amicicias tuas impatienter exoptem. Nam qui oīm ore celebrantur / & probatis laude conſpicui ſunt: incognitos q̃q̃ ad amorē ꝓpriæ familiaritatis inuitauit. Ergo ſi hæc voluntatis meæ nō aſpnaris iudicia: repēde quæ ſo colloquiū/ut facti mei confirmatione delectus: q̃uis mu-tuæ affectionis iam teneam ſponſionem. Vale.

Spectata eſt ut arbitror tibi amiciciæ meę veritas. Hinc factum eſt/ut me in conſortiū feſtorū tuorū cōſul aſcires. Prę̃ſtet oro his litteris eadē fides/quæ nos euocatione dignos iudicauit. Diuinitus deſiderij tui & unici mei curā dubius lectiōis per-pendi. tuus honor ſuadebat profectionē: illius inſtitutio prę tēdebat obuias manus. tandē ſecutus ſum quod ipſe feciſſet. officia eñ illa lęticię ſunt/iſta pietatis. Tuę amplitudinis curu lē ſtipabūt obſeq̃a multorū. Huic in ſolo patre totū eſt. Plura pro nobis indulgentiſſimus in ſuos animus tuus tecū loque tur. Cui ego incuſatiōis meę iniūgo partes. Quia verbis agē da ſunt/quę melius interpretatur affectio. Vale.

Gaudeo mihi ſermonis tui primicias cōtigiſſe: & impendio po ſtulo/ut humaniſſimū inceptū religioſa cura non deſerat. his eñ maxime nutrimētis amiciciarū cultus adoleſcit. Cū hæc ſcriberē recte mihi ſanitas ſuppetebat. cuius rei iudiciū pro pterea ſigulari generoſitati tuę credidi differēdū: ut cognitio nem tuę ſoſpitatis mihi mutuus rependat affectus. Vale.

Iam pridem nihil ſcribis.Equũ eſſet huic culpę talionẽ reponi. Sed ego arbitror imitãda nõ eſſe quæ doleas:& animo ꝑſuadeo alias potius interueniſſe cauſas officij differẽdi ꝗ̃ reſidẽ voluntatẽ.Qꝫꝗ̃ vereor ne factum tuũ hęc ipſa grauet humanitas.Nam qui mihi pro te ſatiſfacio:oſtẽdo nihil me tale meruiſſe.Scribe ergo iam ſæpius & copioſius: priuſꝗ̃ præfata ope dei in lucanos vela faciamus. Quid em̃ iuuat proximis regionibus immorari:cũ a te nullę litterę deferantur: & ſilentium tuum honeſte poſſit excuſare longinquitas. Vale.

Potuit ſine litteris ſanctus Aurelius ſi quid de me quęreres explicare. Sed quia faſtidioſa ſalutatio eſt quæ nudo ſermone præfertur:iunxi ſcripta mandatis.Aue igit̃ dico tibi:ſimulꝗ̃ deprecor: ut ſecundũ cõmonitoriũ quo ſumatim munera ꝑparãda reſcripſi: & ipſe ſalua iudiciaria exiſtimatiõe curã mihi religioſi fratris exhibeas:& hoĩes noſtros comꝑandis quibuſdã ꝙ poſcit editio/iuſtũ impẽdiũ miniſtrare p̃cipias. Vale

Anaſtaſium noſtrũ dignaris agnoſcere. Nã domi ſæpe vidiſti. Hęc illi aperte noticia debet eſſe ſuffragio:etiã ſi nullis iuuaretur alloquijs.Nunc dubitare non poſſum cumulatiorẽ circa eũ fore curam tui:cum eũ & vetuſta cognitio/& præſens ſermo commendet. Vale.

Proxime qdẽ Vrbe digreſſus es.Sed ego q̃ſi iã inueteraio tui deſiderio cõuenire officiũ reſcribẽdi & munus arripui.Nec expectato ordine/nec more ſeruato:qui ſolet amicis eſſe pro lege:dum ꝑegre locati prius tribuant ſcripta ꝗ̃ ſumãt.Et re vera affectio oĩs impatiẽs : etiã iuſtę ac legitimę tarditatis.Rupi ergo conſuetudinẽ religione maiorẽ /quaſi eã ſeruare voluiſſẽ. Quę res ſi tibi grata eſt: & mihi fęnus ſolue colloquij: & per latorẽ taliũ litteraꝝ benignius accede.Cui ut ipſe nihil potui ꝑſtare ꝗ̃ lr̃as:ita tu nihil poteris plus tribuere ꝗ̃ fauorẽ

Votũ mihi nõ defuit itineris ordiẽdi:ſed tarda deuotio ꝑueniẽdi tẽpus artauit.Atꝗ̃ ideo verecũdius viſum eſt veniã poſcere:ꝗ̃ peracto cõſulis officio peruenire. Suꝑ hoc pleniſſimas ad clęmẽtiſſimũ principem iamdudũ litteras dedi: & ad cęteros qui me adeſſe voluerũt:quas etiã nunc feſtus agens in rebus ꝓficiſcẽdi cũctatione remorat̃. Et ꝗa vereor ne aut lateãt

ſuppreſſa quę ſcripſi:aut per ęmulos rēſoluta vitientur: con-
ſilium fuit: ut ad te dominū & fratrē meū exemplaria omnia
mitterē. Erit tuę circa me affectionis & omniū rerū fidelitate
reſcribere. Reddēt vobis etiā chartulæ curas domeſticas cō
tinētes: quis decurſis/æſtimabitis q̄d bonorū temporū iuſti-
cia/& fama deſideret. Vale.

Egrum animū tuū litterarū lectiōe quas ꝓxime miſeras cogno
ui: multūq; miratus inter cōiunctiſſimos fortuitā ſubito emer
ſiſſe diſcordiā: & dominū & fratrē meū litteris obſeruaui ne a
ſuo more diſſentiat. Te vero nō meo tm̄/ verū etiam tuo no-
mine rogo: ut cęteris bonis morū tuoꝝ ſimilē patientiā præ
ſtes: feraſq; oīa quę ſolet peregrinationis habere cōditio. Spe
ro enim & filij mei Flauiani conciliatiōe/ & Euſebij archiatri
blanditijs poſſe omnia mitigari. Vale.

Supra modū gaudeo / redditū eſſe meritis tuis vetus debitū. Iā
dudum eñ rempub. virtutibus collocaſti: quæ nacta diuinę
fidei principem ſibi quodāmodo conſulatum: quem tibi ſol
ueret impetrauit. Ad huius celebritatē voto alacri cucurriſſē
niſi deplomatis ſacri tarda perlatio arceſſet interuallū dierū.
Acceſſit hyemis cōtēplatio: quæ magno frigore & breuibus
lucis horis moratē excurſus meos. Tñ animus meus in gau-
dio tecum eſt. Ego ſolus dolere debeo: q mihi tantū bonū ca
ſus inuident: tibi etiā pręſentiū ſatiſfaciet numerus/& cultus
abſentium. Vale.

Cum ſciā te animo placabili eſſe: recepi pro amico operā venię
poſtulandę. Neq; eñ ſic a recto deuij ſumus: ut te unq̄ teme
re moueri ſuſpicemur. V.C. Epictetus cauſidicorū more pro
lapſus/dum vult impenſius placere: ſuſceptū ſanctū Rabinū
probatū omnibus bonis incauto ſermone perſtringit. Ea res
omniū veſtrū quibus ille curæ eſt animos credit̄ aſperaſſe.
Nec immerito querela rectoris etiā pretoriana acuit poteſta
tes. Quid multa? Epictetus togę forēſis honore priuatus eſt
plurimis pręferēdus qui firmo patrocinio protegūtur. Nunc
illa clientiū turba nimis fortuitu inſultat errori: q̄d ne diu ma
neat tua præſtabit humanitas. Satis datū eſt correctiōi. Nūc
ingeniū tuum reſpice. Illud quod cā meruerit/hoc tribue leui

tati. Scio illuſtrē virum pręfectum prętorio his quoq; litteris tuis prompte eſſe teſſurum. Erit tibi i Epictetus. V.C. emēdationis ſuæ debitor: quem inconſultum fecerat impunitas magna peccantium. Vale.

Diſſimulati officij obiurgatione morderis in epiſtola blādiore: qua tibi refero gratiā ſermonis accepti: licet cogitarē illa potius amica eſſe colloquia quę ſpōte tribuūtur. At in reſpondēdo referri magis neceſſariā vicem/ꝗ deferri ſpontaneam ſcriptionem. Ego tamen affectus ſum litteris proximis: ut neſcire me fatear: reddideris hoc munus/an dederis. Verum tu cogita quid epiſtolę tuę iocunditatis habituræ ſint quas nō admonitus exhibebis: cum hæ ꝗq; mihi admodū gratæ ſintꝗs rependis ex debito. Vale.

Facis ut te decet: ꝗ ocium meum ſcriptorū aſſiduitate ſolaris. Siquidē tuo ex amore coniectas: iocundū mihi eſſe munus ꝗd ex tuo ſanctiſſimo ac luculētiſſimo ore proficiſcitur. Refero igitur vices magis ad teſtimonium gratiæ/ ꝗ ad æquiparandum officium: quo me agnoſco deuictum. Sed hoc ipſo arbitror me digniorem eſſe colloquio crebriore: ꝗ hanc epiſtolam tibi reddo quaſi victus fęnore litterarum. Vale:

Venturum te ad cōmunē patriam fama ꝓmiſerat. Sperato gaudio gloriabar: ſed ubi proceſſu dierum rumor intepuit/animaduerti mihi hoc genus ſupereſſe ſolacij: ꝗ ad ſcribendi uſum moremq; remearē. Fungor igitur ſalutatione dicēda: tuamq; excellentiam quæſo/ut mihi aduentum tuum pro litteris largiaris. Eſt enim cauſa votiua quæ te debeat euocare: quæſtorium ſcilicet munus filij mei: ad cuius officium te tuoſq; amor cōmunis inuitat. Vale.

Scribis reuerentiam noſtri apud omnes vigere. Gaudeo huiuſmodi teſtimonio. Sed ꝓfiteor tua opera fieri ut taliter urgeat exiſtimatio mea. Tu mihi es fautor rumoris ſcd'i. Neq; hac tm̄ gratia vadatū me ſentio. Nā illud etiā ꝗd te pręceſſit ad cōmodū ꝓximorū meorꝝ: ꝗuis iuſticię datū ſit / tibi tamē refert acceptū. Ceſſa lōgius ꝑgere: quia in remunerādis beneficijs ieiuna verborū eſt viciſſitudo. Simul obſtrepunt curę: quaſi officijs familiaribus tenuis patriæ vicijs opponit. Ero apud

te/poſthac loquacior/ cum refouerit ſtudium meũ rei frumẽ tarię inſtaurata ſecuritas. Vale.

Amo lr̃as tuas. Nã ſemp̱ gratulatiões adportãt. Ego aũt bñfa ctis tuis nuda oratiõe reſpõdeo. Sed ut eſt p̃clara mens tua: p̱ inde has ſibi exiſtimat fructuoſas: & ideo hã c operã pſeuerã ter aduigilo: quã ſcio apud te p̱ magno ęre cẽſeri. Interea dño & principi nr̃o eiuſq; in me beneficẽtiæ egi p̱ epl̃am gr̃as ver bis fortaſſe exiguas/ſed affectiõe animi copioſas. Quas ſi ex imia humanitas tua & p̱bata mihi amicicię fides iocũda atq; opportuna inſinuauerit lectiõe: nõ videbor ingratus cũ pro bauerit ſicuti opto inuictiſſimus princeps beneficia ſe huiuſ modi apud memorem collocaſſe. Vale.

Relatum in cultores tuos Aurelium familiarem meum gaudeo non illiuſmodi nomine quem tuendũ ſũmatis viri cura ſuſce pit: ſed meo maxime/ cuius teſtimoniũ iudicij inſtar habui ſti. Acceſſit huic muneri auctior ex litteris tuis gratia: q̃q̃ eſt in illis quod amantem poſſit offendere. Breui enim erant or ſu. cum mihi voluptatem offerant/ negant ſatietatem. Et hęc eſt natura bonorũ rerum: ut illis frui prolixius velis. Nec q̃ q̃ durius ſumas/q̃ orationis placitæ citum tranſitum. Adde igitur epiſtolis tuis copiam: vel ſi potes detrahe ſuauitatem. Niſi ita feceris: lęſus repẽdam faſtidio tuo verba quę ſoleo & paginas longiores. Vale.

Amor quidem tuus ſuaſit ut ſcriberem: prætereuntis feſtinatio ut pauca dictarem. Quare ſalutatione certemus. Quæ & ſi non explicet officium/ tamẽ conteſtatur affectum. Redde in vicem quæ legamus: & ſi neceſſe eſt ęmulare breuitatem. Nã cum ſim nitidiſſimi ſermonis tui cupidus: conſciẽtiã tamẽ hu ius tam anguſtæ paginæ/non audeo a te verborum copiam poſtulare. Vale.

Fratrem noſtrum Helpidiũ non minus deſiderium tui q̃ con ſulis epiſtola euocauit. Et ſi amorem tuũ priſca inter nos cõ iunctio pollicetur: non nihil tamen ut arbitror & petitio mea commendationis adijciet. Extrue igitur quæſo te nouis erga amicum beneficijs veterem diligentiã: quatenus poſſint per fecta cumulari. Et hoc mihi munus amiciciæ tuæ lubens at

tribue: ut merita quę ſuis apud te fundauit obſequijs ſentiat meo fauore creuiſſe. Vale.

Nolo ex moribus cæterorũ qui cẽſus ſenatorios tractant / etiã huius ingeniũ quẽ cõmendo perpẽdas. Eſt eñ nõ in medio- cri loco / aut infima ſorte progenitus. Sed honeſtatẽ natalium pudore cuſtodiẽs. Atq3 ideo nõ indecorũ putaui: bñ cogni- tum proſequi teſtimonio litterarum. Nec ſingularis generoſi tas tua debet de eius amore dubitare: quẽ videt a ſtipulanti bus approbari. Et hęc qdẽ ꝑ admonitiõe ſatis dicta ſunt. Ipſe hoc deſiderium tui ſermonis ſilere non debui: cũ appetentiã ſcriptorũ tuorum raritas væhemẽtius excitauit. Vale.

Vtilitati tuæ etiã non cõmonitus affuiſſem. Cuius me habuiſ- ſe rationem dominus et filius meus Patruinus vir ſpectabilis non tacebit. Hũc tu admonere debebis: ut ſui voti cõſuetudi nẽ / & meę petitiõis intuitũ deſideria tua iuuare dignẽť. Vale

Primis petitiõibus noſtris multũ põderis addit iteratio: & ideo de venatoribus exhibendis expecto poſtulatũ: quo facilius tibi diligentiã geminata ſcripta ſollicitent. Dies muneris no- ſtro tempori admoueť. Cui largitas candidati ſola non ſuffi- cit: ſi lautioribus arenarijs deſideratur. Inepta eſt eñ munifi- centia quę pręſtatur indignis. Quaꝑpter quęſo te: ut venato rum potiſſimos auctoritate iudicis & fratris amore cõcedas: Multum rebus omnibus additurus: quaſi ciuium voluptati animoſo impendio præparamus. Vale.

Omnis qui aditu tuo cupiunt ſubleuari: nõ caſſam ꝗtum arbi tror capeſſunt viã ineundę gratię: cum me aſtipulatore nitun tur. Horũ unus vir probabilis Tucaſius familiaris meus / qui indictę ſibi litis iniuriã fortunę imputat: gratiã vero boni re ditus de tuo potiſſimũ ſperat auxilio. Tuere igiť ęqua poſcẽ- tem: & humanitatis tuę latius extẽde famã: q̃ incremẽtis ma ximis cumulabiť / ſi tuis ꝑ te ſecũdis ſucceſſerit. Vale.

Religio poſtulauit ut ſcriberẽ: ꝑſertim cum hortaretur familia- ris occaſio. Nam homo tuus tabellarius ſe mihi obtulit / cũ ni hil litterarũ dare ſummã piaculi eſſe perſpexi. Valere igitur te opto me nuncio: & viciſſim peto: ut nos ſoſpitatis tuæ in- dicijs munereris. Vale.

Quadrageſimę portoriũ ſiue vectigal nõ recte poſcitur a ſenatoribus cãdidatis: quia noſtri ordinis functiones õnerari geminis incõmodis nõ oportet. Hęc tibi etiã pro Chineo. V.C. dudum miſſis litteris indicaui. Nunc filij mei Pompeiani clariſſimi & optimi iuuenis par neceſſitas depoſcit: ut repeterem poſtulatũ. Quæſo igit̃ ut humanitatẽ/ q̃ inter ꝟtutes tuas prima eſt/ noſtri ordinis editoribus dignãter impties: & urſorꝝ trãſuectionẽ cupiditate mancipiũ ſubtrahas. Perueniat bñficij iſtius gratia & ad ſenatũ qui leuatur incõmodis: & ad populũ cuius voluptatibus pręſtatur immunitas. Vale.

Symmachus Olymbio & Probino.

Iuuenilis induſtrię eſt: excire ſaltibus feras: & liberalia ſtudia ſilueſtri voluptate diſtinguere. Sic olim Marſus impiger/ & fortis Sabellus robur habuerant. Noſtris annis parta proficiãt. Eſt huius indulgẽtiæ in quibuſdã auibus exemplũ: ut nutrimenta ſeneſcẽtibus ętas viciſſim prima cõportet. Sed nondũ cõuenit valitudini meę uti ferinis viſceribus: nec tamẽ gratiã muneris veſtri minuit apud me neceſſitas parſimonię. Nã & ſi utendi abſtinẽtia ſanitati meę conſulit: honor tamẽ muneris animo ſatiſfecit. Vale.

Suppetere vobis plenã roboris valitudinẽ/ferarũ indago teſtatur. Hæc igitur prima mihi de vobis gaudij cauſa eſt: ꝙ ruſticis voluptatibus ſanitatẽ iuuatis. Secũdus lęticię meę gradus eſt: venatu capta meruiſſe. Nã ut honori numinũ datur: cornua ſacrare ceruorꝝ: & aprinos dentes liminibus affigere: ita amicorũ cultui dedicãtur libamẽta ſiluarũ. Interea recuſo ſententiã quę rẽ venaticã ſeruile ducit officiũ. Statuerat hęc ſcriptor ſtilo ꝑblandus. Nam morum eius damna non ſinunt: ut ab illo agendæ vitæ petatur auctoritas. Vos malo cum Atilio ruſticari & ludũ viriũ cõſequi: ꝙ̃ bonis verbis deduci ad inſtituta deſidię. Certe ætatibus noſtris hic labor cõuenit. Diſtinguẽda eſt lectio iuuenũ nõ alueolo/aut pila/aut trocho atico / vel græcis paleſtris: ſed alacri fatigatione & innocentis audacię gaudijs. Ad hęc etiã meũ Symmachum ſi accreuerit ꝙ̃ꝙ̃ unicũ cohortabor. Erit olim tempus quo renũciare animis grauibus huic operi debeatis. Tunc ſeruile munus iure

habebitur cura venandi.Famulatus eſt em̃ quidam: ſi cedentibus viribus recuſemus uti laborum vacatiõe/quam nobis præſtat ſenectus.

Aditum mihi ad ſcribendum ſero reſeraſtis.vos enim oportuit inchoare libamina litterarũ:quia inueterati moris eſt: ut qui ad peregrina diſcedit/ alternandis epiſtolis præſtet auſpiciũ. Ergo abſolutus obſeruantię religione/ & nunc vobis vicem ſalutationis rependo: & in reliquũ ſi ſors obtulerit cõmeantes aſſiduitatẽ ſpõdeo familiariũ paginarũ:ut vobis poſſit liq̃re:non in mea culpa/ſed in veſtra mora fuiſſe ꝙ ſilui.

Sermonis veſtri aſſiduitate delector: & abunde ex eo munere uſurpo lęticiam.Quod em̃ veſtri animi ſpecimen/vel mei deſiderij ſolamẽ poteſt eſſe clarius: ꝙ ut apud me in dies ſingulos meritorũ veſtrorum cultus augeſcat.Amicicia enim quę celebrat̃ certis officijs/ nunꝗ certo fine cõtenta eſt. Atqꝫ ideo decet vos in deferendis officijs eſſe promptiores: cum ad ſoluendam viciſſitudinem non probetis immemorem. Vale.

Symmachus Lycinio.

Cum ad proximam urbem digrederer/ ſcribendis ad te litteris abſtinere non debui:ut te obſeruantia priſci amoris abſoluerem. Nam vetere inſtituto hic uſus increbuit: ut ingreſſi iter prælibent primicias ſcriptionis.Quare familiaris officij inuitatus auſpicio/fraternam relgionem quam mihi ſemper mẽte exhibes/mente aſſiduo ſermone teſtare. Vale.

Prompte fauendum eſt honeſta cupientibus:ut probabiles voluntates alieno etiam iuuentur auniſu. Quapropter opis indigum eſſe non patior Fœlicem ſanctiſſimũ iuuenem ad electiora tendentem. Qui ubi fori urbani diſſenſiones/ utpote ingenio mitis exhorruit:modeſtiore cauſidico dare nomẽ affectat:quem meus quoqꝫ hortatus animauit. Spopondi em̃ bonę indoli/& moribus defęcatis:nequaqꝫ defore tuę mẽtis auxilium.Ego exoratus ac facilis/non ut transfugam ſedis alterius: ſed ut affectiorem fori quietioris amplectere:qui tibi beneficijſqꝫ debebit quicquid ei ex officio bonæ fortunę aut commoditatis acceſſerit. Vale.

Longum ſilẽdo degis. Talis exempli imitator eſſe non debeo.

Quare in officia primus erupi:teq; religioſa admonitione cō
uenio:ut literarum munus quod ſpōte deferre debueras/ſal-
tem prouocatus exſoluas. Vale.

Symmachus Lepidio.

Queris ut valeam:vel quid rerum geram. Reſpondeo percun-
ctationi tuę ex amore venienti. Agri quiete delector. hæc mi-
hi ætheris præſtabit ſalubritatem/& pabulum lectioniis. Sæ
pe oculos paſco culturis:quas hiberna exercet operatio. Ti-
bi & ſecundare valitudinem/& memoriam noſtræ amiciciæ
ſupereſſe ampliſſime gratulor. Silentij vero mei non eſt iniu
ſta cauſatio. Nihil em̄ quod ſcriberē ſuppetebat: ſimulq; oc
cupato tibi auditione cauſarū/ verebar obrepere: ne multis
negocijs onus adderet loquacitas ocioſi. Vale.

Symmachus Helpidio.

Proſequor litteris ciuē amicūq; cōmunem:cuius bona quia iu
dicio tuo nota ſunt/non requirunt. Merito mihi de eo apud
ſcientem facilis ſermo & breuis eſt. Admoneo tamē ut in gra
tia mea validius diligat:meiq; apud te curā vigere documēto
aucti circa ſe amoris intelligat. Pręſētiā tuā ſpero. Neq; em̄ ſo
les ꝑmiſſa deſerere. Sed frequēs fama eſt ꝑtorianas lr̄as obſta
re diſpoſitis. Quare ne hereā diu expectationis incertus cōfir
mari ſcriptis recentioribus volo: ut ſciam moræ eſſe preciū/ſi
affuturus es: aut ſoluar manēdi faſtidio/ſi teneris. Vale.

Silentiū meū etiā ipſe rephendere/ſi lr̄as tuas aliqn̄ ſumpſiſſem.
Itaq; in altero arguere nō potes/q̄d a te cōmiſſū eſſe memiſti.
Ego tn̄ in hęc officia primus erupi:ut & te ad ſcribēdi ſtudiū
coartarer/et amicū meū teſtimonij aſtipulatiōe ꝑſequerer. Eſt
em̄ eius induſtriæ atq; ꝓbitatis: ut fauorē tuū iure mereatur.
Pro q̄ ego petitor accedo:ꝓſumēs apd' aīm tuū nr̄as lr̄as plu
rimum profuturas. Vale.

Quod epiſtolas meas condis/amoris eſt tui:qui deſcribenda ne
ſcit deligere. Sed me fucus hic decipit. Nā præcipitor ad ſcri-
bendi fiduciā placēdi ſecuritate. & tamē ſi aliquādo reſipiſco
nimis vereor/ne iſta ſimplicitas incidat quādoq; in Plecteuē
alterū tibi diſparem. Qaure velim tibi habeas quę incognita
proferimus:licet eadem mei quoq; librarij ſeruari dicant. ſed

illi per ignorantiã examĩs. Quod te facere nõ oṕtet mercuria lis artis peritũ. Nam mediocribus ſcriptis amicorũ benigni tas ſcit fauere: alienorũ inuidia neſcit ignoſcere. Quod ſuper eſt: oro iã venias: & præſentia tua honorẽ augeas feſtorũ die rum. Nempe Mineruę tibi ſolenne dyſcholis notũ eſt: ut fere memores ſumus: etiã procedẽte æuo puerilíũ feriarũ. Ad eũ diem conuictũ tibi paramus agreſtibus holuſculis partum. quia luxuries offendit deam ſobriam. Vale.

Non ex officijs raritate amicorũ religio & cura pendẽda eſt. Plę rũq; em̃ ſcribẽdi cupidis deſit occaſio: nec tñ amicitiæ memo ria tẽporali ſilentio cõſeneſcit. Itaq; ꝙ hucuſq; conticui/ volũ tati meæ nõ debet aſcribi. multa em̃ ſtudiũ noſtrũ fortuita im pedimẽta frẹnarũt. Sed ubi tempeſtiuã comperi facultatẽ: cõ tuli in has litteras mei circa te propoſiti atq; amoris indiciũ: cõpenſaturus ꝙ hactenus ſilui frequẽtia litterarũ ſi me incẽ tiuo quodã mutui ſermonis animauerit. Vale.

Et rebus & litteris partes religionis exequeris. Nam & homini bus meis adminicula fauoris impẽdis: & me ſermonis tui ho nore participas. Ago igitur atq; habeo gratias: daturus ope rã ne officijs noſtris viciſſitudo unq̃ diſſimilis iudicet. Vale.

Cum ad filiũ meum ſcriberes ſolũ me ſtili honore fraudaſti. Po tui te ſilentij talione mordere. Sed amicorũ negligẽtię nunq̃ parem repono cõtemptũ. Atq; utinã redditę filio meo litterę nihil ex cõuentiõe fraterni debiti habuiſſent aſperitatis. Ego quoq; nequaq̃ mihi viderer omiſſus. Nunc duo pariter acci derũt: ut me & honor officij præteriret: & participata cum fi lio amaritudo pręcelleret. Vale.

Romã rediſſe me nuncio: atq; utinã ſanitatis quoq; meę iudex eſſe potuiſſem: quem labefactauit peregrinationis iniuria & hyemalis aſperitas. Sed ocio rddítus/ ſpero meliora. Ipẽ ut va leas diuina ꝑſtabũt. Nã ut homines meos ſolito fauore tuea ris/ poſtulare non debeo: cum incitamentum ſpontanea offi cia non requirant. Vale.

Pręfato opus eſt/ ſi ardua poſtulentur. Pronis ac facilibus amo ueri ambitũ nõ oportet. Breuiter igitur & ſtrictim q̃d frater meus Fuluius de vobis fauoris poſcat aduertite. Sororẽ Põ

peiam olim viro maturã/ te auſpice in manus optat accipere: nec genere minor/& re fortaſſis uberior. Nam laudabiles vitę eius artes/& ex bonorũ amicicijs ſpes ſecũdas inter ſponſalia ornamenta non numero. Sibi em̃ quiſq; habet qcquid laudi & ſpei dicitur. Mihi tanta eſt pficiẽdæ cõiunctionis huius antiquitas: ut in graui dono habiturus ſim/ ſi illius votis cura profuerit. Cum igitur res incepto honeſta/ affectu facilis poſtuletur: quęſo/ ut in promouẽdo negocio q̃ntũ me vel le conijcitis adhibeatis induſtriam. Vale.

Aſſiduitas epiſtolarũ ſuperiorũ ſcribenda cõſumpſit: ſola nunc ſupereſt ſalutationis religioſa generalitas. Et ſane ſi qua ſuppeterent paginis proſequenda/ cõmeanti rectius crederetur. Tũc em̃ ſtilo indulgendum eſt: cum recipiẽdis mãdatis proficiſcentiũ perſona non ſufficit. Nũc ſi quid ſcitu dignũ putabitis: ſine nr̃i ſermonis excurſu plenius a commeãte diſcetis.

Paſtori noſtro a Campania reuertẽti largiora de domeſticis rebus mandata/ q̃ ſcripta cõmiſimus. Plura igitur auribus q̃ lectione noſcetis. Hoꝝ plęraq; ad ſtatum ptinent patrię: quã defectu alimentorũ grauiter laborantẽ periculoſum eſt inhabitare: impium & crudele deſerere. Vale.

Dura cõmotio eſt quã gignit iniuria. Sed mollire debet dolorem medicina patientiæ. Nec deeſt vobis uſus aduerſa tolerandi. Nam crebro ictũ fortunę ferire didiciſtis. Q2 ſi in ſecũdis rebus ageretis: iure inſolitis malis fęlicitas lęderetur. Hęc ego ſcribo/ ut miratũ me ſcias: q constantiã tuam lis priuata mutauerit: quã ſub affiniũ nomine ut opinio mea eſt/ Bamiani litteris pſultator animauit. Sed illi aliud mercedis erit. Cauſę autẽ veſtrę ppugnaculum iudiciale non defuit. Impetratũ quippe eſt ab altero cognitorũ: ne impune ſit q̃d deſignauit apparitor: ab altero/ ut hęreditas tuta præſtetur. Ipſam quoq; dominã quęſtionis cum ſe ab agro recepit admonebo: ut aut deſiſtat incepto: aut ſibi grauiora eſſe ferenda nouerit. Vale.

Siquid homini tutum eſt/ in ſpem vitæ rediſſe me nuncio poſt internorum dolorem/ qui me vobis repente ſubtraxerat. Si quid igitur vobis aſperũ famę licentia nũciauit/ antiquet obliuio. Precipue autẽ de vobis impetratũ volo: ut impauida ſol

183

licitudine recurratis. Sed quia res verſa eſt ad ſalutē: iuſtis iti
neris dimēſionibus cōmuni deſiderio ſatiſfacere dignemini.

Vir conſularis pręcipuus genere/& probitate cōſpicuus: com
mendationē nō requirit alienā. Cum tui quoq; in ſe amoris
atq; iudicij teſtimonio glorieť. Cuius bona latius explicarē:
niſi eſſet operę redundātis cuncta replicare. Hoc unū adiecis
ſe ſufficiet: quicqd illi honorificentię tribueris/ad omnes bo
nos qui eum diligunt peruenire. Vale.

Poſtq; te iactatū cōperi dolore cōſueto: omīs reliquaꝶ ſollici
tudinū mearū ſenſus euanuit. Nā ut ait Hypocrates: pręſen
tia hebetāť incōmoda: ſi cui dolor maior acceſſerit. Expecto
igiť ut accepto de te iudicio lętiore in priores reuertar curas.
Cęterū in hac conſternatiōe animi mei tanq; intēpeſtus præ
tereo: & tamen cōmonitoriū iūxi: quod velim redacta in trā
quillum ſanitate conſideres. Vale.

Vrbis negocia nec vacat ſcire: nec libet ſcribere. Animus enim
morbo corporis occupatus/rebus alienis curā neſcit intēde
re. Vnū hoc ſcio: de ſeditiōibus nūcios eſſe mētitos: atq; adeo
a vero diſſentire rumores: ut nunq; maiore plauſu pfectura
celebrata ſit. Itaq; ſtudio plębis in iudicem fauor q̄q; ordinis
æmulať. Hęc ad nos/ſi qua dolorū intercapedo admittit offi
cia viuentiū pari omniū ſermōe pueniūt. Cętera hominū nr̄o
rū q verſanť in publico/ſtilus debet aperire. De me tunc alie
na querenda ſunt cū propria aduerſari quieuerunt. Vale.

Heri poſt hoīem meū ſcripſi: metu pcitus poſtq; de valitudīe fi
liæ meę amara cognitu nūciaſtis: & adhuc pendente reſpōſo
crucior incertis. Peto igiť edoceri/qd ei ad cōfirmationē ſani
tatis acceſſerit. Rerū vero pſentiū nullū vobis iudiciū facere
decreuerā: ne in aures vr̄as rediret q pbabili diſſenſiōe vita
ſtis. Sed qa ciuicus amor in negocia urbana curā vr̄am redu
xit: quędā collata in titulos breuiter pcurri: ut ſine faſtidio le
ctionis inſinuata noſcatis. Valete.

Priſca obſeruātia hūc ſcribēdi ordinē fecit: ut domo pfecti offi
ciū litterarij muneris auſpicenť. Sed longū viſum eſt operiri
humāitatis tuę lr̄as: quaꝶ nos arguimus tarditatē: atq; ideo
mutato uſu/i hoc munus erupimus. Supeſt ut libēs repēdas

quę inchoare debueras: & ꝓuocatus exerceas indicē ſanita-
tis tuę ſtilū. Ipſius Arabianæ dominę filię meę expectāus ad
uentū: licet te etiā decus noſtrū ſolenniū dierꝫ ratio cōfeſtim
ſpondeat affuturum. Vale.

Fœlix matia eſt ſuadere ociū: ſed hęc exhortatio aīm ſui itineris
reqrit. Nos neqꝫ reſidere patitur libentiū factio: nec filij iuue-
nis inſtitutio longū peregrinari. Quare ut poſſumus modo
abſceſſu/modo reditu variamus locorum diſtinctionem. Te
ſtimonio hęc eſt epiſtola ſub urbano agro nuꝑ emiſſa: quā
Decorano nr̄o ſi nihil diſpoſita turbauerit alia cōſequet̄. Ve
ſtrū eſt huiuſmodi abſentiæ noſtrę conditionē litteris frequē
tibus augere ſi placet: iuuare ſi diſplicet.

Scribenda non deſunt: ſed horret animus loqui dura memora
tu. Video tamē famā rerū urbanarū nequaqꝫ poſſe cohiberi
quę ut fieri amat in maius pręſentia nunciauit. Id ne accidat
breuiario addito/noſcenda decreuimus: ut neqꝫ litteræ quæ
vobis ſalutationē ferūt/de ſollicitis amaritudinem trahāt. Ni
hilominus rumorꝫ licētia fides ſcriptiōis excludat. Sed de his
hactenus. Filiæ valitudo grauior mihi cęteris eſt: qbus nunc
aīus aſꝑatur. Expecto igr̄i ut illi deo adiuuāte/ad ſalutē eſſe
omnia nuncietis. De qua ſi voto apta cōperero/pars iſta ſola
cij curarū quoqꝫ mearō reliqua mitigabit.

Non fruſtra hactenus reſponſa diſtulimus: tractatus em̄ nego
cij & chartatū inueſtigatio moram iuſti temporis exigebāt.
hęc ubi abſoluta ſunt cęteris quę cauſę poſcit inſtructio reci

Et quiete prouinciæ/& vigoris tui laude delector: nec quicꝗ magiſterio meo vendico: cũ om̃e quod ſpectat ad gloriã tuę potius indoli debeatur. Macte igiť primi honoris auſpicijs: & ad honorem & gloriam fęlices tende conatus: ut et tibi ad celſiores gradus ianuam pãdas: & romanum nomẽ claritudine adminiſtrationis illumines. Vale.

Soleo amicicias optimorum primus expetere: nunc fortunæ meæ inclinatio ut pręueniret effecit. Tribuenda eſt igitur nota tarditatis non negligentię/ſed mœſtitudini meæ: & bono omine familiaritas copulãda/cui auſpicium fortunatius pręſtitiſti. Sed licet me ipſe officij ordine & dignatione pręuerteris: in poſterum tamen nequaꝗ reddem iudicabis: ut animorum noſtrorum conciliatio/quæ tuo inuitamẽto ſumpſit exordium/meis litteris frequentata cumuletur. Vale.

Mallem quidem reditũ tuum ꝙ litteras impetrare. Sed habent etiam ſolacia locũ/quotiens fraudamur optatis. Vereor autẽ ne te diu ad urbem protermines. Nanqꝫ hoc nobis minať tarditatis tuæ elaborata defenſio. Quare velim noueris: nullas morę allegationes deſiderantibus iuſtas videri. Quicqd ipſe cauſationis attuleris/ſurdis ut aiunt auribus ingereť. Hęc interim. die quarto latinę vię mox agrum laurentem petiturus omitto. Eſt enim familiare mœrentibus animi curas migratione diſcutere. Vale.

Editionibus nr̃is amicã operã polliceris. Intelligo lr̃is beniuo-

lentiæ tuę effectū reſpōdere potuiſſe/ſi honoris tui tēpus fœlicitas ꝓuincię prorogaſſet. Sed ꝗuis depoſitis reipub. habenis nequeas ꝓmiſſis terminū dare: ego tamē fateor ita me vadatum gratia/ut ſperata perfeceris. Voto eñ fauētis/non exitu rei aīus obligatur. Interea abūde gaudeo: ꝙ tibi omniū rerum fama floret: & in partem quęſitę añ laudis accedo. Vale

Beaſti curiā nr̃am: forūq̧ romanū ſortiri ſicilia mgr̃a anteriorū recordatiōe metuebat. Ades igit̃ nobis expectatus: illis deſiderādus: & p̄ſume tibi accepto ferēdū/ſi ꝓuinciæ cōmodauerit poſterioris imitatio. Auctor ē bonoꝵ ſequendus/qui reliquit exemplum. Vale

Querebar tacitus ip̄e de ſilētio tuo: ſed amicā ſuccēſionē recēs ſermo placauit. Ergo in uſum veterē reuertamur: & mutuam diligentiā religioſis ſalutationibus excolamus. Vale.

Credo miraris/ꝙ adhuc crudo fortūę meę vulnere ſilētiū ruperim. Hęc ſolacia mea: his paſcor: his r̃creor. Et ſi illa duco maiora q̄ mihi ex tuo pectore & ſermōe reddūt: nolo tñ a me exigas lr̃as lōgiores. Breues ſūt doloris inducię: & mox in miſeras cogitatiōes recurrūt diſſimulata paululū mala. Ergo tua redundet potius oratio: quę et tibi laudē pariat ſeruatę amiciciæ: & mihi ſolamen afferat pręſentis ruinę. Vale.

Quod ait nr̃ comicus: nunq̄ꝫ te adeo quin abs te doctior abeā: id ego de ep̃lis tuis iure memorauerim: q̄ multis ſalibus non unq̄ꝫ ſentētiarū/plęrūq̧ v̄ſuū fartiūt. Veluti nūc lr̃æ tuę olētes platonicū nectar ꝗtum mihi mūeris & honoris dederūt. Nā niſi tibi bonarū artiū ſpectatus eſſem: nūq̄ꝫ me atticis muſis impertiendū putaſſes. Quare huiuſmodi operi frequēter accigere: et amiciciæ diligētia ſedulo ꝑſeuera: cū hoc negociū tibi nr̃i officij viciſſitudo cōmēdet. Sūma tibi laus apd' me & ſolida eſt gr̃a: qñ id affectas amicicię cultu: ut nos lr̃arū honore digneris. Sed pars epiſtolę tuę q̄ laudē mihi aſſignauit eloquij: ſit licet nimis iocūda/minus tñ eſt vera. Nō audeo ſcribere mentiris/ſed decipis cū hęc de me ꝑ̄dica. ſergo parce v̄bis lenocinātibus & fuco oblitis/et ad gr̃am cōparatis. Amiciciæ nr̃ę forte cōueniat: ut talē videri me cæteris cupias. Pudoris tñ mei eſt: ut mihi ipſe talem eſſe perſuadeas. Vale.

Expectare nõ debui litteras tuas: q̃bus indiciũ mihi faceres honoris accepti. Itaq̨ verecundiã tuã gratulatione pręuenio: & opto ut augeat gradũ meritis tuis iure delatum continuata fęlicitas. Reſtat ut ſtili aſſiduitate acuas inter nos amicicię diligẽtiã: vincaſq̨ officijs interceſſus tuos. Ille.n. venię ſtatus ĩcremẽtis ſuis maior eſt quẽ ſublimitas parti honoris inclinat.

Incaſſum diſſimulationis & taciturnitatis accuſor: cũ debitã diligentiã deo teſte nõ deſerã. Sed neq̃tia meorũ arbitror accidiſſe: ut miſſa ad te ſcripta reſideret. Quęſo igit̃ ne ex ĩfrequẽtia lrarũm meus in te animus ęſtimet̃. Nam plerunq̨ officijs ſimulatur affectio: amicicię autem ſynceritas pectoris magis fidem poſtulat q̃ delinimenta ſermonis. Vale.

Pignora noſtra cõiunximus. Atq̨ id cõſentaneum videtur: ut q̃s coitus participes habuimus/ etiam honore ſportulę proſequantur. Duos igitur ſolidos offerendos tibi miſimus: paruũ munuſculũ ſi ęſtimat̃ p̃cio ſui: religioſum ſi amore pẽdat̃.

Recte Cecilius comicus: homo inq̃t homini deus eſt/ ſi ſuum officium ſciat. Hanc ego in te dixerim ſententiam conuenire: q̃ noſtris negocijs curã vigilem pręſtitiſti. Huic in noſtro pectore memoria/ laus in ore verſatur. Nec in præſentia modo floret facti & ſtudij gloria: ſed ut mens augurat/ ęuũ vigebit: prolixior agẽdis gratijs ſermo q̃ etiã nunc cõpeteret. Ni vererer ne ſimul totum videar expendiſſe quod debeo. Impatiens eſt accepti beneficij/ qui nexu properat liberari. Nec videtur mutuã operam quaſi amicus accipere/ ſi erubeſcit ad moram gratię. Alia mei ingenij ratio eſt: pecuniæ fœnus accelero perſoluere: officiorũ vices diu opto debere. Vale.

In ſola conſcientia eſt fructus & ratio virtutis. Nihil moror ſtatuas & publica falſa titulorũ: fucum faciunt prouincialiũ oculis quę animas occiderunt. Q̃ ſi mihi ullus fauor teſtimonij publici affectandus foret: iudicio tuo & ſimiliũ cõtẽtus eſſe deberem: vel fidicinis exemplo: qui indignatus conſidentiũ turbæ/ ſibi & muſis cantum ciebat: vel ſecundũ Eraclitũ phyſicũ/ qui ſummã laudis arbitrabatur placere uni. Pro qua re eſto ſecurus patiẽtię noſtrę. Et gratulare mihiq̨ ſolus torque corda liuentium: cum aliquibus ſtatuę quoquo modo tribu

tę ſunt nihil habeant inuidendū. Vale.

Et ſi ſcio eſſe ꝟtuti cognatū pudorē: deſiderauī tñ in lrīs celſitudis tuę copiā maximarū rerū glorię cōgruētē: primo q̃d ami cicia poſtulabat ut apud amantē tui Neuū iactātię non time res. Dehic/ꝙ æque manu & ore prōptus fidē geſtoꝝ debue ras līguę honore dotare. Nūc me ad famā reijcis: & iubes au rem rumoribus de te præbere: cum tanti negocij dignitas pa rem teſtem requirat. Sed q̃a nimis ſecurus es/meritum tuum voci publicę credidiſti: contētus veritate ꝑ laude. Ergo Afri ca reuoluitur ex morbo inuictorum principū medente conſilio: quorum remedium tu fuiſti. Solent em̄ qui medicinam callent/ cum iam forte uſui in magiſterium prouehuntur ac fiunt emeriti officij/ proximis impetrare: & feriata manu curationem iuuare. Tua igitur palma laus temporū eſt: de qua ego pleue & indulgētius loquerrer ſingulari verecundię tuę: niſi mihi opido preuaricarē: ne laudatus proxime ab excellē tia tuæ famæ ratā gratiā videar retuliſſe. Hoc eſt quod aiunt mutuū ſcabere emulos. Cui ꝑuerbio ne videar eſſe cōfinis: pręconia virtutum tuarum preſſo dente reſtringo: pręclaræ conſcientię relinquens pendendum/quod vel ipſe merearis: cuius ductu prouincia mihi amica reſpirat: vel q̃d ego debeam/cuius fama ſub tali teſte nūꝗ̄ ſuccūbet inuidię. Vale.

Si nouum beneficium de urſorum comparatione peteremus/ longior ambitus eſſet habendus. Sed cum promiſſa reputan tur/admonere te potius ꝗ̄ rogare conuenit. Hæc igitur epiſtolę meę ſumma eſt: ut homines meos quibus ferarum mā dauimus emptionē/iuuare adminiculo non graueris: ut ædi tio noſtra quam deo auſpice pro filio pręparauimus/tuis au xilijs/meis ſumptibns inſtruatur. Vale.

Editioni noſtrę fortuna cōſuluit: quę te regendę Apulię voluit amouere. Vtere igitur occaſione pręſtandi: & ad præturam domus noſtrę ad quam fęliciter de tranſmarinis locis urſi ꝓxime proferētur/conueniētia decerne pręſidia: ut prioribus officijs tuis huius quoꝙ cumulus amplietur. Vale.

Sueſſanorum allegationes commēdat tibi publicus magiſtratus/mihi priuata miſeratio: atꝙ ideo a te iudiciarij vigoris au

xilia/a me verba poſcuntur. Fungor igitur partibus meis:&
te familiariter rogo: ut auditis infœlicium implorationibus/
in eā partē quę eſt iuri & miſerationi amica mouearis. Vale.
Prima mihi ſcribendi cauſa eſt:ut tibi honorificentiam ſalutati⸗
onis exhibeam: ſecunda/ut probatam mihi modeſtiam tuā
iuſta petitione conueniā. Plurimi em̄ de familia domus meæ
per fugam lapſi/in his locis quæ tibi vicina ſunt deliteſcunt.
Hos auditis allegationibus meis quæſo reſtituas. Conuenit
tuis moribus & amiciciæ noſtræ contemplationē gerere:&
ſeruili nequiciæ negare perfugium. Vale.
Poſtq̃ de freto ſiculo litteras tuas ſumpſi/ad curam viciſſitudi
nis incitatus:ſalutem mihi nuncio ſecundare/tibi opto ſup⸗
petere. De hinc de apparatu meæ editionis admoneo:cq̃uis
religioſus animus monitorem alterum non req̃rat. Præ cęte
ris autē quæ romana ſpectacula deſiderant/cocodrylos fun⸗
ctio theatralis efflagitat. De quibus fidam tuā ſpōſionē cui
facilis ſuccederet effectus:ſi peculiar iter in rem miſſis ſuffra
gĳ tui niſus adiuuerit. Vale.

Familiarium epiſtolarum
Symmachi finis.

LAVDINI EQVITIS hieroſolymitani ad Francinū Beltrandū Comitē / in epiſtolas magni Turci PRAEFATIO

Epiſtolas a me nuper in lucem editas / ad quē potius mitterem Francine q̄ ad te habui neminem. In quibus non tam mihi laus ſcribendi q̄ voluntas quæſita eſt. Nam cum mei gratia colligēdi Cicianum Campanię oppidum ſeceſſiſſem / has quidem per ocium minus accurate ſcriptas edidi: ut & tibi ſollicitudinis & ſtudiorum rationem non inuito redderemus. Commentarios vero quos olim ad ſummum Pōtificem ſcribere aggreſſus fueram: ut in aliud tempus remitterem ſuſcepti operis magnitudo effecit. At ſcio me tamen in hac re multorum maledictis exponere. Adeo peruerſa hominum ingenia ſunt: ut nemo ex conſcientia recti / ſed frontis arbitrio quiſq; iudicet. Sic ubi iam pridem verum amiſimus / hoc de me poſteris iudicium relinquo: nunc pueri naſum rhynocerontis habent.

Argumentū Epiſtolarum.

Maumetes Turcorū Imperator: cui ex magnitudine rerum geſtarum / magnus Turcus / cognomen fuit: cum Aſia potiretur / auctis paterni regni viribus / in Europam copias ingentes per Helleſpontum claſſe traiecit: quibus mox Bizantium nobiliſſimam Cōſtantini urbem vi captam expugnauit. Myſiam vero utranq; / Galathas / Thraciā / Achorā / Peloponeſſum / Acarnanes / Etholos / Ambrachiam / Epirum atq; omne Illyricum latus in poteſtatē redegit. Aſiæ vero minoris regna circiter duodecim obtinuit: Pontum / Bitinyam / Cappadociam / Paphlagoniam / Ciliciam / Pamphiliam / Liciam / Cariam / Lydiam / Phrygiam / atq; omnem Helleſpōtum: quibus imperat. Epiſtolas vero ad innumeras orbis gentes plurimas dictauit / ſyro & gręco ſermōe compoſitas: partim etiā ſcythica lingua ſcriptas: quas quidam LAVDINVS eques hieroſolymitanus / una cum earum reſponſiuis aſſecutus latinas edidit.

Turcus Zancaſſano regi Perſarũ.

AVDIO TE AD Leprã/Euphrate ſuperato/ co-
pias ingẽtes traieciſſe: quibus mox Parthorum fines ingreſſus
omnia belli incendio late vaſtaueris: ac tuorũ impetu facto/ ex
ercitum in Armeniam traduxiſſe: utq; poſt urbium direptiões
vicos/oppida & agros in prędam militũ diuiſeris. Te quidẽ mi
ror nõ victoris animum/ ſed prædonis oſtendere. Nos tamen
ex omni Græcia delectu habito/aduerſum te confligere para-
mus: ut ęquis viribus cum hoſte contendas. Turpiſſimũ quip-
pe ducimus: maximos atq; opulentiſſimos reges latronũ bel-
la imitari.

Zancaſſanus Turco

Cũ ſub radicibus Thauri caſtra poſuiſſem: mox ad Theſiphõ
tem oppugnandam cum exercitu magna celeritate contendi:
fines præterea Armeniorum late depopulatus: ut metu nobis
omnia parerent. Quo magis miror ipſe: exquo iure belli tot ac
tanta geſſimus/abs te factum meum accuſari. Non enim ex ho
ſte laudem/ſed victoriam quęrimus.

Turcus Zancaſſano.

Ad Ciliciæ anguſtias cũ exercitu perueni: quo in loco Dariũ
Alexander maximus memorabili clade ſuperauit. Nec aliam
nobis fortunam belli pollicemur: qui Alexandrum fœlicitate
ac rerum geſtarum gloria æquamus. Non enim multitudine
imperita res magnæ geruntur: ſed vi virtute paucorum victo-
ria ſita eſt.

Zancaſſanus Turco.

Cum ad vires ipſe meas reſpicio: ac magnitudinem rerũ geſta-
rum: quibus deos immortales fœlicitate æquaui: temerarios q̃
dem tuos apparatus minimi duco. Qui eo ſemper uſus ſim
inuictiſſimo exercitu/cuius virtute regum fortunatiſſimus ap-
pellarer. Bactrianoſq; omnes/ Perſas/Medos/Armenios/Par-
thos/ad univerſum pene orientẽ armis ſubegerim: ſoluſq; poſt
Alexandrum bella gentibus indixi. Tu vero ſuperiore loci for
tuna ad Ciliciæ anguſtias gloriari deſine. Indus elephas culicẽ
nõ timet. Nec vero tam difficile quicq; eſt / vel arduũ/quod nõ
ptinax militũ opera expugnet. virtus pfecto nihil inuiũ habet.

Adagium

Inuia virtuti nulla est via

Sexuares rex Armeniæ Turco.

Oratores noſtros ad Zancaſſanum in Theſiphonte miſimus: qui apparatu incredibili Meſopotamiã ingreſſus / Babylonẽ & Carras magna vi oppugnare contendit. Syriã præterea omnem & Aegyptum in prædam ſibi deſtinauit. Nuſq̃ adeo inũmerabiles copias tamq̃ ingentes exercitus in unũ coactos eſſe memoria proditum eſt: ut Xerxem/Darium/Porrum & Alexandrum magnitudine virium facile ſuperarit. Accedũt his milia equitum ſexcenta/ac etiam totidem peditũ. Apparatus vero belli magnificus & locuplex. Tentoria vero ipſa gemmis ac etiam vario lapillorum genere diſtincta regiam ſupellectilẽ oſtendunt. Pellices in contuberniis/totidemq̃ pueros ultra ſeptingentos adeſſe memorant. Eunuchi præterea cum metatoribus impedimẽta ſecuti ad. vi. milia referũtur. Arma etiã cuiuſq̃ generis ad uſus caſtrorum affirmant: gallicos thoraces: numantina hiſpanorum ſcuta: latinas ocleas: ſagittas Cydonum cretẽſes: arcus parthicos: & ægyptiorum sariſſas. Hæc tibi omnia p̃ ſpeculatores noſtros q̃ diligẽtiſſime cognita nũciamus. Quis enim aduerſus eum temere quicq̃ audeat / qui cũ Diis ipſis de imperio certare videatur? Aut quiſnam rebus ſuis cõſulere nõ curet ſedulo ob incuriam faciliter perituris?

Turcus Sexuari.

Quę nobis de apparatu Zancaſſani per legatos ſignificaſti/militum quidem noſtrorum animos auxere: quibus ad diripienda hoſtium caſtra ſpes longe melior/ac belli fiducia maior acceſſerit. Pellices vero/gemmas atq̃ exercitus ornamenta nihil ad victoriam conferre exiſtimo. Quæ cũ hoſtibus impedimento ſint: utpote laſciuæ Veneris facilia arma / vanæq̃ diuitiarum oſtentationes: noſtrorum potius animos ad prædam accendere videntur. Nec tamẽ de apparatu regio/ nec delitiis contendimus: ſed de victoria ac militum virtute/quibus regna parari ſoleãt. Copias inſuper quas adeo innumerabiles recenſuiſti/facile contemnimus exemplo Alexandri magni: qui militũ ſuorum acerba paucitate/p̃miſcuam Darii multitudinẽ ſtrennue ſuperauit. Nimirum ideo: quoniam imperita multitudo ad fugam promptior eſt q̃ ad victoriam.

Soldanus Turco.

Cum tot uſq; victorias / rerum geſtarum magnitudinē ipſe de te audiam: nulla quidem ratione ſatis adduci poſſum: hæc vel tua / vel militum virtute geri: ſed fortuna profecto / quę in omni re dominatur. Neq; tamen ipſe tuis laudibus inuideo. Quis enim virtutem etiam in hoſte non probet? Sed ea quippe eſt rerum humanarum imbecillitas: ut niſi cuncta fati neceſſitate regantur / fortunę potius omnia ludibrio expoſita ſint: q̄ vel prudentia hominum / aut conſilio recte gubernari queant.

Turcus Soldano.

Longe quidem aberras: ſi eos qui res conſulto agunt / fatis omnia credere exiſtimas. Virtus profecto nunq; fortuna regitur: ſed ratio ipſa animi eſt quę in cunctis dominatur: & qua cæteris animantibus ad deos ꝓpius accedamus. Tu vero tñ eoꝝ q̄ tot ac tanta geſſimus rationem accipe. Si nobis ſpeculatores & vigiles non deſunt: ſi nobis etiam miles veteranus adeſt: ſi tyro quis ex omni numero delectus: ſi prętere a exercitus ingens vincere aſſuetus / vinci vero nunq;: & qui longas hyemes ſub pellibus duriſſime agat: ac maximis ſæpe in itineribus / periculis / laboribus & vigilijs terra mariq; expoſitus ſit: nullaq; bellandi intermiſſione fatigatus: & cuius acies nunq; loco ceſſerit: ac nemo pedē referre audeat: & qui frigoris / ęſtus ac inediæ patientiſſimus ſit: nec fractus in aduerſis / nec in ſecūdis elatus: & qui mala poſtremo omnia virtute ſuperauerit: & lōginqua domo militia tot innumeras orbis gētes & incredibiles ſępe hoſtium exercitus fuderit: cuius gratia & ipſe uniuerſi pene oriētis Imperator conſtitutus ſum. Si hæc igitur omnia fortunam vocas / & caſu euenire: fateor cuncta quidem fortunæ ludibrio agi.

Turcus Poncifici romano

Corinthum Achaię nobiliſſimam urbem / Etholos / Acarnanes Macedoniam atq; omnē Peloponeſſum armis inuaſimus: vicos præterea / agros & oppida late incēdio depopulati: ut mox in Italiam bellum tranſferamus. Hæc tibi omnia cum ſummo chriſtianorum metu ac detrimento nunciamus.

Pontifex romanus Turco.

Q̄ Gręciam omnem ferro igniq; vaſtaueris: non tam crudeli

tatē in hac re tuã/ꝙ tot urbiũ direptiões ulciſci paramus. Necꝙ
etenim victor hoſtibus ignoſcere poteras:q tuis etiã immanit
ate/ſcelere ac libidine nunꝙ pepciſti. Nec enim piũ phaſue qc
ꝙ apud hoíes eſſe põt/cui neglecta religione deus in contem-
ptu ſit. Nos tñ vero nullum a te bellũ in Italia meruimus. Facile
em̃ ſcelerata hoĩm arma cõtẽnit/q dei numine ac pſidio tutus ẽ.

Turcus Pontifici romano.

Fruſtra ꝑ Deos ĩmortales nobiſcũ agis:q nec tecum de pietate/
nec de religiõe/nec iuſticia/ſed de Imperio cõtendimus. uter ar
mis victor extiterit/eidẽ belli cã debebit. Crudelitatẽ vo ac etiã
ſcelera(q̃ nobis duo grauiſſima obieciſti)ideo in captiuos exer
cemus:ut eũ eſſe mere qdẽ experiant quẽ verbis hoíes pdicãt.

Pontifex romanus Turco.

Etſi tecum nobis iuſtiſſima belli cauſa eſt:nõ pari tñ ſcelere vel
etiã ipſa libidine regnadi/ſed pro tuẽda hominum libertate ar-
ma ſũpſimus. Quis em̃ mores tyrãni pditiſſimos æquo animo
ferat? Nanꝙ q̊d plerumꝙ in cęteris uſu euenit:ut vel metu/vel
odio nõnunꝙ etiã ira in ſubditos acerbiores reddant. Ipſe om
nibus ſpõte ĩmanior es:q crudelitate potius ꝙ victoria gloria-
ris:ac ea tanꝙ parũ ſit admiſiſſe/ captiuis etiã ſp calamitates ex
probraſti. Meritas igit pœnas exolues. Vltor enim ſcelerũ De
us/vindictæ tarditatem ſupplicij grauitate compenſat.

Turcus Venetis.

Ad Patras ingenti cũ exercitu veni. Vidi:& vici. Hæc vobis cũ
maximo reipub. detrimento nunciamus.

Veneti Turco.

Nec belli uſu/nec virtute militum/ſed nos fortuna ad Patras ſu
peraſti. quæ cũ minime ſit in poteſtate hominũ ſita / eandẽ ipſe
rerũ viciſſitudinẽ qua nũc leuiſſime omniũ ſtolidiſſimus glori
aris expecta. Parũ em̃ laudis victoria habet / in qua plus fortu-
næ ludibrio actũ eſt:ꝙ hominũ virtute ſeu cõſilio pui ſum.

Turcus Græcię Magiſtratibus.

Nõ pigebit vos tandẽ ab armis diſcedere:q̊s totiẽs a me victos
acie/bellũ adhuc reparare audio. Victores em̃ arma decet infer
re. Victos qdẽ obtẽperare legimus. Tutius igit eſſe vobis du-
cimus:ęquas pacis cõditiones accipere:ꝙ ſi rurſũ a me bello ſu

perati/pacem ſimul & arma amiſeritis. Nam ſera nimis eſt poſt cladem deliberatio.

Græciȩ magiſtratus Turco.

Nec prius ab armis diſcedemus/ꝗ̄ te bello congreſſi/propulſemus iniurias quibus nos abs te victos fuiſſe totiens tua ex dementia gloriaris. Dubios enim rerum euentus & communem belli fortunam non ignoras. Pacem vero quam ut victis obtuliſti recuſamus. Minime quidē rei gerendæ cōſilia apud hoſtes quærenda ſunt.

Turcus Venetis.

Claſſȩ veſtra quā ad belli naualis uſum maximā cōparaſtis/Liciæ maritima infeſtari audio: ac vos late regni mei fines depopulatos/Athaliā Pamphiliȩ urbē armis circumſediſſe. Videte obſecro quos tandem exitus hæc habitura ſint. Aliena temere oppugnat/qui ægre ſua bello tueatur. Vos nāqꝫ poſt amiſſam Calcidem ſeruare potius rempublicā ac nominis dignitatē retinere oportet/ꝗ̄ armis imperium quærere.

Veneti Turco.

Nec Peloponeſſus/nec Calcis equidē ipſȩ iāpridē bello amiſſȩ nos ab oppugnatione perterrent: quas non ipſa virtute militū nec viribus expugnatas/ſed facta noſtrorū deditione in poteſtatem redegiſti. Nos tamē qui non armis perfidiā/ſed victoriam quærimus: oīa tuis infeſta mari ac terra claſſe reddidimus. Nec em̄ ad generoſi principis animos virtute accedit: qui non iure belli captas urbes/ſed inſidijs ꝓditas in deditionē accȩpit.

Turcus Genuenſibus.

Audio Menedorū veſtros apud ciues graui mei nominis contumelia ſæpe concionari: tanqꝫ nos iniuria aliqua maledicēdo afficiat. Erratis vehemēt. Nō em̄ maledictis vobiſcū/ſed armis cōtendimus. Atqꝫ is de ſe facile rumores in hoſte contemnit:q regnādi libidine nullā iāpridē apud hoīes infamiā declinauit.

Genuenſes Turco.

Nec patrū auctoritate Menedorus/nec urbis decreto ciues te noſtri probris omnibus inſectant: ſed priuato quodā & inexpiabili odio: quo tibi omnes ad iniuriā prouocaſti. Nos ꝟo nō maledictis iniurias/ſed armis propulſamus. Parū tamen noſtra

ſententia rei conducit/qui de te ferant̃ in con[illegible]tionibus rumo-
res. Nullã qdẽ honeſti rationẽ exigit vitę male actæ turpitudo.

Turcus Naricijs.

Dementiã veſtrã / non belli metũ accuſamus Naricij: qui a me vobis arma ultro inferri perſuaſi eſtis: tanqꝫ nũc ſibi in mures prædã leo meditetur. Non pudet vos igitur culices in elephantem confligere.

Naricij Turco.

Vtinam vilis prædę Naricios contemneres: ipſi enim ad vires parũ tuas reſpiceremus. Sed nobis ignoſce tot mala in hoſte ꝑpeſſis. Nos quidẽ prętertita futuroꝝ rationẽ habere cõpellunt.

Turcus Corcyrenſibus.

Faſſi mihi eſtis iniuriam Corcyrenſes: qui Ambrachię fines & late Acarnanũ agros depopulati / omnia in prædã diripuiſtis: cum tamen ipſe vobis totiens antea ignouiſſem. Sed qui prius iniurias intulere/grauiores ipſi expectent neceſſe eſt.

Corcyrenſes Turco.

Erras væhementer: ſi nos tibi faſſos iniuriã tm̃ exiſtimas: nec tuorũ clades & belli detrimẽta intuliſſe. Nos ideo aduerſum te prius arma ſumpſimus: ut grauiora in hoſtem moliamur. Neqꝫ enim tyranni crudelitatẽ ferre æquo animo poſſumus: q nullo immanitatis ſcelere ac libidinis genere omiſſo vim omnibus attulerit.

Turcus regi Cypriorum.

Ad Kalendas ſextiles cũ exercitu in Ciliciam perueni: ut Tharſiam urbẽ opulentiſſimã expugnarẽ. Lupum vero claſſis tuę legatum/non longe a Phreatis captũ occidimus. Tu igit̃ qui paternũ regnũ adeptus es / nunc fortunæ leuitatem metue. Nihil in humanis rebus diuturnũ atqꝫ idem fœlix eſſe poteſt.

Rex Cypriorum Turco.

Cum bello Cyprũ repeterẽ: nullis paterni regni viribus hoſtẽ ad Ceraumia vici: qui tunc meorũ ope deſtitutus/apud Carras exulabã. Mox tamẽ inſulã parua manu ingreſſus/ incredibiles hoſtiũ copias ſuperaui: ut me quidẽ omnes Euagorã anteiſſe prędicarũt. Nos igitur omnia conſilio gerimus/ac militũ virtute: nec tã bene geſtis gloriamur/qꝫ futura ꝓuideamus. Tibi ve-

ro præſertim fortuna longe metuenda eſt/qui tot rerũ ſucceſſi-
bus ac nimia uſus fęlicitate videaris. Nam omnia fatis cõmitte
re/non tã homini incertum eſt ꝙ ſæpe temerarium.

Turcus Methonenſibus.

Nec urbem veſtrã Methonenſes oppugnare: nec tamẽ ab ex-
ercitu noſtro tutã eſſe volumus: donec belli diuturnitate ciues
in odium arma verterint. Sic enim valitudine ſemꝑ aduerſa la-
borantibus/mors nempe languoris tædio exoptatior eſt ꝙ vi-
tę longitudo.

Methonenſes Turco.

Parui ſiquidẽ ſꝑ arma fecimus: quę ignauis terrorem/ fortibus
vim nullã afferãt. Tu tñ eſſe de nobis ſollicitus deſine: q ſine ho
ſtium cõſilijs aduerſa perferre didicimus. Scito prȩterea nunꝙ
arma in odiũ verti/quibus aduerſus tyrannũ patriam libertatẽ
parentes ac liberos egregij ciues tueantur.

Turcus Coronenſibus.

Nõ pudet vos Coronenſes ter ad Mantineã acie ſuꝑatos/vires
reparare. An ne ideo bellũ ſꝑ geritis: ut vinci totiẽs ſero pȩnite-
at? Si vero pacis obtinẽdȩ gratia in nos arma ſumpſiſtis: timori
veſtro ignoſcimus. Si rebus afflictis vincendi ſpe: inſaniã accu
ſamus.

Coronenſes Turco.

Qui bellũ totiẽs in hoſtes moliunt: hi ſe quidẽ pacis ſtudioſiſſi
mos lõge oĩm declarãt. Pax ꝟo nulla ciuibus/aut ſecuritas red-
di poteſt: niſi pugna cũ hoſtibus cõmiſſa. Nam belli ſemper &
pacis arbitria in victoria poſita ſunt.

Tutcus Ponticis.

Naues onerarias q̃bus veluti propugnaculis maria infeſtabã-
tur/captas in Egeis ad vos remiſimus. Neq; tñ per deos ĩmorta
les ut aliq̃d ad gratiã cõtuliſſe videamur. Nobis multo quippe
glorioſius eſt/liberaliter in oẽs plura cõferre ꝙ accipere.

Pontici Turco.

Liberalitate in oẽs uti/q̃d hercule aliud eſt: ꝙ hoĩm gratiã ꝓme
reri? Tu ꝟo nauibus ad nos remiſſis ex hoſtibus iãpridẽ/ nũc
belli ſocios reddidiſti. Adeo pulchrũ eſt iniurias in grãm com-
mutare.

Turcus Macedonibus.

Legati ad me veſtra mandata pertulere: quibus nos ad odium
potius ꝙ ad gratiam prouocaſtis. Vos enim totiens iãpridẽ vi

ctos & ſupplices decere magis videbatur/ pacis conditiones recipere ꝙ afferre impudentius. Turpe quidem eſt: calamitatibus affectos ſuperbe cum victoribus agere.

Macedones Turco.

Nulla tecum nobis ex æquo pax eſſe pōt: ꝗ tueri patriã libertatem ſtudeamus: tu vero armis Imperium quærere. nec tamē niſi conſtanter & ingenue de republica loqui poſſumus: ꝗ ꝑpulchrius libertate nihil apud homines eſſe ducimus. Hoc tamen commune tyrannis vitium eſt: ut graui ſemper odio liberas ciuitates inſequantur.

Turcus Aſiaticis.

Oratores veſtri apud Zizicum legationem expoſuere: ꝗbus re nobis hoſtes/verbis quidem ſocios ad arma oſtenditis. Aut igitur naues longas ꝙ primum nobis ſubſidio mittite: aut bellum eligatis. Neq; enim verbis ſemper amicorum voluntates/ ſed(cum facto opus ſit) tamen maxime rebus declaranda eſt.

Aſiatici Turco.

Q; multa coram per legatos pollicemur: tibi autem perpauca exhibemus: alterum grati quippe animi eſt/ alterum inopiæ aſcribendum. Munera vero ad te per Mearthum miſimus: ꝗ ſi tuis animis fortaſſe minora videbuntur: noſtris tamen viribus maiora fuiſſe exiſtimabis.

Turcus Bityniis.

Nec ad belli uſum naues/ nec pecunias in tēpore miſiſtis. Tarditatē igitur veſtrã accuſamus. Videte obſecro ne vobis infenſi reddãtur quos per negligentiam contemnere videmini. Præſtat em̄ voluntarie ſemper in hoſtes arma ſumere/ ꝙ poſt multas iniurias ad bellum cogi.

Bityniꝫ Turco.

Naues ex omni numero ſecundo nuper incendio conſumptas miſimus: reliquæ vero ad Maleã partim illiſæ ſcopulis/ partim etiam abſorptæ in profundum hoſtium cōflictu periere. Pecunias vero omnes belli diuturnitate exhauſimus. Ignoſce igitur tot fortunę calamitatibus affectis. Nulla em̄ libertate uti poſſūt qui extrema reꝝ inopia laborant.

Turcus Delphicis.

Nec Apollinis veſtri oracula/ nec medicinæ auctor Aeſculapius vos omnino ab inſania liberarēt: qui rē adeo inconſulte geſſiſtis/ut ne Minerua quidem ipſa cōſilium vobis in tanta demētia afferre queat. Nā corporis ſæpe languores ope adhibita curantur: morbo quidē animi vis nulla mederi poteſt.

Delphici Turco.

Sapientia quidem a rebus gerendis plurimū diſtare videmur. Nobis tamen quod & medicis plærumq; euenit: qui aliorum morbos ad ſanitatem perducunt: ſibi vero nequaq̄ medent̄.

Turcus Pergamenis.

Expeditionē aduerſū Euboicos Pergameni ſuſcepimus. Vos autē ideo nobis ad Marathonas occurrere iuſſimus: ut qui veſtram ſemper erga me fidem opportune declaraſtis / nūc etiam cum opus ſit celeritate oſtendite. Duplex profecto illis gratia debetur: qui in dando non ſolum beneficio liberales/ſed etiam promptiſſimi in exhibendo videantur.

Pergameni Turco.

Claſſe ingenti ad bellum proficiſcimur: ut vires tuas non ſolū augeamus/ſed & Calcidenſes fortius oppugnentur. Illis tamē gratiæ nequaq̄ habendę ſunt: qui cū poſſint quod iure debēt/ illiberaliter exhibeant.

Turcus Mitylenis.

Fides veſtra Mityleni & ſi omni tempore nobis ꝑfecta eſt: nūc eam tamen maximam omniū declaraſtis: quos quidem urbis portas hoſtibus occluſiſſe audio. Non enim aliorū perfidiam libenter imitamini qui nouis ſemper rebus ſtudent. Adeo pulchrum vobis eſt: amicitiæ iura ſimul tueri / atq; armis patriam defendere.

Mityleni Turco.

Bitynei quibus extincta omnino repub. ſub tyrannide perpetuo agendum eſt: ſatius in poteſtate unius eſſe duxerūt/ q̄ multorum regna experiri. Fidem igitur noſtram in hac re non tam probare debes q̄ admirari prudentiam. Non enim eos libēter imitamur: qui morbo incurabili laborantes/ multos ſibi medi-

cos adhibent: nullam tamen ad crebra remedia corporis valitu
dinem recipiunt.

Turcus Amazonijs.

Si pro tuēda ciuium libertate Amazonij/ bellum aduerſus me
ſuſceperitis: non tam vos ipſe hoſtes iudicarem/ ꝙ egregios ci-
ues pro patria/liberis ac parentibus arma ſumpſiſſe. Sed nulla
quidem ratione perſuaderi valemus: eos nunc virorum impe-
ria recuſare/quos olim regna fęminarū tādiu pertuliſſe audio.

Amazonij Turco.

Amazonidum regna quæ nobis ad contumeliam obijcere vi-
deris / nos minime quidem alijs parere hortantur. Turpiſſimū
enim ducimus: viros fœminarum virtutibus ſuperari. Eos igi-
tur inuictos armis & pricipatu digniſſimos arbitrare / apud ꝗs
etiam mulieres imperare didicerint.

Turcus Illyricis.

Nec urbem veſtram armis tueri / nec diutius obſidione premi
ſuſtinetis. Aut igitur victis leges accipiendę ſunt: aut arma tyrā
ni propulſanda. Demētium ſane eſt: omnibus ſociorum auxi-
lijs atq; ope deſtitutis cū reipub. detrimento bellū protrahere.

Illyrici Turco.

Cum nobis ſemper animos ad retinendam libertatem affuiſſe
non ignores: ſpes adhuc noſtras libenter amplectimur. Neq;
vero in deterius labi fortuna poteſt / ubi afflictis rebus opem
afferre nequeas.

Turcus Rhodijs.

Si vobis eadem Rhodij quę animi eſt virium quoq; magnitu-
do par eſſet/vos longe quidem omnium inuictiſſimos ducere.
Sed cū viris / equis/armis / pecunijs & commeatu bella paren-
tur: veſtram magis fortunam reſpicere oportet/ ꝙ nos temere
in pugnam laceſſere. Minime enim par ratio videtur: hoſtem
poſſe animis/atq; eundem viribus ſuperare.

Rhodij Turco.

Et vires nobis atq; animos ſemper affuiſſe / multis ac maximis
tuorū cladibus non ignoras: omniaq; in primis ad neceſſarios

rerum uſus abunde comparauimus: ut non minus domi Rho
diorum prudentiam ꝙ foris in bello magnitudinem animi ad
mirere. Nos vero & ſi armis inferiores ſumus: a te profecto for
tuna/non virtute ſuperamur.

Turcus Rhodijs.

Audio vos Rhodij/nunc foſſas urbis ingentes/ac triplici vallo
muros circumduxiſſe: portus vero geminos ad Mādrachium
Colloſi ferreis arctaſſe catenis: ut ciuitas ab incurſu hoſtium li-
bera ſit: & nos ab oppugnatione veſtra deterreamur. Res pro
fecto memoratu digniſſima. Quid enim pulchrius/ ꝙ liberta-
tem patriam/liberos ac parentes/ſeruata repub. armis defende-
re: Sed qui tamen vobis animus eſt/per Deos immortales: tam
ingenti apparatu noſtris viribus terra ac mari obſiſtere: Poſt
enim Bizantiū/ Leſbon/Peloponeſſum & Calcidem expugna
tas: vos aliarum potius urbium fatum decet imitari/ ꝙ exem-
plum cladis prębere. Nam qui viribus maiora audent/ temeri-
tatis quidem pœnas ſæpe dederunt.

Rhodij Turco.

Græcorum nobis captiuitatem non tam cōmemorare debes /
ꝙ nos alijs in exemplum virtutis referre: q iuſtiore belli cau-
ſa meliorem quoq; rerum fiduciam gerimus. Te vero ſemel ad
Coum his etiam armis ad Calymnum urbem vicimus. Solda-
ni quoq; Babyloniorum regis vires & arma obſeſſi profliga-
uimus. Aegyptijs vero/Syrijs & Phœnicibus nauarchæ Rho
dij bellum ſæpe intulerūt. Nolito igitur aduerſum innumeras
orbis gentes victoribus nobis fiduciam exprobrare: qui alio-
rum potius aduerſū te animos virtute noſtra augemus/ ꝙ ex
captiuorū cōmemoratione terreamur.

Turcus Epiris.

Dirachium/Apolloniam/atq; omne illyricum latus ab exer-
citu noſtro infeſtari nuper ex legatis Moloſſorū cognouimus:
atq; viarum anguſtias latronibus obſideri: nihilq; vicum intra
Macedoniam eſſe retulerunt. Nos vero Epiri iampridem fatis
omnia credidimus: ac ius marinū experimur. Quā ob rem pri
ſtinę virtutis memores/decere vos magis arbitror: acceptas ul
ciſci iniurias/ꝙ de his fruſtra per legatos verba facere. Nō em̄

oratione/ ſed bello vis hoſtium propulſanda eſt.

Epiri Turco.

Si nobis id quidem armis licuiſſet: acceptas ab hoſte iniurias ulciſci mallemus / ꝙ de his tecum per legatos agere. Sed cum nullis viribus id aſſequi valeamus: ſatius quidẽ eſſe duximus pacem ab hoſtibus petere / ꝙ bellũ fruſtra moliri. Nam recte omnia conſilijs prouidiſſe/non tam prudentiæ debet ꝙ fortitudinis videri.

Turcus Dalmatis.

Tributa vobis imperauimus: quæ cũ ſero nimis exhibeãtur id facere inuiti oſtenditis. Aut igitur fidem veſtrã cum opus ſit/re nobis comprobate: aut bello vos hoſtes declarabimus. Minime quidem decere videtur in amicitia diſſimulatio.

Dalmatę Turco.

Tarditatem minime noſtram accuſare debes. Nullo enim pacto exhibere tributa poſſunt/qui nullam colligendi pecunias facultatem habent. Quã ob rem minime hoſtes iudicandi ſunt: qui fide tñ in amicos/liberalitate vero nulla ob inopiã utant̃.

Turcus Apulis.

Brutiorum urbes atq; omnẽ late Apuliã iure belli repetimus: qui ut Græcos armis ſubactos noſtro adiecimus imperio: nũc etiam Italiæ quoq; oram armis inuadere paramus: quę magna quondã Gręcia vocitata eſt. Vos igit̃ aborigenes veſtros pulcherrime imitati/deditionem facite. Turpe quidem videt̃ egregijs ciuibus/ab inſtituto maiorũ ac patrię legibus deſciſcere.

Apuli Turco.

Qui omnia ex libidine agũt/ vis ſibi quæ ſit in armis declarãt Tu vero & ſi nos græcorum calamitates ſequi iubeas: non tam nobis eorum leges ꝙ regnum perſuadere niteris. Sed nullo pacto fieri poteſt: ut tibi cæteris ad gratiam promptiores reddamur: qui captiuos omnibus a te ſupplicijs affectos/inter varios cruciatus crudeliſſime enecaſti. Facile enim clæmentia/ liberalitate & iuſticia regna parari ſolent: difficillime vero ſub tyrannide armis retineri.

Turcus Brunduſinis.

Portus nobiliſſimi ad nauium receptacula atq; urbis veſtræ ſi

tum ex legatis Meſſapiorũ cognouimus. Vos idcirco cum Hydrũtinis belli ſocios nobis ad arma pollicemur. Copias nanq; in Italiam traijcere paramus: quibus ingenti comparato exercitu victoriã cõſequamur. Minime igit eũ vos decet aſpnari: quẽ ob iuſticiã ſui diligere poſſint: atq; hoſtes ob arma formidare.

Brunduſini Turco.

Non pudet eos te belli nepharij ſocios in arma reuocare: quos ſemper hoſtes omnium acerrimos habuiſti. Deteſtanda quidẽ arma tyranni ſunt: cui poſt victoriam inter crudelitatem / ſcelera & libidines captiuis mox ſeruiendum eſt.

Turcus Syracuſanis.

Audio vos Syracuſani cum Agrigentinis/Meſſanis & Cataneis aduerſum nos (pro reſtituenda Græcorum libertate) conſpiraſſe. Nos idcirco ex Peloponeſſo copias ingentes Syracuſas traijcere paramus: ut eos nunc hoſtes experiamini/quos prius ſocios nullo iure contempſiſtis.

Syracuſani Turco.

Cum gerendi belli fiducia aduerſum te arma ſumpſerimus: nil temere profecto aggredi in hoſtem videmur. Nam qui iuſtius de imperio certant/promptiores ad victoriam redduntur.

Turcus Italiæ magiſtratibus.

Germaniam / Gallias / & Hiſpaniam aduerſum nos concitaſſe audio: voſq; illis ad bellũ duces exhibuiſſe. Parũ ſibi qdẽ cõſulere videtur: qui temere hoſtẽ in pugnã nulla cauſa laceſcunt.

Italiæ Magiſtratus Turco.

Iuſtiſſima nobis tecum belli cauſa eſt: qui ſæuiſſimi tyrãni crudelitatem ac ſcelera deteſtantes/arma aduerſum te velut publicum naturæ hoſtem ſumpſimus. Nec ſolum cũ Germanis/Gallis/Hiſpanis & uniuerſo occidente conſpirauimus: ſed liberas ciuitates etiam per legatos aduerſus Turcorum gentem undiq; ſollicitauimus. Idcirco perſuaſi a nobis chriſtianorum opulẽtiſſimi reges: coactis ad bellum viribus/populos in arma concitarunt: ut tot crudelitates tuas/furorem/cædes/libidinem/ incẽdia & urbium direptiones ulciſcãtur: ac defenſa hominũ libertate/tuis ab iniurijs orbem vindicemus. Iuſtiſſima quidẽ arma ſunt quibus publica omnium ſalus cõtineatur.

Turcus Florentinis.

Mercatores veſtri qui Galathis & in Ponto negocciantur / ad nos Theſſalonicæ oratum miſere: ut illis vectigalia a publicanis/ & commeatus omnes liberi eſſent. Nos igitur quibus nihil pulchrius eſt/ q̄ in amicos liberalitatem oſtendere: veſtros ciues libertate donauimus. Nam qui benemeritis de ſe beneficium contulit: is nō tam aliquid exhibere/ q̄ gratiam referre videtur.

Florentini Turco.

Beneficiorum magtūdine a te profecto ſuperamur: gratitudine vero animi nequaq̄. Nā dignum te aliquid in ciues noſtros contuliſſe/ id quidē multifecimus ſemp. At nos vero maiora tibi viribus referre pluris hoc eſſe ducimus. Nō em̄ magnitudine rei beneficiū/ ſed voluntas animi officio penſanda eſt.

Turcus Cretenſibus.

Turpe quidem nobis eſt Cretenſes: amicitiā colere: in qua bellum potius aduerſum nos q̄ pacem oſtenditis. Sed videte queſo: ne vobis temerarium ſit: eos mox ut hoſtes formidare/ quos prius ſocios nullo iure contempſiſtis. Multos enim ſæpe conatus ſui pœnituit.

Cretenſes Turco.

Et vim vi repellere/ ac dolum dolo nectere nobis ſemper maiorum inſtituto licuit. Neq; tamē amicitiā violamus/ ſi inimicorū iniurias ulciſcimur. Sed quo nam pacto tu a nobis fidē exigis: quam ipſe nemini unq̄ antea præſtitiſti?

Turcus Epidauris.

Abydeos/ Phryges & Dardanos maris antea prædones/ nunc claſſe ad Milas interceptos: ac varijs cruciatibus enecatos audio. Id quidē a vobis iure belli factū exiſtimarim. liburnicas tamen ac biremes incendio abſumpſiſſe/ turpiſſimum ducimus. Non enim bellum vobis cum nauibus/ qui nihil ſentiāt: ſed cū rectoribus ſuis gerendum eſt.

Epidauri Turco.

Et pyratas iure belli captos / & liburnicas incendio abſumpſimus. Illos vero q̄ nos ſæpe incurſionibus infeſtarunt: has quidem q̄ latrones finibus noſtris inuexerant. Par ergo duximus

naues cum rectoribus ſuis incendere/quæ prędam noſtrorum ac ſpolia in Aſiã auexiſſent. Arma enim quibus oppugnamur pro hoſtibus habenda ſunt.

Turcus Nauplenſibus.

Non ceſſabitis ab iniuria Nauplenſes: qui fines Acheorum ingreſſi/multos quidẽ mortales crebris excurſionibus in prædã abduxiſtis. Quo pacto enim fieri poteſt: ut qui metu clauſi p̄mantur obſidione victoris/agros & oppida late incẽdio vaſtauerint? Sero tamen patrię conſulere videntur/qui deſperatis rebus conantur extrema.

Nauplenſes Turco.

Et patriæ in primis ac ciuium ſaluti(quibus omnia debentur)vitam obiecimus. Aut em̃ pro defẽſione reipublicæ/ſalua nobis libertate/ honeſtiſſime cadendum eſt: Aut depulſo tyrãni iugo priſtinam retinebimus libertatẽ. Nihil vero pulchrius eſſe ducimus: q̃ parẽtibus/liberis/ac rebus poſtremo omnibus patrię libertatem anteponere.

Turcus Pannonijs.

Virtutem veſtram Pannonij & ſi bello maximam ſæpe declaraſtis: plus tamen vobis incõmodi attuliſſe q̃ boni quicq̃ uſu didiciſtis. His vero qui maiores viribus animos gerũt/ ſemper affuit in bello temeritas.

Pannonij Turco.

Nec belli a te conſilia/nec armorũ quibus oppugnamur rationem ab hoſte exigimus. Satis prudentię quidẽ gerendis rebus habere exiſtimantur: qui virtute animi & cõſtantia victoriam ſibi cum laude pepererunt.

Turcus regi Ferdinando.

Egregias laudes tuas / & inuicti animi magnitudinem / ac rerū geſtarum gloriam libentiſſime accipio: qui cum totiens bello hoſtes profligaueris: ea ratione viciſti / ut victis poſſes ignoſcere: nec ut iuſtiſſimam ultionis iram hoſtis publicus / verū animi clęmentiam quiuis in te experiretur: id quod ſummum in principe ducimus. Fortuna quippe aduerſa te ſemper inuictū præſtitiſti: nec in ſecundis rebus elatum. Hæc ideo de te libēter cōmemorauimus: quoniā ſæpe etiā virtus in hoſte laudatur.

Rex Ferdinandus Turco.

Etſi pulcherrrimum eſſe ducimus: aliquo inſigni merito ab hoſtibus laudari: ꝙ eorum verius probamur teſtimonio: & amicorum ſępe iudicio fallimur. Nos tamen verbis non tam glorię voluptatem quęrimus / ꝙ̄ aut propriam ex rebus geſtis laudē aſſeq̄mur. Hęc vero libētiſſime cōplector: eū tibi me videri quē ſil hoſtes ob virtutē admirari / & ciues ob iuſticiā colere poſſint.

Turcus Chijs.

Tributa vobis Chij remiſimus. nā cū veſtrorꝫ erga nos meritorum magnitudinē reſpicerēus: vos q̄dē eſſe iuſſimus im̄unes. Non enim ab amicis pecunia / ſed fides exigenda eſt.

Chij Turco.

Nō q̊d ꝓ tua erga nos liberalitate optauimus (id em̄ minime aſſeq̄remur) ſed q̊d valuimus / grās tibi im̄ortales hēmus in poſterum. Hoc nobis tamen ſolatio eſt: ꝙ facultate ab amicis / non liberalitate vincimur.

Turcus Siculis.

Carthaginenſiū duces (quibus olim cū Romanis de Imperio orbis diu certatū eſt) multis vos ſępe cladibus afflixere: ꝙ partium ſtudia ſecutos ęgre in fidē retinerent. Nunc vero ſubſidia Rhodijs ad Halicarnaſſum miſiſſe audio: & cōmeatus omnes ad belli uſum nauibus onerarijs cōportaſſe. Vos igitur hoſtes publicos bello declarabimus: ut qui fruſtra læſerint / temeritatis pœnas luere cogantur. Non enim ſolum nobis tutū eſt ab aliorum iniurijs vindicare / ſed hoſtibus etiam formidoloſum.

Siculi Turco.

Nec contra te arma ſumpſimus / nos quos nunc Rhodijs ſub-

207

ſidia in Halicarnaſſo miſiſſe arguis: nec quẽpiam affeciſſe iniu ria videmur: ſi crudeliſſimo tyranno ſociorum auxĩlia fidemq́ꝫ anteponimus. Noli igitur maiorũ perfidiam Siculis obijcere: quã quidem omnibus ipſe fidem datam/ ac iuſiurandum ſemꝑ violaueris. Nec eos minis perterrere debes/ qbus promptius eſt ad arma iniurias q̃ꝫ ad verba referre.

Turcus Alexandrinis

Mercatoribus veſtris Alexandrini/ Pontum omnẽ & Aſiã in interdiximus. Nam cum Bityniorum urbes ære alieno oppri⸗merentur: legatos a me Caliopolis queſtum miſere: inſuper ne gociatorũm uſuras deteſtantes quibus undiquaq́ꝫ pecuniæ ex hauriantur. Sanctius igitur nobis viſum eſt: ad multorũ potius q̃ꝫ ad paucorum utilitatem reſpicere.

Alexandrini Turco.

Etſi minime ad nos pertinere videatur/ tecũ de priuatis rebus cognoſcere: ſi tamẽ eadem geſta fuerũt/ aut tentata quę ſcribis: nec gratiam a nobis/ nec odiũ in hac re promereris. Cuiq́ꝫ enim pro arbitrio res ſua agitur.

Turcus Tartaris.

Quod multis ſæpe uſu venit: ut vel metu aliquo/ aut neceſſita⸗te in alios plerunq́ꝫ deteriores fiant: vobis quippe natura loci tribuit omniũ fore peſſimos: qui veluti incondita uulgi barba ries nullis legibus teremini. Cum tamen ad nos pecunias/ nec in tempore legatos miſeritis: illas quidem exhibere nobis per vim debere oſtenditis.

Tartari Turco

Stultum eſt profecto te a nobis quicq́ꝫ exigere/ qui aliorũ ſpo⸗lijs ac rapto viuamus. Atq́ꝫ ab his legationem fruſtra expectas qui non orandi ſtudium/ ſed belli gerendi curã foris ſuſcipiũt. Mores pręterea noſtros iam admirari nequaq́ꝫ debes: cum pa rum abſint a ritu ferarum. Nã qui maiorũ inſtituto ius ipſum marinis habent cędibus: præda ac rapinis ꝓ legibus utantur.

Turcus Athenienſibus.

Gymnaſia veſtra Athenienſes/ quibus florentiſſimam rẽpub. eximiaſq́ꝫ philoſophiæ laudes aſſecuti eſtis: nos maxime horta ri videntur: ut urbi veſtræ ignoſceremus: cũ propter maiorum

florentiſſima reſp.

ſapiētiam ac dignitatem: tum etiā ob ſtudia bonarum artium: q̄s ſimul inuentas Athenis/ac perfectas accepimus. Sed cū veſtrum ſemper in me odium ipſe cōſidero: beneficijs quidē vos potius irritare q̄ ad gratiam promptiores mihi reddere videor Idcirco agros Euleſinę incēdio late depopulati:a Piero ad Megaras in prædam militū:mox urbem etiam pari fato direpturꝫ ſciatis. Noſtis enī clæmentiā ſæpe vinci delicti magnitudine.

Athenienſes Turco.

Non odio quidem aduerſum te nitimur. Quid enim ſalua nobis libertate eſſe poteſt: Sed pro patria/liberis ac parētibus(quibus omnia debentur)arma ſumpſimus. Nec tecū hoſtiliter agere videmur/ſi noſtra defēdimus: cum tu aliena oppugnes. Sed q̄d te maxime deceat reſpicere oportet: nūquid ipſi deliq̄rimus. Ignouit Sylla Athenis. Bis etiā Alexander venia dignatus eſt. Quæ vero tua victoria dici poteſt: ſi nos belli pręmiū perdideris: Debes nos igitur potius in exemplū pietatis ſeruare: quo tibi facile omniū animos ad gratiam conciliabis: q̄ crudelitatē libidinem & furorem in captiuos oſtendere: quibus gręcos aduerſum te odio concitabis. Nos tamen quibus nulla ulterius fiducia eſt: niſi venia dignaberis/ extrema fortiter audebimus. Quid enim pulchrius eſt: aut in humanis iocundius eſſe pōt: q̄ egregios ciues atq̄ domeſticos pro ſalute omniū ſeſe intrepidos morti exponere.

Turcus Thebanis.

Direptionem Athenarum vos ęgre Thebani pertuliſſe audio: quos & belli ſocios/& conſiliorū in me participes extitiſſe iam pridem perſuaſimus. Vobis igitur quibus ingēs hoſtium metus inceſſit/ijdem exitus rerum fato debentur/pareſq̄ Athenieñſibus calamitates. Hęc ideo ſignificauimus: ut metu prius & ſcelerum conſcientia/ mox vero grauioribus ſupplicijs torq̄amini.

Thebani Turco.

Deletis Athenienſibus / non ſolum Thebanis animos/verū & Græcis omnibus(quorū ſæpe libertatis auctores extitimus) vires ad bellum auxiſti: qui armorū rabie verſi in furorem: te quidem in tot ſcelerum pœnas ultro repoſcant. Solet etenim plerūq̄ afflictis rebus ultima fati neceſſitas cæcā quoq̄ miſeris ſalu-

tem polliceri. Nec facile tyranno patere cõſueſcunt/qui alijs im perare didicerint.

Turcus Lacedemonijs.

Exercitum Lacedemonij / quẽ ad Spartam oppugnãdam ſub Cleandro miſimus/formidare vos audio: in quo peditũ viginti milia delecta comparauimus. Equitũ vero leuis armaturæ octo: quorum etiam virtus in bello eximia: ac fides non tam ſæpe nobis ſpectata eſt ꝙ formidoloſa. Vos igitur tot fortunæ calamitatibus affectos ad rem publicam ac ciuium ſalutem reſpicere oportet: ne ſi priſtina maiorũ virtute bellum vobis ſupra vires aduerſum nos gerendum ſit: mox temeritatis pœnas luere cogamini. Pulchrum enim eſt gratiam in his ab hoſte promereri: quæ ſi facere recuſamus/ad eã mox tñ inuiti compellimur.

Lacedemonij Turco.

Cleandro apud Laconas cum vniuerſo exercitu noſtro deditionem noſmet ſponte fecimus. Tutius enim Lacedemonij eſſe duxerunt: hoſtium conſilia admittere / cum ſalubria viderẽtur/ ꝙ arma expiri. Nec viſa nobis potior victoria eſt / ꝙ nullo rei pub. detrimento patriam ab incendio belli ſeruaſſe.

ARGENTORACI
Ex officina Ioannis Schotti:
Impenſis verõ egregij I. V. Doctoris
GEORGII Maxilli (al's übelin) epiſcopalis
curię Argentineñ. Signatoris. III. idus
Augusti. anno a natali Chriſti.
M. D. X.

52-3981
to
52-3982

52-3987

IC.P7599.514d
Ms. Codex 1591

wug. Symachii epist. Elert 22069.

I 120 Perg. Bl. 17 Bl Manuscript
27 weiß Papier
II 61 Bl. ... Bl zugeheftet

ATLP

1958 (71214) BAGGS